CORPVS SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM LATINORVM

EDITVM CONSILIO ET IMPENSIS
ACADEMIAE LITTERARVM CAESAREAE
VINDOBONENSIS

VOL. XXXXII.

SANCTI AVRELI AVGVSTINI

(SECT. VIII, PARS II)

DE PERFECTIONE IVSTITIAE HOMINIS, DE GESTIS PELAGII, DE GRATIA CHRISTI ET DE PECCATO ORIGINALI LIBRI DVO, DE NVPTIIS ET CONCVPISCENTIA AD VALERIVM COMITEM LIBRI DVO

EX RECENSIONE

CAROLI F. VRBA ET IOSEPHI ZYCHA.

PRAGAE F. TEMPSKY — VINDOBONAE F. TEMPSKY — LIPSIAE G. FREYTAG

MDCCCCII.

Corpus scriptorum ecclesiasticorum latinorum.

Vindobonae apud F. Tempsky bibliopolam.

VOL. XVI. POETAE CHRISTIANI MINORES. (I. pars: Paulini Petricordiae carmina rec. *M. Petschenig*, Orientii carmina. rec. *R. Ellis*, Paulini Pellaei Eucharisticos. rec. *G. Brandes*, Claudii Marii Victoris Alethia et Probae cento. rec. *C. Schenkl.*) 16 *K* 40 *h* = 16 M. 40 Pf.

VOL. XVII. CASSIANUS (I. pars) Prolegomena. Institutionum libri XII. Contra Nestorium libri VII. Indices. rec. *M. Petschenig.* 20 *K* 50 *h* = 20 M. 50 Pf.

VOL. XVIII. PRISCILLIANVS. rec. *G. Schepss.* 8 *K* 50 *h* = 8 M. 50 Pf.

VOL. XIX. L. CAELI FIRMIANI LACTANTI opera omnia, accedunt carmina eius quae feruntur et L. Caecilii qui inscriptus est de mortibus persecutorum liber. recensuerunt *S. Brandt* et *G. Laubmann.* Pars I. Diuinae institutiones et epitome diuinarum institutionum. rec. *S. Brandt.* 25 *K* = 25 M.

VOL. XX. QVINTI SEPTIMI FLORENT. TERTVLLIANI OPERA. rec. *A. Reifferscheid* et *G. Wissowa* (pars I.). 15 *K* 60 *h* = 15 M. 60 Pf.

VOL. XXI. FAVSTI REIENSIS ET RVRICII OPERA. rec. *A. Engelbrecht.* 16 *K* = 16 M.

VOL. XXII. S. HILARII EPISCOPI PICTAVIENSIS tractatus super psalmos. rec. *Antonius Zingerle.* 24 *K* = 24 M.

VOL. XXIII. CYPRIANI GALLI POETAE Heptateuchos, accedunt incertorum de Sodoma et Iona et ad senatorem carmina et Hilarii quae feruntur in Genesin, de Maccabaeis atque de euangelio. rec. *Rudolfus Peiper.* 10 *K* = 10 M.

VOL. XXIV. GAI VETTI AQVILINI IVVENCI euangeliorum libri quattuor. rec. *Ioannes Huemer.* 7 *K* 20 *h* = 7 M. 20 Pf.

VOL. XXV. (**pars I**) S. AVRELI AVGVSTINI opera Sect. VI, p. 1: De utilitate credendi, de duabus animabus, contra Fortunatum, contra Adimantum, contra epistulam fundamenti, contra Faustum. rec. *Iosephus Zycha.* 20 *K* 40 *h* = 20 M. 40 Pf.

VOL. XXV. (**pars II**) S. AVRELI AVGVSTINI opera Sect. VI, p. 2: Contra Felicem libri duo, de natura boni liber, Secundini Manichaei ad Augustinum epistula, contra Secundinum liber. Accedunt Euodii de fide contra Manichaeos et commonitorium Augustini quod fertur cum praefatione. rec. *Iosephus Zycha.* 7 *K* 60 *h* = 7 M. 60 Pf.

VOL. XXVI. S. OPTATI MILEVITANI libri VII. Accedunt decem monumenta uetera ad Donatistarum historiam pertinentia. rec. *Carolus Ziwsa.* 9 *K* 60 *h* = 9 M. 60 Pf.

VOL. XXVII. L. CAELI FIRMIANI LACTANTI opera omnia. Partis II Fasciculus I: Libri de opificio dei et de ira dei carmina, fragmenta, uetera de Lactantio testimonia. Ed. *S. Brandt.* 6 *K* 40 *h* = 6 M. 40 Pf.

VOL. XXVII. L. CAELI FIRMIANI LACTANTI opera omnia. Partis II Fasciculus II: L. Caecilii qui inscriptus est de mortibus persecutorum liber uulgo Lactantio tributus. Ed. *S. Brandt.* 11 *K* 20 *h* = 11 M. 20 Pf.

VOL. XXVIII. S. AVRELI AVGVSTINI opera Sect. III p. 2:*) De Genesi ad litteram libri duodecim, eiusdem libri capitula, de genesi ad litteram inperfectus liber, locutionum in Heptateuchum libri septem. rec. *Iosephus Zycha.* 16 *K* 80 *h* = 16 M. 80 Pf.

VOL. XXVIII. S. AVRELI AVGVSTINI opera Sect. III p. 3: Quaest. in Heptateuch., Adnot. in Iob liber unus. Ed. *Ios. Zycha.* 17 *K* 60 *h* = 17 M. 60 Pf.

VOL. XXIX. S. PONTII MEROPII PAVLINI NOLANI opera. Pars I. Epistulae. rec. *Guil. de Hartel.* 15 *K* 50 *h* = 15 M. 50 Pf.

VOL. XXX. S. PONTII MEROPII PAVLINI NOLANI opera. Pars II. Carmina. Indices voluminum XXIX et XXX. rec. *Guil. de Hartel.* 15 *K* = 15 M.

VOL. XXXI. S. EVCHERII LVGDVNENSIS opera omnia. Pars I. Formulae spiritalis intellegentiae, instructionum libri duo, passio Agaunensium martyrum, epistula de laude heremi, accedunt epistulae ab Saluiano et Hilario et Rustico ad Eucherium datae. rec. *Carolus Wotke.* 5 *K* 60 *h* = 5 M. 60 Pf.

VOL. XXXII. AMBROSIVS. Pars I fasc. 1: Exameron, de paradiso, de Cain et Abel, de Noe. Ed. *C. Schenkl.* 12 *K* 80 *h* = 12 M. 80 Pf.

VOL. XXXII. AMBROSIVS. Pars I fasc. 2: De Abraham, de Isaac, de bono mortis. Ed. *C. Schenkl.* 8 *K* 80 *h* = 8 M. 80 Pf.


VOL. XXXII. AMBROSIVS. Pars II: De Iacob, de Ioseph, de patriarchis, de fuga saeculi, de interpellatione Iob et Dauid, de Apologia Dauid, Apologia Dauid quae uocatur altera, de Helia, de Nabuthae, de Tobia. Ed. *C. Schenkl.* 16 *K* = 16 M.

VOL. XXXIII. S. AVRELI AVGVSTINI opera Sectio I pars 1: Confessionum libri XIII. ex rec. *P. Knöll.* 10 *K* 80 *h* = 10 M. 80 Pf.

VOL. XXXIV. S. AVRELI AVGVSTINI opera Sect. II. Epistulae. P. I. Ep. I—XXX. rec. *Al. Goldbacher.* 3 *K* 60 *h* = 3 M. 60 Pf.

---

*) Errore uolumen XXVIII ut Sect. III, Pars I signatum est; S. Augustini operum Sect. III, pars 1 [illegible] apud C. Geroldi filium bibliopolam Vindobonensem.



CORPVS
SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM
LATINORVM

EDITVM CONSILIO ET IMPENSIS

ACADEMIAE LITTERARVM CAESAREAE

VINDOBONENSIS

VOL. XXXXII.

SANCTI AVRELI AVGVSTINI

(SECT. VIII, PARS II)

EX RECENSIONE

CAROLI F. VRBA ET IOSEPHI ZYCHA.

PRAGAE
F. TEMPSKY

VINDOBONAE
F. TEMPSKY

LIPSIAE
G. FREYTAG

MDCCCCII.

SANCTI

AVRELI AVGVSTINI

DE PERFECTIONE IVSTITIAE HOMINIS, DE GESTIS PELAGII, DE GRATIA CHRISTI ET DE PECCATO ORIGINALI LIBRI DVO, DE NVPTIIS ET CONCVPISCENTIA AD VALERIVM COMITEM LIBRI DVO

RECENSVERVNT

CAROLVS F. VRBA ET IOSEPHVS ZYCHA.

PRAGAE
F. TEMPSKY

VINDOBONAE
F. TEMPSKY

LIPSIAE
G. FREYTAG

MDCCCCII.

Typis expressit Rudolphus M. Rohrer, Brunae.

PRAEFATIO.

Hoc uolumine s. Aureli Augustini libri de perfectione iustitiae hominis, de gestis Pelagii, de gratia Christi et de peccato originali, de nuptiis et concupiscentia continentur.

Ex quibus librum de perfectione iustitiae hominis Augustinus a. 415 condidit Eutropio et Paulo episcopis petentibus ut definitionibus siue Caelestii siue alius cuius eius sectae socii erant, quas ei in chartula quadam perscriptas dederunt, responderet. ac primum singulas definitiones uel potius ratiocinationes, quibus Caelestius posse hominem, si uellet, hic sine peccato esse definiebat, distincte concisis responsis refellit. deinde pergit auctoritates item in illa chartula prolatas disceptare, quarum aliis homini ut perfectus sit praecipitur, aliis non esse grauia dei mandata monstratur, aliae doctrinae fidei contrariae esse coarguuntur.

Liber de gestis Pelagii a. 417 uulgatus est. cum enim Heros et Lazarus episcopi Eulogio episcopo Caesareensi libellum contra Pelagium dedissent, quo multa ex eius scriptis sumpta dogmata falsa esse probauerunt, hic ad conuentum quattuordecim episcoporum anno 415 in urbe Diaspoli habitum ut se purgaret citatus est. ibi Pelagius ita causam dixit, ut obiectorum sibi alia callide interpretando, alia dogmatis sui esse negando, alia anathemando catholicus pronuntiatus sit. quam defensionem in chartula quadam scriptam Augustino misit. cum uero gesta illius synodi in manus Augustini uenissent, inter utramque defensionem discrepantiam esse hic repperit et libro de gestis Pelagii singulos errores inquirendos aggressus etiam post absolutionem haeresis suspiciones residere

haeresimque propter quam in iudicium uocatus esset quamuis Pelagio absoluto damnatam esse ostendit.

Duo libri de gratia Christi et de peccato originali ad annum 418 referendi sunt. Pelagius cum Albina, Pinianus, Melania agerent cum eo, ut quae contra ipsum dicerentur scripto damnaret, gratiam ita interpretatus est, ut ea definitio a ueritate non abhorreret. itaque cum Pelagius eorum iudicium fefellisset, illi Augustinum quid de eius doctrina sentiret consuluerunt. quibus respondens Augustinus in libro de gratia Christi demonstrat Pelagium haud sine fuco ac fallaciis gratiam confiteri, quod in aliis scriptis gratiam uel in natura et libero arbitrio uel in lege atque doctrina ponat eaque uoluntatis et actionis possibilitatem, ut dicit, non ipsam uoluntatem et actionem iuuari doceat. quam gratiam a deo secundum merita hominum dari atque ad praecepta quae homines etiam sine dei dono efficere possint facilius explenda iuuare. locos e Pelagii scriptis petitos quibus gratiam commendet ostentetque ita comparatos esse declarat, ut quam gratiam ille interpretetur ea lex ac doctrina intellegi possit, gratia uere christiana nusquam appareat. libro de peccato originali Augustinus in doctrina de baptismate paruulorum et de peccato originali Pelagium nihil a Caelestio differre comprobat, qui propter eam haeresim bis damnatus sit. quod uero Pelagius hanc quaestionem earum esse dicit, in quibus praeter fidei periculum errari possit, Augustinus hoc errore fidei fundamenta euerti contendit. extremo libro eos refellit qui dogmate peccati originalis accepto nuptiarum bonitati detrahi et deo hominis nuptiis generati conditori iniuriam fieri scribebant.

Libri de nuptiis et concupiscentia a. 419 conditi esse uidentur. atque Augustinus cum a Valerio comite Pelagianos se calumniari certior factus esset, quod originale peccatum asserendo nuptias damnaret, librum primum de nuptiis et concupiscentia emisit, quo earum bonitatem defenderet. uix hoc opus in Iuliani Pelagiani manus deuenerat, cum hic quattuor libros aduersus Augustinum scripsit, ex quibus quidam nonnullas sententias decerpsit, decerptas Valerio co-

miti misit, hic ad Augustinum. efflagitanti Valerio ut Iuliano responderet, etsi post integrum Iuliani opus acceptum respondere mallet, tamen exoratus librum secundum de nuptiis et concupiscentia confecit.

Argumentis adumbratis iam accedamus ad subsidia critica quae in hoc uolumine adhibita sunt enarranda.

I. DE PERFECTIONE IVSTITIAE HOMINIS.

In satis magno numero librorum manu scriptorum et uetustate et bonitate facile principem locum obtinet codex Lugdunensis 524 iudicio Leopoldi Delisle qui in *Notices et* L
Extraits des Manuscrits de la bibliothèque Nationale et autres bibliothèques t. XXIX 388 sqq. eius descriptionem confecit s. VIII ex. scriptus hoc opusculum foll. 2—19 continens. liber umido loco asseruatus esse uidetur. quo factum est ut aliquot folia damnum traherent. ita foliorum 2 et 5 partes ad relegendum difficiliores euaserunt, fol. 14 pars cum folio 13 conglutinata est, quo complures sententiae et singula uocabula uix dinosci possunt; etiam folia 15. 16. 17 corrupta sunt. codex m. 1 persaepe temptatus est, rarius alius manus corrigentis uestigia deprehenduntur. initiales ratiocinationum uoces et prima responsionum uocabula rubricata sunt. in uniuersum liber mendorum quibus codices plerumque inquinati sunt immunis est. uocales declinationum et coniugationum fere semper purae traditae sunt; in radicibus *ae* et *e* fluctuant; nam eaedem uoces in eadem pagina modo per *ae*, modo per *e* redduntur, uelut *querendum, presertim, exprȩssit, conpraehendent.* in uocibus barbaris *e* occurrere solet: *pedagogi, greci, demonia.* in consonarum permutationis genere haec fere memoratu digna sunt. *qu* pro *c* saepius legitur in *sequutus, loquutus, quur;* raro *d* et *t* confunduntur: *aliut* semel, saepius *inquid; b* et *u: negauimus* (= *negabimus*); semper reperitur *quicquid* et *querella,* semel *adiuncxit.* consonantes praepositionum adsimiles plerumque fiunt in *quemammodum, ammonentes, assumimus, annotasti; in* uariat: *inponat, imputare, impertit;* non adsimilatur ante *l* et *r: inlustris, inreprehensibilis, inluminans.*

C. F. Vrba n. 379, nunc n. 393 insignitus fol. 172 s. VIIII scriptus est. hunc librum, ut fol. 1 et fol. 72^b. 73^a adnotatum est, *dedit scae Mariae Remensi Hincmarus archieps.* correctus est manu antiquissima librarii eiusdem fere cum ipsius codicis scriba aetatis, correcturae ipsae pleraeque in margine appositae sunt. liber praeter hoc Augustini opus Augustini quae sequuntur opera continet: *de natura et gratia; ad Valentinum ep. duae* (214. 215); *de gratia et libero arbitrio*; *de correptione et gratia*; *ep. Prosperi ad Augustinum*; *ep. Hilarii ad Augustinum*; *de praedestinatione*; *de dono perseuerantiae*; *de bono coniugali*; *de sancta uirginitate*; *de nuptiis et concupiscentia.* codex ad emendationem minus auctoritatis et utilitatis habet.

Codex Vossianus latinus Leidensis n. 98 membr. misc. V
in 4° s. VIIII confectus hunc tractatum fol. 74—90 complectitur. liber compluribus manibus quarum recens latissime grassatur emendatus passim in margine scholia manu alia apposita prae se fert uelut: *qui sit perfectus cursus, ieiunium, elemosina oratio, testimonia perfectionis, munda oratio, modus bonae uitae* al.

Codex Audomarensis (Saint-Omer) n. 254 signatus s. VIIII O
—X exaratus describitur in *Catalogue général des Manuscrits des bibl. publ. des dép.* t. III nisi quod in catalogo tractatus *de cura pro mortuis gerenda* (fol. 73 sqq.), *epistula 140* et opusculum *de gratia noui testamenti* (fol. 103 sqq.) desiderantur. codex a compluribus librariis, liber *de perfectione iustitiae* ab uno exaratus est.

Codex Britannici Musei 18332 s. X ex tribus partibus in B
unum uolumen conglutinatis constat et earum pars prima fol. 1—104, altera fol. 105—126, tertia fol. 127—178 complectitur. adnotatio libri originem indicatura fol. 1 rasa est. quae in hoc libro insint ex catalogo (*Catalogue of Additions to the Manuscripts of the British Museum in the years 1848—1852* etc.) patet; non est notatus tractatus de Salomone Ambrosii nomen prae se ferens: *Mirum satis est, dilectissimi fratres* (Ed. Ben. app. 450).

Codex olim Corbeiensis nunc Parisinus 12210 membr. C

misc. fol. 185 s. X exaratus haec scripta continet: fol. 1 *Sermo 46*, fol. 19 *Augustinus de mendacio*, 43—55 *Augustini epistulae 18. 20. 19. 1. 15. 2. 5. 6. 7. 8. 9. 14. 13. 10. 4;* fol. 56 *Sermo 86;* fol. 62 *Prosperi ep.;* fol. 67 *Hilarii ep. ad Augustinum*; fol. 72 *Augustinus de praedestinatione;* fol. 99 *Augustinus de dono perseuerantiae*; fol. 129 *de perfectione iustitiae hominis*; fol. 148 *de natura et gratia*; fol. 180 *Augustini ep. 214*; fol. 182 *Augustini ep. 215.* ad libri originem adnotatio pertinet fol. 1 adscripta: *Liber sci Petri Corbeiensis Sti Germani a Pratis* et in mg. inferiore additum: *n. 768.* codex praeter librarium et aliam manum fere coaeuam manu recenti temptatus est quam Benedictinorum esse contendere non dubitamus.

K Codex Carnutensis 48 fol. 128 iudicio Henrici Omont s. X—XI scriptus eadem eodemque ordine se excipientia opera exhibet atque codices PD et praeterea fol. 125—128 *Aliquot authoritates ex libris sci Augustini*, quarum sex priores ex libro de ciuitate dei sumptae sunt, septima *ex eodem sermone de continentia,* octaua *ex libro contra Felicianũ*, sed non est ad finem perducta; codex enim in fine mutilus est. Benedictini in adornanda editione sua non hoc codice usi sunt sed libro Carnutensi n. 97 fol. 97 s. XII qui eadem opuscula atque ille continet nisi quod tractatu *de perseuerantia* finitur; recte autem adnotatum est: *ce dernier traité n' est pas complet.*

N Codex Cluniacensis 34 (Paris. Nouv. acqu. lat. 1449) s. X—XI quem L. Delisle descripsit in *Inventaire des manuscrits de la bibliothèque Nationale fonds de Cluni*, Paris 1884 p. 81 sqq. fol. 7ᵇ—17 hoc opusculum exhibens parui pretii est.

β Codex Bernensis 176 s. XI exaratus hoc opus fol. 1—6 praebens iis quae diuersa ab aliis libris offert nullius fere auctoritatis esse coarguitur.

Codices qui sequuntur inspeximus quidem et examinauimus neque tamen ad usum criticum reuocauimus.

Codex olim sancti Arnulphi nunc Metensis 228 s. XI ex

eodem uel ex simili fonte atque N fluxit; cf. 3, 4 *est tanta*; 3, 5 *expetiuit;* 4, 14 alt. *potest* om.; 4, 15 *esse*] *ñ ẽ;* 4, 25 med. *est* om.; 4, 26 *est* om. *et* om.; 5, 5 *et* — *uitari potest* om.; 5, 15 *at*] *ac*; 5, 17 *uere quia*; 6, 15 *si* — *constiterit* om.; 8, 3 *tunc* — *sanitas* om. al.

Codex Taurinensis (bibl. Vniu.) I. V. 5 s. XIII fol. 60 *(Aurelii Augustini doctoris liber incipit ad Paulum et Eutropium de perfectione iustitiae hominum)* — 72 *(Explicit liber de perfectione iustitiae hominum)* scriptum amplectens proxime accedit ad libros OK; p. 19, 25 *ignorantiae uestrae desideriis* legitur. T

Codex Casinensis CCXXX s. VIIII—X hac inscriptione praefixa: *Contra obiectiones conclusionesque Pelagianas sub titulis quindecim. Responsio sci Augustini ex libro ad Paulũ et Eutropiũ epm de perfectis iustitiae* p. 62—65 Augustini orationem inde a p. 4, 11 *Ante omnia* usque ad p. 14, 22 *diligentius aduertamus* seruauit. hoc fragmentum cum codice in editione excerptorum Eugippii pro fundamento posito et 7, 5 *ambulare* et 8, 18 *ad deum* praebet. C^1

Codices Vindobonenses 766 s. XII et 735 s. XIII nullius pretii sunt; in utroque 19, 25 *ignorantiae uestrae tenebris* legitur.

Codex Monacensis 14614 (Em. F. 117) s. VIIII—X excerpta II 4, 24 *Quaerendum est inquit peccatum uoluntatis an necessitatis est* — III 6, 26 *male habentibus* exhibet. hae discrepantiae locum hic obtineant: 4, 25 *si necessitas est*; 5, 2 *educ*] *erue*; 5, 4 *si naturale est*; 5, 5 pr. *et* om.; 5, 5 *et—uitari potest* om.; 5, 15 *ac si*; 5, 18 *et* om.; 5, 24 *quod*; 5, 26 *quod*; 6, 5 *quod*. M

Praeter codices qui memorati sunt in catalogis hi libri manuscripti notantur.

I. Gallicani. *Codices Parisini* (bibl. Nationalis): *18083 s. XII in.; 18073 s. XII; 2202 s. XIII; 2096 s. XIII; 1909 s. XIV; 2178 s. XIV; 2048 s. XV; 2084 s. XV.* in bibliotheca armamentarii *307 (447) s. XIV; 550 (625) s. XIII. cod. Abrincensis 94 s. XII; Bononiensis* (Boulogne s. Mer) *49 s. XIII; Atrebatensis 463 s. XIII; Audomarensis* (Saint-Omer) *84 s. XIV; Duacensis 271 s. XII; Diuionenses 154*

(121) s. XII et 149 (116) s. XIII; Gratianopolitanus (Grenoble) *202 s. XII; Laudunensis 128 s. XIII; Rotomagenses 475 (A. 159) s. XII, 477 (A. 191) s. XII; Trecenses 40 (u. X) s. XII, 69 s. XII, 70 s. XIII; Valentinianus 156 s. XII.*

II. Itali. *Laurentianus (Plut. XVII dext. cod. IX) s. XIII; Vaticani 414 et 656 s. XIV, 500 et 501 s. XV.* apud Pasinium (*Codd. bibl. Taurinensis* 1749 t. II 59. 211) commemorantur *codd. CCXI s. XIV et DCLXIII s. XIII.*

III. Anglicani. *Brit. Mus. add. 14784 s. XII; bibl. Reg. 4. B. XIV s. XIII; Burn. 293 s. XII; Harl. 3077 s. XIV; Aberdeen Kings College D. 5. 38 s. XIV et O. 10. 8 s. XIV*; *Cantabrigiensis S. P. College 197 (1838) s. XIV.*

IV. Germanici. *Monacensis 3826 s. XIV; Vratislauiensis (Vn. Bibl.) cod. class. I. fol. 259 s. XV; Rheno-Traiectanus 63 s. XV.*

V. Austriaci. *Admuntenses 712 s. XII, 204 s. XV, Claro-Vallensis* (Zwettl) *32 s. XII.*

VI. Belgicus *Bruxellensis n. 444 s.* $XII^{1}/_{3}$.

VII. Helueticus *Scaphusiensis* (Schaffhausen) *28 s. XI—XII.*

Omnes codices quos enumerauimus diuersis quidem uiis tamen ex uno archetypo descendere et eorum integritate et mira omnium quae considerandae sunt rerum consensione euincitur neque in classes abeunt sed omnes unam efficiunt. nam quod aliquot locis (cf. 7, 5) Eugippius discrepantes lectiones prae se fert, non est tanti, ut eo nisi aliter statuamus.

Editiones. Ad quorum codicum fidem Iohannes Amerbachius cuius editio princeps Basileae a. 1506 prodiit orationem refinxerit cum nusquam indicarit licet nos fugiat, tamen accurata examinatione eum non unum aliquem librum tamquam ducem secutum esse efficitur sed lectiones librorum qui in promptu essent ut quaeque aptior uideretur delegisse. permultis locis exhibetur textus qualis codice V offertur.

Quam rationem Benedictini *(Editio Monachorum S. Benedicti e congregatione S. Mauri. Parisiis apud Franciscum Muguet a. 1696)* in hoc opere recensendo secuti sint ex eorum collatione Parisina, i. e. e codice Paris. lat. 11657 fol. 132. 133 cognoscitur. illud certum est Benedictinos ad editionem Louaniensium codices comparauisse. quibus autem libris manu scriptis usi sint etsi ex hac collatione non patet, quia ea pars folii 132 resecta est, tamen hoc inde cognoscitur

eos compluribus locis spreta codicum auctoritate textum editionis Louaniensis reposuisse, uelut 4, 22 *ut non ea quae uult homo faciat;* 5, 15 *confiteri* omisso *et;* 5, 21 *potest homo;* 5, 21 *habeat;* 7, 11 *demens est;* 8, 2 *erit plena*; 8, 5 *neque enim erit*; 9, 12 *et negemus*; 9, 20 *in nouissimo*; 12, 24 *iustus est*; 14, 21 *deinde*; 17, 6 *nolumus*; 17, 23 *auferetur sed augebitur et implebitur*; 19, 13 *sensu*; 21, 8 *leuem* om.; 24, 23 *et*] *eo;* 26, 24 *in* om.; 28, 6 *ut non*; 28, 23 *contra se ipsum*; 29, 7 *malum* om.; 35, 7 *rex iustus*; 37, 12 *opera;* 41, 13 *non uidet*; 41, 18 *quid erimus*; 43, 11 *esse necessariam.*

II. DE GESTIS PELAGII.

Haec inscriptio cum et codicibus commendetur et Retractationum loco comprobetur retinenda est. nam quod Augustinus in opere de peccato originali p. 176, 27 editionis nostrae *de gestis Palaestinis* loquitur huc referendum non est; quod autem a Possidio in Indiculo 4 *contra gesta Pelagii* nuncupatur, non est tanti ut a tradito titulo recedamus.

Liber de gestis Pelagii anno 1611 a Marco Velsero primum editus quinque codicum memoria nititur; quattuor enim libri s. XVII exarati ex illis descripti sunt. quare dolemus, quod codicem P in adnotationem criticam recepimus. praeterea excerpta de gestis Pelagii tribus codicibus continentur. noua subsidia critica e bibliothecarum latebris ut erueremus nobis non contigit et spe quae ex catalogo G. Beckeri p. 165 scribentis in bibliotheca Pomposiana commemorari codicem praeter alia Augustini scripta etiam de gestis Pelagii librum amplectentem nobis affulgebat a Mercati *Il catalogo della biblioteca di Pomposa* in *Studi e documenti di storia* XVII (1896) 166. 170 deiecti sumus qui demonstrauit illos qui opinarentur memoratum codicem Augustini opera continere in errorem deductos esse; illum codicem enim qui n. 49 signatus esset nihil nisi retractationes et aliorum opusculorum et libri de gestis Pelagii exhibuisse.

L Atque uetustissimus codex est Laurentianus (Pl. XVIII dext. cod. IV) membr. miscell. in 4^0 min. nunc n. 193 signatus fol. 195 s. XIII exeunte scriptus. hic tractatus fol. 73—89 occupat. liber ab uno librario confectus manu alia haud coaeua paucis locis correctus est. compendiorum usus immodestior est, compendia ipsa charactera illa aetate usitatum prae se ferunt. sunt etiam quae ad legendum difficiliora sint, ut qui describebat facile errare potuerit. codex, ut Bandini in Cat. IV 531 testatur, in Florentino S. Crucis coenobio Min. Conuentualium adseruabatur unde in bibliothecam Laurentianam translatus est.

U Codex Urbinas 84 — apud Benedictinos n. 118 prae se fert — membr. misc. in folio s. XV exaratus foliis 248 constat, quorum duo oratione uacant. numeri quaternionum more usitato appositi sunt; uiginti quattuor conspicui sunt. capitulorum numeri ita notantur, ut aut inscriptio libri aut eius pars addantur uelut: *Aurelii Augustini epi de gestis Pelagii capitulum primum incipit* et extremo capite apponitur: *Aurelii Augustini de gestis Pelagii contra aduersarios gratiae dni nri capitulum primum explicit. Incipit capitulum incipit feliciter.* liber ab uno scriba confectus aliquot locis correcturam manus recentis expertus est.

L^1 Codex Laurentianus (Pl. XII cod. VI) membr. misc. forma magna s. XV litteris nitidissimis diligentissime ut perpaucis locis corrigendi uestigia deprehendantur scriptus folia 205 continet. opusculum fol. 114—139 amplectitur. in prima pagina insignia gentis Mediceae impressa sunt.

F Codex olim Faesulanus nunc Laurentianus X membr. misc. in folio s. XV elegantissime binis columnis exaratus foliis 304 constat. tituli singulorum operum rubricati, litterae initiales uario colore depictae sunt. paginae primae margo picturis ornatus et insignibus gentis Mediceae instructus est. inscriptio folio 200 et subscriptio folio 216 cum praecedentium codicum titulis consentiunt. codex ab uno librario conscriptus ab eodemque sat multis locis correctus etiam manum emendatricem passim expertus est.

Codex olim Faesulanus nunc Laurentianus XV membr. F^1
misc. s. XV binis columnis litteris pulcherrimis scriptus fol. 329 hunc tractatum fol. 207—221 exhibens cetera praecedenti similis est.

Horum codicum testimoniis textus constituendus erit, si quidem numero plurali uti nobis licet. nascitur enim quaestio, utrum codices qui supra descripti sunt in classes orationem plus minusue distantem offerentes discedant an quattuor posteriores ex primo manauerint. nobis quidem ualde uerisimile uidetur UL^1FF^1 codices, etsi capitulorum titulis L^1 a ceteris discrepat, ex libro L non quidem omnes descriptos sed deriuatos esse. quod mira omnium quae alicuius momenti sunt rerum consensione euinci posse arbitramur; discrepantiae uero siue errore siue incuria librariorum ortae, quae hic illic occurrunt, ita sunt comparatae, ut facile expediri possint neque huic coniecturae aduersentur. uelut 57, 11 *positioni*] *p̄oi* F^1 *pro omni UF m. 1 propositioni* L^1; 70, 19 uox *etiam* in L ita breuiata est, ut non attente legenti *q̄* appareat, quod L^1 exhibet; 115, 13 *Pp̄h'L: Pelagius haec* L^1 *propter haec* UFF^1, qui error facillime explicatur, si respexeris Pelagium sic reddi solere: *P.;* cf. etiam 63, 15; 70, 11. sed licet haec coniectura respuatur, illud certum est omnes codices ex uno archetypo descendere.

Praeter hos libros manu scriptos quattuor codices exstant s. XVII confecti, quos ipsos per se nullius pretii esse demonstrabimus. sunt autem hi.

Codex olim Thuaneus, tum Colbertinus 1907, Regius $^{4}\frac{00}{33}{}^{7}$, P
nunc Parisinus 2097, cuius tegumenta insigni gentis Mediceae ornata sunt, fol. 1—43 Augustini uerba praebet, fol. 44—46 continentur: *Variae lectiones ex collatione MSS quae extant in tribus bibliothecis* $Sere^{mi}$ *Magni Ducis* et fol. 46—47 cap. XIIII 87, 24 haec uerba explicantur: *neque enim* —88, 4 *assumpsit,* ubi pro *neque enim* proponitur *etenim: Videtur legendū loco neque enim etenim sublata negatiua et inducta in fine periodi interrogandi notula.* inscriptio *Variae—Ducis,* correcturae in textu factae, loci scripturae sacrae in

margine adpositi et enarratio loci fol. 46—47 a m. 2 profecta sunt, cetera m. 1 adtribuas.

In uariis lectionibus scripturae quattuor codicum offeruntur. iam quaeritur ex quo libro codex P descriptus sit et qui sint codices quorum scripturae prostant.

Atque cum capitula in P et L¹ iisdem locis notata sint, uerisimile est P ex codice L¹ originem trahere. quae coniectura amica lectionum conspiratione probatur. L¹ in uariis lectionibus primus notatur, secundus est F¹, tertius F. uelut in codice P fol. 17 legitur: *in illis capitulis* (= pag. 79, 22), adnotatum est autem: *quę in illis capitulis tacebatur ex 3⁰* (= F), *primus et secundus in nullis* (= L¹F¹); fol. 23 legitur: *uenies et transies ab initio fidei* (= 90, 4), adnotatur: *Venies et transies ab initio fidei, 3ˢ* (= F) *ueniens et transiens ab initio fides.* non pro certo affirmari potest, num quartus codex, quem iste ad conferendos libros adhibuit, ille sit quem littera L signauimus, cum aliquot locis lectiones ex quarto prolatae cum hac nostra collatione non conueniant. sed probabile fit uno loco. fol. 24 in P legitur: *quocirca o Beate Paule magnę gratię* (= 91, 12) et additum hoc interpretamentum: *quocirca o beate Paule, ita 2ˢ et 3ˢ, Pˢ* (= primus) *obediente* (= L¹ ubi *obediente* pro *obendiente* legendum est) *corrupte, 4ˢ o benedicte;* L m. 1 hic praebet: *obē*, m. 2 *obeᵗᵉ*, quod *o benedicte* legi potuit; fol. 17 (= 79, 22 *in illis*) additur: *4ˢ in ullis*, quo loco quamquam L *in nullis* exhibet, tamen ille qui codicem contulit ita a uero aberrare potuit.

R Cum codice P et in capitum titulis et in textu et lectionibus uariis concordat codex Riccardianus 2311 s. XVII. etiam in hoc libro Augustini uerba praemissa, tum 3—4 paginis *Collationes* perscriptae sunt prorsus consentientes cum eis quas in P deprehendimus. et in P et in R librarii suopte iudicio et arbitrio hic illic emendauerunt, uelut in P fol. 12 (= 71, 17) notatur: *lege quoquomodo* atque eadem manu scriptura codicis P *quo* in *quoquo* mutata est; fol. 13 (= 72, 20) scriptum legitur: *a 3°* (= F) *abest enim. Suspicor transpositam coniunctionem et legendum: et di̅ mandata custodire si uelit*

diximus, hanc enim possibilitatem deus sqq.; fol. 27 (97, 3) *Nihil controuersiam euomendam: Ita libri constanter, fortasse: nihil controuersię uel controuersiarũ mouendum*, quae eadem adnotatio occurrit in R; fol. 28 (= 98, 24) *recte* codicis P mutatum in *recta* et adnotatum: *forte recta*, quod idem in R habetur.

Codicis Ottoboniani 783 s. XVII capitula cum editionis O
Velserianae capitibus (et ed. Suarianae capitulorum numeris arabicis) consentiunt, codex ipse e libro F originem duxit; cf. 54, 2 *cuncta*; 54, 20 *praedicta*; 55, 3 *nunquid*; 58, 8 *siue*; 60, 4 *esset*; 62, 3 *suis* om. al. ubi a textu discedit, F codicis lectionem in margine apposuit. lectiones uariae in sinistro et dextro margine additae pleraeque discordantes scripturae illius codicis sunt, aliae merae coniecturae. inscriptio codicis haec est: *Sancti Augustini Hipponensis episcopi liber de gestis Pelagii contra Aduersarios gratiae Dni Nri Iesu Christi ad S. Aurelium episcopum. Ex Bibliotheca Abbatiae Sti. Bartholomei Faesulanae dioecesis ordinis Canonicorum Regularium Lateranensium.*

Eundem textum, easdem lectiones uarias in margine additas B
consentientibus capitum notis codex Barberinus XIV. 78 (olim 3370) s. XVII fol. 58—80 exhibet. utrum Velsero et Suario apographum codicis O an B transmissum sit certo definiri nequit.

Vt igitur paucis repetamus, sic statuendum est: codices PR de libro L[1], codices OB ex libro F descripti sunt. hoc uno loco edoceri poteramus, nisi collatione priore in errorem inducti essemus. is enim qui prior codicem F contulit adnotare omisit 52, 3 *cum ea* omissum esse. postea ex collatione a Camillo Vitelli confecta quae nobis tradita est cum haec pars iam typis mandata esset uidimus, unde Velseri et Suarii apographa petita essent. itaque 52, 3 in adnotatione critica scribendum erat: *cum ea om. F.* lectiones uarias librarii horum codicum partim ex aliis codicibus petiuerunt, codicibus destituti ad coniecturas confugerunt.

In textu Augustini recensendo e paucis codicibus neque eis aut uetustate aut bonitate insignibus ad L principatum detulimus,

qui cum et ipse omni uitiorum genere foedatus sit fundamentum orationis in lubrico atque instabili solo locatum est. tamen ascitis coniecturis librariorum codicum PROB qui haud spernenda dexteritate usi aut ueram lectionem reppererunt aut certe quae uia ingredienda esset indicarunt assequimur, ut sermo Augustino haud indignus exeat.

Editiones. Liber de gestis Pelagii ut supra dictum est primum a Marco Velsero anno 1611 editus est: *D. Augustini liber de gestis Pelagii. Nunc primum editus. Augustae Vindelicorum Ad insigne pinus. MDCXI.* qui quomodo apographum acceperit quidue in edendo libro spectauerit ut intellegatur haud a re erit eius praefationem apponi. ibi retractatione praemissa p. 2 legitur: *His uerbis S. Augustinus scriptionis causam et libri argumentum explicat, qui antehac omnes Augustinianorum operum conquisitores, uiros doctrina et diligentia praestantes, fugit, nunc demum Faesulis in bibliotheca Abbatiae S. Bartholomaei Canonicorum Lateranensium repertus. Eius antigraphum cum Scipio Cobellutius, ab Epistolis et Secretis Summi Pontificis, Româ ad Marcum Velserum II uirum Augustam Vindelicorum misisset, uisum pulcherrimae gemmae publicam lucem non esse inuidendam. Sapientia enim abscondita et thesaurus inuisus, quae utilitas in utrisque? Romae quidem et Florentiae accuratissimas editiones, commentariis illustratas, apparari ferebatur et falcem in alienam messem non mittendam esse memineramus; sed quoniam longum id futurum negotium res loquebatur, neque enim sane tanti momenti causa praecipitari debet, si interim nuda Augustini uerba utenda fruenda proponeremus, gratiam nos apud uiros pios et eruditos, antiquae doctrinae amantes, Romanis Florentinisque editoribus ipsis non inuitis, quippe quorum industriae nullum hinc sufflamen, cum ne dedicationis quidem florem praecerpserimus, inituros sperauimus. Exemplum Româ missum cum fide expressimus et lectiones uariantes ad oram adscriptae inde sunt: sed quae in imâ paginâ, plerasque Antonius Velserus, Canonicus Frisingensis, inter legendum subitaria coniectura annotauit, paucas aliquas, audaciores paullo, non agnoscit. Nullas in*

contextum quantauis probabilitatis specie blandientes recepimus.

Quod Velserus scribit Florentiae et Romae nouas editiones apparari, inde colligi potest eos qui Augustini opera edituri erant collationes quales in codicibus PR et OB habentur conficiendas curauisse.

Hanc Velseri praefationem Louanienses in t. VIII excudendam curauerunt; receperunt etiam textum eius, ita tamen, ut ubi eis lectio a M. Velsero in margine posita aptior uideretur hanc in textum poni, illius in margine ascribi iuberent.

Quomodo Franciscus Suarez exemplari Roma sibi misso usus sit praefatione editionis post eius obitum in prolegomeno sexto ad libros de gratia capite septimo uulgatae edocemur. *R. P. Francisci Suarez de diuina gratia pars prima continens Prolegomena sex et duos priores libros de necessitate diuinae gratiae ad honesta opera. Operum tomus sextus Venetiis apud Sebastianum Coleti MDCCXL.* ibi p. 182 sq. legitur: *Monitum Lectorem uolumus opus hoc de gratia editione posthumum multo ante annum 1614 scriptum fuisse ab auctore. quod ergo hodie Augustini operibus Parisiis excussis praedicto Anno 1614 Liber de Gestis Pelagii insertus circumferatur, neque ueritatem eleuat eorum quae hic in capite praefatur Suarius neque deprimit utilitatem sed potius mutuam sibi Parisiensis Conimbricensisque editiones auctoritatem conciliant. . . . Hic ergo liber hactenus desiderabatur, quia inter opera Augustini typis mandata non continetur, ante paucos uero Annos primum inuentus est in Bibliotheca manuscripta Abbatiae sancti Bartholomaei Fesularum Canonicorum Regularium Lateranensium et postea alius liber omnino similis inuentus dicitur Florentiae in Bibliotheca magni Ducis, ut a uiro quodam nobili, docto ac fide dignissimo accepi, de cuius manu exemplar habui, quod fidelissime transcripsi. . . . Et quoniam ad huius nostri operis perfectionem utilissimum ac fere necessarium esse existimamus et an ab aliis promulgandus sit ignoramus, illum hoc loco praemittendum duximus, nihil omnino de uerbis Augustini immutando. Quia uero in eodem*

exemplari uariae interdum lectiones notabantur, quae nobis magis placuerit, in textu ponemus, alias, ubi res clara uidebitur, omittemus, ubi uero fuerit dubia in marginem reiiciemus, et cur unam prae aliis eligamus, interdum proferemus. Ubi deprauatus uidebitur textus nihil immutabimus, illius tamen correctionem, quam aptiorem iudicauerimus, adnotabimus. Simili ratione cum in eodem exemplari liber hic in capita diuisus sit et diuisio non uideatur ab Augustino facta, quia multis in locis minus apta minusque rationi consentanea nobis uisa est, alio commodiori modo capita diuidemus, semper tamen antiquam diuisionem in margine adnotabimus. Ac denique ubi opportunum uidebitur, breue aliquod scholium litteris A, B etc. indicatum ad maiorem rei declarationem adiiciemus.

Quod editores Benedictini in admonitione de numero codicum Italorum scribunt: *Liber de Gestis Pelagii ab innumeris mendis purgatus est auxilio ueterum exemplarium, Gallicani quidem unius ex bibl. Colbertina et Italorum quatuor, Romani scilicet, cuius uariantes lectiones ad oram sui libri Velserus adscripsit, et aliorum trium manuscriptorum, quae in bibliothecis Magni Ducis Florentiae asseruantur*, cum his non conueniunt quae in eorum collatione Parisina, i. e. in codice Paris. lat. 11657 fol. 56 p. 414 leguntur: *Variae lectiones Tractatus Sancti Augustini de Gestis Pelagii. Collati cum MS Thuano atque aliis tribus ex bibl. Serenissimi Magni Ducis etiam uno Vaticano (etiam — Vaticano* s. l. add.*) nec non cum excusis Augustae Vindelicorum 1611 et Lutetiae Parisiorum 1626* (*1626* insertum) *Denique Louaniensium 1647.* in margine sinistro adscripta sunt:

T. ms. Thuanum
R. ms. Romanum
V. ms. Bibl. Vrb. not. 118
V. ms. Vaticanum (haec expuncta sunt)
F. mss. Florentina
L. Louaniensis editio
P. Parisiensis editio 1616
A. Editio Augustae Vindelicorum.

his autem repugnant quae in codice Parisino leguntur: *Variae lectiones ex collatione Mss quae extant in tribus bibliothecis Serenissimi Magni Ducis.* illud potius uerum uidetur Benedictinos collatione quattuor codicum, quae in P exstat, codice Vrbinati, libro siue Ottoboniano siue Barberino usos esse. apparet eosdem codices qui nobis usui eis fuisse.

Postremo *Excerpta ex gestis habitis contra Pelagium hereticum et alia ex libellis eius quae in Palaestina sibi obiecta ipse damnare compulsus est,* quae in codice Vaticano lat. 544 s. XII, in codice Abrincensi 96 s. XII, in codice 223 bibl. ciuitatis Charleville s. XII continentur, priore parte obiecta Pelagio offerunt prorsus conuenientia cum eis quae p. 76, 16—25. 77, 13—16. 84, 3—5. 97, 20. 21. 98, 3—6. 14—17 habentur. altera parte dogma catholicum decem capitibus opponitur.

Postremo haud grauamur profiteri ad hunc et sequentem librum intellegendum nos studiis Caroli Iosephi ab Hefele in opere *Conciliengeschichte II² 104* sqq. collocatis plurimum adiutos esse.

III. DE GRATIA CHRISTI ET DE PECCATO ORIGINALI.

Codex olim Bobiensis nunc Mediolanensis S. 55. M
Sup. membr. miscell. fol. 134 s. XI—XII scriptus duo huius operis libros fol. 63—93 exhibet. liber ab uno librario confectus multum et m. 1 et m. 2 ita correctus est, ut singulae pluresue litterae rasae sint. codex M licet probus testis sit, tamen uitiorum omnis generis haud immunis. atque ille qui librum descripsit eo saepe peccauit, quod similes syllabas aut litteras bis posuit aut inepte coniunxit, uelut 189, 23 *occultata;* 152, 23 *terminasset et,* ubi *et* expungendum erat cf. 182, 26; 136, 16 *ineffabilis suauitate;* 180, 20 *abiectionis secundum;* 180, 8 *unde sequitur.* sunt autem alia, ubi mendi origo non tam facile perspiciatur: 130, 5; 137, 14; 131, 8; 162 24. manifesta uero interpolatio inculcata uoce *fuerit* existit 172, 13; cf. etiam 163, 17; 178, 22. 178, 26 fortasse rectius scribendum erat *uertebatur* pro *uersabatur.* lacunis raro foedatus

est: 174, 12 *moriatur* — *hominum*, ubi omissio similiter desinentibus uoculis facile explicatur. orthographicis quoque rebus liber etsi recentior ex antiquo exemplari deriuatus esse coarguitur. uelut semper legitur *adque, quum, quur, quura* (= *cura*), *gigans, quidquid,* plerumque *inquid*, semel *quod* pro *quot*. *ae* usitato modo adhiberi solet; tamen leguntur aduerbia: *peruersae*, *integrae*, semel *faciae*; semper occurrit *hereticus, heresis*, *pedagogus*, *palestina,* promiscue *questio*, *querere*, *rep̄hendere*. aspirationem contra consuetudinem aut aspernatur aut admittit: *habundantia*, *habundauit*, *hester*, *habraham*, *matusalā*. consonantes praepositionum cum nominibus et uerbis compositarum assimilari non solent: *adfirmat, adtexuit, adtraxit*, *adtenderam*, sed *ammonet*, *ammisso* (= *admisso*); *inlustrationem*, *inmaculatus*, at semel *implerisque* (= *in plerisque*); *conligare*, *conpetentibus*. consona duplicatur in *repperitur*. *u* cum *b* semel permutatur: *liberauit*. *s* omittitur in *expectare*, *exultare*. ad emendationem liber quanti pretii sit infra exponetur.

C Codex Casalinus 83 (73) qui in bibliotheca ciuitatis Bourges asseruatur in 4° fol. 222 s. XI—XII confectus hoc opus foliis 28—43 offert. fol. 2 manu bibliothecarii hoc adnotatum est: *S. Petri Casalis Benedicti Congregationis S. Mauri.* liber initio libri secundi lacunosus est; desunt omnia a 167, 17 *ubi negant* — 174, 17 *diuites*. hunc codicem Benedictini adhibuerunt. correctiones praeter manum primam alia coaeua fere effectae conspiciuntur.

Ch Codex Cheltenhamensis 23021 s. XII exaratus foliorum numeris caret. unde in bibliothecam Cheltenhamensem migrauerit non est adnotatum. correcturae in margine appositae litteris perexiguis scriptae sunt; emendationes in textu factae et litterarum ductu et atramenti colore differunt. hac manu littera *p* in *dampnare* et *calumpniari, c* littera in *michi* et *nichil* trucidatur, *m* uocabuli *quicumque* in *n* mutatur, *loquutus* in *locutus* transformatur. compendia quae hic illic occurrunt usitata sunt.

T Codex Trecensis 201 membr. miscell. fol. 115 s. XII scriptus Clara Valle oriundus easdem et inscriptiones et sub-

scriptiones atque codex Cheltenhamensis offert. liber et m. 1 et m. 2 multum correctus ceteris suae familiae auctoritate et utilitate non est posthabendus.

Codex Parisinus 2093 membr. miscell. fol. 196 in folio P s. XII ut H. Omont suspicatur scriptus; nam in catalogo s. XIII esse dicitur. unde originem ducat fol. 1 additum est: *84 Alme ecclesie sci Amandi in Pabula spectat hic liber qui Augustinus appellatur. Codex Telleriano—Remensis 250, Regius 36333. 3,* et extremo codice adnotatum est: *Liber Sti Amandi elnonensis Cenobii.* in paginis quae binas columnas habent uersus 39 decurrunt.

Codex Vaticanus lat. 500 s. XV scriptus a nobis ita V collatus est, ut primum rationem editionis a papa Sixto V institutae nosceremus, tum ut examinaremus quomodo Benedictini libro saepius laudato usi essent (qua de re alio loco agetur), quorum collationem Parisinam huius partis deesse constat. ceterum liber etsi omnium recentissimus praeter innumerabiles ineptias non paucis locis multum considerandas lectiones praebet, uno loco (143, 18) solus natiuam offert.

E codice Parisino 1974 s. XIIII qui in bibl. Nationali, non in armamentarii bibliotheca asseruatur, id quod etiam in corrigendis adnotatum est, paucas lectiones delibauimus.

Praeterea partes codicis Oxoniensis Coll. Aen. Nasi n. XII s. XV et codicis Oxoniensis Coll. Mertonensis n. XIV s. XIV conferendas curauimus; sed lectionis eorum uarietas ad usum criticum non est admissa. ad utram codicum classem pertineant infra memorabitur.

Etiam hi libri manu scripti nobis innotuerunt.

I. Anglicani: *codex Cantabrigiensis Trinity Coll. B. 2. 21 (562) s. XIV; codex Cantabrigiensis Peters Coll. 197 (1838) s. XIV.*

II. Itali: *codices Vrbinates 66 et 82 s. XV, codex Romanus (Chigi) A. V. 136 s. XIV.*

III. *Codex bibliothecae armamentarii* (de l' Arsenal) *250 (397 T. L.) s. XV, olim Victorinus.*

Omnes quos in textu constituendo adhibuimus codices ex duobus fontibus manare in duasque familias abire quarum una in solo codice M consistat, alteram ceteri expleant per-

spicuum est. M non e faece haustum esse testes sunt multae et praestantes lectiones. is unus uerba ab aliis omissa 128, 18 offert, quae necessaria esse locus 139, 10 docet; is ceteris pleniorem orationem praebet 150, 11; 182, 7. 9; 189, 19; 193, 19; 195, 16; 201, 6; is solus 145, 4 *uariegatus* exhibet; is solus 203, 23 natiuam lectionem habet. aliis locis uiam indicat, qua uera lectio reperiatur, uelut 155, 23 ubi haud dubie ex Demetriadis epistula reponendum est: *bonum quodam modo obruere naturae*; cf. etiam 174, 25. uno loco eius iactura alio libro compensatur: 143, 18. etiam in collocandis uerbis suum iter insistit, quo in genere non semper ducem eum secuti sumus. ceteri libri modo inter se conueniunt, modo sibi refragantur, id quod uolumine saeculorum siue socordia siue studio librariorum fieri codicibus usu cognitum habemus; illi enim non semper attente describebant sed saepe etiam emendabant. codices Oxonienses maximam partem cum PT faciunt nullam considerandam lectionem prae ceteris suppeditantes.

Editiones. Omnes editiones quae hoc opus complectuntur continuo ordine percensere neque nostri propositi neque huius loci est. quas qui cognoscere uolunt Schoenemanni librum adeant. nos editiones his quoque temporibus dignas mentione recensebimus. quo nomine imprimis duae memorandae sunt: editio princeps quae Basileae a. 1506 prodiit apud I. Amerbachium et editio Monachorum S. Benedicti e congregatione S. Mauri quae Parisiis apud Franciscum Muguet a. 1696 emissa est.

Atque I. Amerbachius in adornando hoc opere codicem secutus esse uidetur qui non multum distabat a libris PT, aliis locis a V. inueniuntur autem in eius editione multa quae uel illis temporibus haud accommodata sint uelut significatio cap. 192, 18; 162, 3 *perperam*, 167, 18 *omnes qui*, 170, 30 *ferendo* al.

Benedictini codicibus qui eis praesto erant dextre usi cum auctoritate codicis qualis M est destituti essent recensionem huius tractatus non tantum quantum alia opera promouerunt.

IIII. DE NVPTIIS ET CONCVPISCENTIA.

In hoc opere recensendo quindecim codicibus usi sumus; praeterea sex libros manu scriptos quos contulimus neque eorum lectionis uarietatem in adnotatione critica exhibuimus suae quemque familiae adsignabimus. codicis Vaticani Reginensis 318 et codicum Casinensium 170. 166 collationes nobis a I. Egger traditae sunt; codicem Vaticanum 512 I. Mesk contulit. reliquos I. Zycha comparauit. iam singulos eodem quo p. 208 notati sunt ordine breuiter ut poterimus describemus.

Codex olim Corbeiensis nunc Parisinus 12212 membr. C misc. in 4° fol. 79 (+ 2) s. VIIII exaratus est. unde qua uia in bibliothecam Nationalem transportatus sit ex adnotatione fol. 1 facta patescit: *Corbeiensis Sti Germani a Pratis n. 769 olim 234.* liber umido loco asseruatus esse uidetur. quo factum est, ut tredecim folia putredine ita corrumperentur ut partes orationis auctoris exciderint. quod cum in adnotatione critica nisi ubi dubiam aliquam lectionem suffragio suo confirmaret consulto silentio praetermiserimus iam hic suppletur. igitur haec desunt: fol. 2 (212. 2) *atis—in*; 212, 3 *nerationis—damnemus*; 212, 4 *est—dica*; 212, 6 *calumniantur—nuptia*; 212, 7 *inde —non*; 213, 12 *donare—mihi*; 213, 13 *uiro—con*; 213, 15 *dignitate—publi*; 213, 16 *aliquid—legendum*; 213, 18 *impingere si*; fol. 3ᵃ (214, 19) *unt dictum—fide*; 214, 21 *ciunt—ad*; 214, 22 *siue—aliis*; 214, 23 *concupiscunt—deuitantes si*; 214, 25 *cata—sed*; fol. 3ᵇ (215, 23) *tanta—secundum*; 216, 1 *liberorum—concumbant*; 216, 2 *a coniugalis—pudicitia*; 216, 3 *dicitia—per cor*; 216, 5 *ratione pudicum*; fol. 4ᵃ (217, 5) *qui—quod*; 217, 6 *it et—aper*; 217, 8 *agnouerunt—quod*; 217, 9 *nantur—quod, tura—sed*; fol. 4ᵇ (218, 12) *deret—lege*; 218, 14 *tem—membri*; 218, 15 *malum—oculorum*; 218, 17 *aliquid—quod*; 218, 19 *a bono*; fol. 5ᵃ (219, 16) *quod—isto*; 219, 18 *tiarum—non*; 219, 19 *ad—ratione*; 219, 20 *uulgatissimo—adpar*; 219, 21 *ieque—hominibus*; fol. 5ᵇ (220, 23) *ad—uoluntas*; 220, 26 *acculo—re*; 221, 1 *nerit—felicitatis*;

221, 2 *rit—inten*: 221, 3 *sidet—dubio non*: 221, 5 *deum—sanctifi*: fol. 6ᵃ (222, 6) *rincipatus—unius*; 222, 7 *multorum—or*; 222, 8 *quam—apo*; 222, 9 *mulieris—uestris*: 222, 11 *quomodo—obsequebatur*; fol. 6ᵇ (223, 5) *quibusque—Christi*: 223, 11 *Moysen—ill*: 223, 13 *tur—sicut*; 223, 14 *nupserit—semel*; 223, 15 *ut—separa*; 223, 17 *serunt—quippe ad*: fol. 7ᵃ (224, 13) *rgo ideo—et*: 224, 14 *quia—sine uiro*; 224, 15 *pter—uocari*; 224, 16 *et non—pater eius*; 224, 17 *ris—siue ta*; 224, 19 *siue—ta*; fol. 7ᵇ (225, 22) *ui—iniuria*; 225, 23 *quia—prae*; 225, 24 *erat—bonum in*; 225, 26 *bus—sacramentum pro*; 225, 27 *fidem—adulterium*; fol. 8ᵃ (226, 21) *orum quae in*; 226, 22 *seruandum—Christi*; 226, 23 *officiosissima—illam*; 226, 24 *quippe—spiritaliter*; 227, 1 *carnaliter nati*: fol. 8ᵇ (227, 25) *tereunt uos*; 228, 1 *est—domini*; 228, 3 *matrimonio—quae*; 228, 4 *placeat—expo*; 228, 5 *qui—habentes*; 228, 7 *itent—quomo*; fol. 9ᵃ (229, 5) *ur cum—sit*; 229, 6 *concubitus—est*; 229, 7 *niam—dum*; 229, 8 *bitum—non*; 229, 9 *sed—tamen*; fol. 9ᵇ (230, 8) *prius rire—utero*; 230, 9 *nasci—con*; 230, 10 *et—sed*; 230, 11 *potius*; 230, 12 *si—aut*; 230, 13 *meretrix—Quia*; fol. 10ᵃ (231, 13) *non—eti*; 231, 14 *que—renascatur*; 231, 15 *bent—infideles*; 231, 16 *inpius—aut*; 231, 18 *adulterum—conubio*; fol. 10ᵇ (232, 21) *sed—haben*; 232, 23 *redemptionem*; 233, 2 *tur—expectatur*; 233, 3 *unde—salui*; 233, 5 *non—quis*; fol. 11ᵃ (234, 7) *prouidisse—quod*; 234, 9 *est—peccati*; 234, 10 *tamen—obstrictos*; 234, 11 *mirum—olea*; 234, 12 *quando—experien*; fol. 11ᵇ (235, 18) *capite—cor*; 235, 19 *potestas diabo*; 235, 20 *renuntiant—pos*; 235, 22 *tenebrarum in reg*; fol. 12ᵇ (237, 25) *sentitur—a re*; 238, 1 *non concupiscas*; fol. 13ᵃ (239, 5) *turam—quia*; 239, 7 *inmunditiae—planta*; 239, 8 *nas—inmun*. multa m. 1, plura m. 2 correcta sunt; manu recenti, haud dubie Benedictinorum, hic illic capitulorum tituli in margine additi sunt uelut fol. 10ᵇ (233, 20). saepius accentus additus est uelut *ualêre, condîtus*. uestigia manifestae interpolationis occurrunt 244, 3 *quando autem sunt quidem*] *quando autem sunt desideria subaudi quidem*; 213, 7 *ad* (s. l.) *satisfactionem ad* (supra exp.

ad add. *et*) *confessionem*; cf. etiam 269, 15 *pudet et laudare*; 238, 4 *facit reum reatus*. orthographiam codicis textus fere refert, nisi quod *hereticus, hebreos, demoni* al. praebet.

Codex Treuericus 149 membr. misc. in 4° s. X ineunte scriptus hoc opus fol. 129 sqq. (secundum catalogum, nam codex ipse neque paginarum neque foliorum notis instructus est) exhibet. post retractationem statim incipit: *Heretici* sqq. liber ab uno librario exaratus ab eodemque multotiens correctus etiam aliam manum emendatricem perpessus est, qui quae a scriba omissa erant in margine apposuit uelut 221, 22; 251, 17; 283, 17; 317, 12 al. passim scholia quoque inueniuntur uelut 223, 15 *Mire satis*; 228, 23 *Mire nimis*; 229, 19 *pulcre*; 308, 16 *mira et inusitata locutio* al. inter codices huius classis T lectionibus alterius familiae contaminatus quamuis uetustate insignis minimam auctoritatem habet. T

E simili exemplari atque T descriptus est codex Vindocinensis n. 122 signatus in 4° fol. 154 s. XI confectus cuius descriptio in *Catalogue général des Mss. des bibl. publ. des dép.* III 432 habetur. opusculum incipit a fol. 136 (*Contra Pelagianos de nuptiis et concupiscentia liber incipit ad Valerium comitem*), finitur fol. 154 (*Explicit*). hic codex tantum priorem librum huius tractatus continet, epistula ad Valerium comitem a libro abest. qui quam prope ad T accedat quemque locum inter ceteros obtineat ex his lectionibus patet: 214, 10 *dicemus*; 216, 12 *uniuersas*; 217, 10 *quod eos*; 220, 16 *a quibus*; 222, 24 *masculus*; 223, 14 *et usque*; 227, 7 *ut et hi qui*; 228, 9 *ea felicitate*; 231, 22 *separati et adulterati*; 235, 12 *claritatis*; 239, 21 *uentum*; 240, 8 *quoniam uirgo*; 240, 21 *et cum*; 241, 11 *iam moueri*; 242, 16 *agonẽ*; 243, 28 *inuenio* om.; 248, 9 *trahicit*; 249, 16 *fiat etiam ipsa spiritalis*; 249, 23 *hoc* om. al. V[1]

Codex Floriacensis nunc Aurelianensis n. 162 (cf. *Cat. général des Mss. des bibl. publ. des dép. XII*) membr. misc. s. XI exaratus ab initio mutilus est; incipit enim 214, 24 uocabulis: *nas molestias deuitantes* sqq.; iterum desiderantur 226, 17 *generantium* — 232, 11 *hoc et huius*. codex F in F

uniuersum iudicanti cum optimis libris de principatu contendere dicendus est.

E Codex Erfordiensis bibliothecae Amplonianae O. 26 s. XII scriptus praemissa retractatione et epistula inscriptionem exhibet. etiam hic liber de puro fonte manauit.

C[1] Codex Casalinus bibl. ciuit. Bourges a Benedictinis adhibitus n. 83 (73) membr. misc. in 4° s. XI—XII scriptus, cuius p. XVIII mentionem fecimus. hoc opusculum fol. 100[b] (*Inc̃ retractatio. Aurelii Augustini super libros de nuptiis et concupiscentia. Expl̃ retractatio. Inc̃ epl̃a sc̄i Augustini ad Valeriũ comitẽ,* fol. 101[a] *Inc̃ liber primus sc̄i Augustini de nuptiis et concupiscentia,* fol. 109 *Explicit,* ibid. litteris rubricatis et quidem magis in margine additum: *Expl̃ sc̄i Augustini liber ad Valerium comitem de nuptiis et concupiscentia contra Iulianum hereticum*) usque ad fol. 122 ubi subscriptio abest occupat. hic liber inter CFE codicum lectiones uariat, raro cum altera classe facit. quod quam recte in utramque partem contendatur his lectionibus euincitur: 212, 8 *fornicantum*; 213, 7 *ad* (s. l.) *satisfactionem*; 215. 7 *uicissim quorum*; 215, 12 *maris*; 215, 24 *sit*; 217, 8 *quia*] *et*; 219, 4 *hincne*; 220, 25 *transitorii*; 222, 13 *principum*; 222, 24 *maris*; 224, 7 *uoluntariis*; 224, 3 *placuit*; 225, 13 *esse se aequalem*; 228, 9 *ea facilitate* (*facil* in ras.); 229, 24 *turpitudinis*; 231, 22 *separi nec adulterari admittunt*; 233, 23 *quem*; 233, 24 *regeneretur quia non potest aliter ut quod*; 238, 4 *facit reum*; 239, 21 *uenturum*; 241, 11 *admoueri*; 242, 8 *uel cordis*] *uel in aliquo*; 244, 9 *multum enim bonum*; 246, 2 *non ideo*; 249, 16 *fiat etiam sp̄ualis ipsa*; 253, 10 *ad hoc*; 253, 11 *addidici*; 255, 9. 10 *mox hoc intuli quod*; 261, 21 *corpore* om.; 262, 2 *facis*; 264, 25 *eos qui*; 265, 1 *adhuc* om.; 267, 14 *quia*; 272, 5 *hominis*; 280, 8 *percussus*; 280, 20 *breuiter in his enim*; 280, 22 *quę mota est uerecundis*; 284, 11 *suscitante;* 285, 12 *non noluit* al.

K Codex Coloniensis n. LXXVI membr. misc. in 4° fol. 222 fasciculorum quorum numeri more tralaticio adscripti sunt XXVIII uersuum 20—21 in singulis paginis s. VIII confectus

multis locis correctus partim a librariis ipsis — sunt enim duo quorum alter paucas partes exarauit — partim alia manu posterioris aetatis; fol. 135[a] (214, 21) *h* littera uocis *hominis* recenti manu exarata est. tractatus folia 129—222 occupat. inscriptiones et subscriptiones hae sunt additae: fol. 129 *Incipit de nuptiis et concupiscentia ad Valerium comitem magistrum aequitum* (in margine appositum est: *LXXXI de nuptiis et concupiscentia ad Valerium liber I*) *Scripsi etiam — curas. Hoc de libro retractationum. Domino inlustri — intimauit. Incipit liber primus* fol. 132[a]; in fine libri primi fol. 168[a] subscriptio abest, sed tres lineae uacuae sunt; fol. 222 subscriptum est: *Explicit.* loci scripturae sacrae initio linearum signis·(„) plerumque notati sunt. codex quamuis uetustate insignis e puro fonte fluxisse tantum abest ut dici possit ut omni genere corruptelarum foedatus sit. uelut in fine cap. I glossemate ex libro II 6 petito interpolatus est; cf. etiam 270, 15 *homo non est concupiscentia quae non est ex patre sed ex mundo est*; 311, 13 *in corpore uitae illius*; 263, 17 *teneatur in libris* al. late patet genus mendorum quibus uocabula corrupta sunt. consistunt autem in permutatione uocalium et in confusione consonantium: *addedit, concupescit, abstenuit, expremeret, herubisceret, origenale, respondite, accederat, agnusco, diabulus, cummemoraui, cūmittit, fatiat, sautiat, uicium, uelud, inquid, aput, set* al. littera *l* semper geminatur in uoce *tulli*, persaepe in *uellit*; aspiratione peruerse aut addita aut neglecta uocabula *ac* et *hac* persaepe commutantur; assimilatio praepositionum cum uocibus compositarum modo adhibetur modo omittitur: *quemammodum, summe* (= *sub me*), *adpellare*; *m* paragogicum quod dicitur saepius occurrit: *de fornicationem, ex generositatem.* de aliis opusculis quae in libro continentur cf. CSEL XXXXI p. XXIII sq.

Codicem Vindobonam transmissum Zycha contulit. de quibusdam cum dubius esset Ios. Klinkenberg liberalissime eum edocuit.

Codex Vaticanus Reginensis n. 318 membr. miscell. fol. 258 R
s. X exaratus praeter alia Augustini opera (cf. CSEL XXXXI

p. XLIII) hunc tractatum foliis 51 sqq. continet: *Incipit de nuptiis et concupiscentia ad Valerium magistrum equitum. Hoc de libro retractionum. De nuptiis et concupiscentia ad Valeriū libri duo. Scripsi duos — curas. Explicit praefatio. Domino illustri* — (fol. 51[b]) *intimabit. Expl̄ tractatus. Incipit liber I.* subscriptio libri primi omittitur, sub finem codex mutilus est; finitur enim p. 310, 11 uoce *corriguntur.* in codice hanc adnotationem appositam esse ait I. Egger: *desunt quatuor capitula quae reperiuntur in codice no. 589 p. 94;* sed in hoc codice nec uolam nec uestigium apparere idem uir doctissimus asseuerat.

R[1] Cum codicibus KR conspicua affinitate coniunctus est liber Remensis 393 a Benedictinis adhibitus quem p. IIII commemorauimus s. VIIII scriptus neque per se ipse ullam auctoritatem habet. propius tamen quam ad R ad K accedit; ut autem quae eius indoles sit magis appareat, etiam alios locos apponemus. cf. 218, 13 *lege*; 220, 4 *uiato*; 221, 20 *plurioribus*; 227, 23 *mare*; 231, 18 *conubium*; 231 20 *sperati et adulterati*; 235, 6 *obluuntur*; 235, 14 *serui*; 238, 10 *et itemque sic*; 242, 16 *agone*; 245, 22 *nisi ut*; 253, 10 *ad hunc*; 253, 11 *addidici*; 255, 10 *de quo*; 257, 1 *eruit*; 263, 17 *teneatur in libris*; 263, 22 *appellatum est*; 264, 7 *primã quid conpellatione*; 269, 20 *adhuc autem*; 270 15 *homo non est concupiscentia quae non ex patre sed ex mundo est*; 272, 5 *humani seminis*; 276, 1 *dicturus. Ipse ac sine concubitu*; 280, 5 *fudit*; 280, 8 *percitus*; 280, 22 *secrete ammota ẽ uerecundis;* 286, 14 *qui si non renascantur*; 308, 21 *Praelegantur*; 311, 13 *fieri in corpore uitae illius* al.

V Codex Vaticanus n. 512 membr. miscell. in 4° fol. 168 s. X confectus hoc opusculum foll. 20—80 offert.

P Codex Parisinus (olim 'à la Bibliothèque de L'Eglise de Paris. Ex libris Renati Vallini Hanetten') n. 16860 fol. 63 binis columnis singulorum quadragenorum uersuum s. XI confectus fol. 4—25 Augustini librum exhibet.

B Codex Bambergensis B III 16 membr. miscell. s. XI—XII exaratus, non s. X ut p. 208 notatum est. qua de re cf.

Neues Archiv für ältere deutsche Geschichtskunde XXI 143 (1896). liber primus occupat fol. 51—67 *(Incipit Prologus sci Augustini in libros de nuptiis et concupiscentia. Item epla eiusdem ad Valerium comitem. Incipit liber primus sci Augustini de nuptiis et concupiscentia. Expl liber I de nuptiis et concupiscentia. Inc liber II,* secundus fol. 67—91 *(Expl liber II de nuptiis ad Valerium comitem).*

Codex Monacensis 14491 (Em. E 114) membr. miscell. in 4° fol. 191 s. XI scriptus fol. 3—56 hoc opusculum exhibet. lectionibus huius libri solius nullus locus corruptus sanatus est. M

Cum hoc codice illos qui sequuntur arte cohaerere uix est quod moneamus: S = Codex Monacensis 15809 (Salisburg. cap. 9) s. XII; W = Codex Vindobonensis 849 s. XII; A = Codex Admuntensis 502 s. XII; m = Codex Monacensis 13059 (Rat. ciu. 59) s. XII; μ = Codex Monacensis 22217 (Windberg 17) s. XII.

Vbi codicum BMSWAmμ lectiones consentiunt, breuitatis causa littera N usi sumus.

Etiam codicem Trecensem 201 s. XII (= T[1]) totum comparauimus; hunc et codices Casinenses 170 s. XI (= C[2]) et 166 s. XI—XII (= C[3]) ab adnotatione critica seclusimus. referendi sunt ad classem codicis K.

Atque his codicibus acquiescendum esse putauimus, non solum quia uetustissimi sunt sed etiam quia desperamus ceteros qui in diuersis bibliothecis delitescunt ad emendationem quidquam ualere.

Catalogos perscrutantibus hi codices nobis innotuerunt.

I. Gallicani: *Abrincensis 93 s. XII.* 2. *Autissiodorensis* (Auxerre) *17 s. XII.* 3. *Carnutensis 116 (66) s. XII.* 4. *Diuionensis 149 s. XIII.* 5. *Gratianopolitanus* (Grenoble) *197 s. XII.* 6. *Mazarineus 635 s. XIII.* 7. *Valentiniani 156 et 164 s. XII.* 8. *Vindocinensis 184 s. XII.* 9. *Parisinus in bibl. armamentarii asseruatus 586 s. XII.* 10. *Parisini (Regii): 1946 s. XIII; 1936 s. XIV; 2046 s. XIV.*

II. Itali. *Vaticani: 655 s. XIV, 500 et 501 s. XV.*

III. Anglicani: *Cod. Bodleianus Add. C 181 s. XIII in.; cod. Bodl. 134 (1898, 1. 2) s. XII; cod. Bodl. 145 (1915) s. XI in.; cod. Bodl. (Barl. 43 (6483) s. XIV.*

IV. Austriacus *Mellicensis 56 (B. 21) s. XV* et Germanici *Monacensis 3015 s. XV, Guelpherbytanus 314 (Helmst. 281) s. XII.*

Omnes codices glossemate extremo capite I libri I aut addito aut omisso (cf. etiam 233, 24. 25; 285, 12) in duas classes distribuuntur. ad unam libri CFEC^{1}TV^1 pertinent, alteram codices KRR^{1}VPMBSWAmμC^{2}C^{3}T^1 efficiunt. T a ceterorum suae familiae librorum communione ita se segregat, ut saepius alteri classi adstipuletur; 231, 22 natiuam cum paucis lectionem exhibet. alterius classis codices KRR^1 amicissime conspirare non est quod doceamus. ad cognationem librorum N demonstrandam hi loci sufficiant: 215, 12 *mares*; 219, 8 *membris*; 220, 25 *transituri tantum*; 227, 23 *amare*; 228, 23 *neque*; 254, 4 *et—auctoritate* om.; 289, 1 *est*; 291, 11 *nuptias corporales* om.; 292, 19 *primum hominibus* al. VP praeter ceteros suae familiae singularibus quibusdam scripturis conspicui sunt: 242, 9 soli addunt: *actus manet reatus praeterit* (*V* in mg.); 281, 24 *fere*] *farris*; 288, 2 *obligati*; 292, 18 soli Benedictinorum lectionem offerunt: *sed dicamus malum primis hominibus id est primis coniugibus accidisse*; 286, 14 cum F probam lectionem praebent. Augustini uerba ut ad auctoritatem codicum CTFE constituerentur multi loci iique grauissimi suadebant. huius autem familiae liber C primas tenet. is enim tot locis suarum lectionum praestantiam probauit, ut eum ex antiquiore et ceteris meliore fonte fluxisse acerrime contendamus. uerum etiam huius codicis auctoritas deprimenda est; nam non solum manifesta interpolationis uestigia ut supra uidimus prae se fert sed etiam sub finem libri secundi persaepe cum codicibus alterius classis neque eis optimae notae conspirat. liber ex quo descriptus est ea parte mutilus fuisse uidetur, ut extrema pars ex alio codice contaminato addita sit. etiam in collocandis uerbis saepius solus a ceteris discedit. quo factum est, ut in hoc genere et in hac operis parte permultos locos ad F et K codicum fidem refingeremus.

Editiones. De editionibus memorandae sunt primum ea quae Basileae a. 1506 apud I. Amerbachium prodiit, tum Monachorum

S. Benedicti e congregatione S. Mauri Parisiis 1696 emissa. atque ille codicem aliquem classis C, hi C codicem ipsum pro fundamento textus constituendi posuerunt, in singulis autem lectiones minus probabiles receperunt uelut 233, 23. 24. 25; 262, 2; 313, 4 al.

Priusquam praefandi finem faciamus, non alienum esse uidetur hoc addi. etsi haud ingratum esset singulos locos ad Caelestium et Pelagium pertinentes qui in his Augustini operibus occurrunt ad certos quosdam titulos quibus olim horum scripta circumferebantur redigi, tamen satius putauimus ea quae illi aut in scriptis proposuerunt aut in iudicio responderunt ita reddere ut Augustini significationes pressius sequendas esse censeremus, praesertim cum uideremus ipsum Augustinum hic illic de auctore dubitationem mouere atque causam cur singula testimonia certis titulis assignarentur magis subtilibus quam ueris argumentis defendi. quod uero locos ex opere contra Iulianum Pelagianum et ex opere imperfecto contra Iulianum protulimus gratum futuro editori facturos nos arbitrabamur.

Quoniam hoc uolumen duorum editorum nomina in fronte gerit, restat ut de laboris societate pauca dicamus. C. F. Vrba, qui opera contra Pelagianos quae hos tractatus praecedunt et sequuntur retractanda susceperat et recensendis libris de peccatorum meritis et remissione sqq. operam nauabat, ne editio operis de nuptiis et concupiscentia a Iosepho Zycha iam prelo parata dilataretur, condicionem accepit, ut hoc uolumen consociato labore ederetur. quam prouinciam ita partiti sumus, ut C. F. Vrba omnem ad auctoris uerba priorum trium opusculorum refingenda utilem apparatum suppeditaret, unde I. Zycha adnotationem criticam praeparauit. ipsum textum conuenientibus et coniunctis uiribus constituimus et praefationem uniter conscripsimus.

Postremo non possumus omnes grato animo non memorare qui in hoc Augustini operum uolumine edendo nos adiuuerunt. et liberalissime quidem uir inlustrissimus qui summo c. r. Ministerio instructionis publicae et curae Corporis scriptorum

ecclesiasticorum latinorum praeest Guilelmus eques ab Hartel multos codices e longinquis bibliothecis nobis huc transmittendos curauit; eodem auctore Academiae litterarum Caesareae opibus copia nobis facta est plerosque libros manu scriptos ubi asseruantur conferendi. tum gratias agimus bibliothecarum praefectorum commoditati qui nobis thesauros suos perfruendos permiserunt. nulli uero plus in exigendo opusculo quam Augusto Engelbrecht debemus qui plagulas totius uoluminis relegens non solum laborem nostrum perpurgauit uerum etiam multa indicauit proposuitque quae et nobis et operi usui erant.

Dabamus Vindobonae mense Octobri a. MDCCCCI.

Carolus F. Vrba. Iosephus Zycha.

CORRIGENDA.

18, 7 in testim. lege: *cf. Matth. 22, 37. 38.*
29, 4 scribendum erat: *re mala'*.
31, 7 exarandum erat: *'sanctus.*
43, 20 lege: *cf. Phil. 2, 13.*
52, 3 scribendum erat: *cum ea om. F.*
84 in testim.: *5 de dono perseuer.*
86, 11 lege: *iniquitas.*
91, 12 scribendum erat: *obediente* L^1.
118, 25: *et gratias ac sic auferri diuersitatem quam apostolus docet'.*
152, 1 in testim. lege: *1 Rom. 3, 24   2—5 Ephes. 2, 8.*
152, 24 *et* includendum erat; cf. 182, 26.
167 in adnotatione scribendum erat: *qui Parisiis in bibl. Nationali asseruatur.*
168, 5 lege: *Carthaginiensibus;* 174, 4 et 175, 12 *Carthaginiensi.*
188 in test.: *17—20 Ps. 50. 12. 14. 13; 23 Ps. 115, 1.*
189, 2 lege: *exultabit* pro *exulauit* et in adnot.: *exultauit libri.*
208 *E = codex Erfordiensis O 26 s. XII; B = codex Bambergensis B III 16 (120) s. XI—XII.*
224, 5 in adnotatione: *illos*] *eos* μ   *imo eo* (*eo* s. l.) *F immo eo P*
242 in testim.: *12 Rom. 6, 12.*
251 in testim.: *15 c. Iul. Pel. I 11 (ideo—conceptionis)   17 cf. Hebr. 4, 15 et Op. imp. I 138.*
280 in testim.: *15 cf. Gen. 20, 14. 17.*

In Volumine XXXXI 527, 7 *de quarum* scribendum et in adnotatione *quarum W* delendum est.

I.

S. Aureli Augustini

de perfectione iustitiae hominis.

L = codex Lugdunensis 524 s. VIII ex.
P = codex Parisinus 9544 s. VIIII.
D = codex olim Sti. Dionysii nunc Paris. 2095 s. VIIII.
R = codex Remensis 379 s. VIIII.
V = codex Vossii Leidensis 98 s. VIIII.
O = codex bibl. ciuit. Saint-Omer 254 s. VIIII—X.
B = codex Britannici Musei 18332 s. X.
C = codex olim Corbeiensis nunc Parisinus 12210 s. X.
K = codex Carnutensis 48 s. X—XI.
N = codex Cluniacensis 31 (Parisinus Nouv. acqu. lat. 1449) s. X—XI.
β = codex Bernensis 176 s. XI.
b = editio princeps Basileae 1506 apud Io. Amerbachium.
d = editio Benedictinorum a S. Mauro 1696.
Eug. = Eugippii excerpta ex operibus s. Augustini p. 938 sqq. ed. P. Knoell.

I.

DE PERFECTIONE IVSTITIAE HOMINIS.

Sanctis fratribus et coepiscopis Eutropio et Paulo Augustinus.

I. Caritas uestra, quae in uobis tanta est et tam sancta, ut etiam iubenti seruire delectet, petiuit, ut definitionibus quae dicuntur Caelestii esse respondeam. sic enim praenotata est eadem chartula quam dedistis: definitiones, ut dicitur, Caelestii. quae praenotatio credo quod non illius, sed eorum sit, qui hoc attulerunt de Sicilia, ubi Caelestius non esse perhibetur, sed multi talia garrientes et, sicut ait apostolus, ipsi errantes et alios in errorem mittentes. ex illius tamen haec esse doctrina uel etiam quorundam sociorum eius et nos possumus arbitrari. nam neque istae breues definitiones uel potius ratiocinationes ab illius abhorrent ingenio,

11 II Tim. 3, 13

2 De perfectione iustitiae hominis *L* Liber sancti Augustini ad Eutropium de perfectione iustitiae hominis *P* Haec insunt. ad Paulum et Eutropium de perfectione iustitiae hominis liber I sci Augustini *D*β *a cod. R fol. 1 inscriptio abest* Incipit ad eps Eutropium et Paulum de perfectione iustitiae hominis sci Augustini liber I *V* Incipit liber beati Agustini ad Paulum et Eutropium de perfectione *om*nis iustitiae *O* Item Augustini ad Eutropium et Paulum eps hispanis de pfectione iustitiae *B* Incipit eiusdem ad Paulum et Eutropium de perfectione iustitiae hominis liber I *C* Incipit liber sci Augustini ad Paulum et Eutropium de perfectione iustitiae hominis *K* Incipit sci Augustini ad epm Eutropium et Paulum de perfectione iustitiae hominis *N* 3 agustinus *OC* 4 nobis *m. 1 C* est tanta *BN* 5 expetiuit *N* de definitionibus *O* defensionibus *b* 6 caestii *m. 1 V*, *O* responderem *O* 7 cartula *OBCN*β de definitionibus (de *s. l. m. 2*) β 8 cęlesti *N* 9 cęlestis *m. 1 N* caestius *O* 10 alia *OC m. 1* 11 errore *B* ex] et *R* 12 hoc *b* sotiorum *R* seruorum β sectatorum *in ras. V*, *b* 13 definitionis *B* difinitiones *O* 14 ratiocinationis *B* rationationes β

quod in opere alio eius inspexi, cuius eum esse constat auctorem, et non frustra istos fratres qui haec attulerunt in Sicilia existimo audisse, quod ipse docuerit ista uel scripserit. uellem autem, si possem, ita obtemperare uestrae fraternae beniuolentiae, ut etiam ego tam breuiter responderem. sed nisi et illa commemorem quibus respondeo, quis poterit quemadmodum responderim iudicare? conabor tamen, quantum ualuero, adiuuantibus me apud domini misericordiam etiam orationibus uestris, ut non ultra quam necesse est meus sermo procurrat.

II. 'Ante omnia', inquit, 'interrogandus est qui negat hominem sine peccato esse posse, quid sit quodcumque peccatum: quod uitari potest an quod uitari non potest. si quod uitari non potest, peccatum non est; si quod uitari potest, potest homo sine peccato esse, quod uitari potest. nulla enim ratio uel iustitia patitur saltem dici peccatum, quod uitari nullo modo potest'. respondemus uitari posse peccatum, si natura uitiata sanetur gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. in tantum enim sana non est, in quantum id quod faciendum est aut caecitate non uidet aut infirmitate non implet, dum caro concupiscit aduersus spiritum et spiritus aduersus carnem, ut ea quae uult homo non faciat.

2. 'Iterum quaerendum est', inquit, 'peccatum uoluntatis an necessitatis est. si necessitatis est, peccatum non est; si uoluntatis est, uitari potest'. respondemus quod supra et, ut sanemur,

18 Rom. 7, 25 21 Gal. 5, 17

1 alio opere *O* constat esse *B* 2 isto *L* 3 exestimo β docuit *b* 6 commemorarē *BN* 7 responderē *N* 8 uoluero *m. 1 B* 12 quid] quod *N* 13 an] aut *C* 14 si] sed β *alt.* potest *om. N* 15 esse] ñ ē *N* 16 saltim *ROD*β, *m. 1 CKN* 19 nostrum *om. N* quantum *ex* tantum *m. 2 B* 21 concupiscat *N* 22 non *post* ut *add. bd* (*cf. p. 11, 17. 19. 26; 15, 2*) 24 iterum ait *b* inquit *om. b* 25 necessitas *alt. m. 1 VC* est *pr. om. N* 26 est *om. N* ut et *O* et *om. N* ut *om. m. 1 V*

inuocamus eum, cui dicitur in psalmo: de necessitatibus meis educ me.

3. 'Iterum', inquit, 'quaerendum est, quid est peccatum, naturale an accidens. si naturale, peccatum non est; si autem accidens est, et recedere potest; et quod recedere potest, uitari potest; et quod uitari potest, potest homo sine eo esse quod uitari potest'. respondetur naturale non esse peccatum, sed naturae, praesertim uitiatae — unde facti sumus natura filii irae — parum esse ad non peccandum uoluntatis arbitrium, nisi adiuta sanetur gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum.

4. 'Iterum', ait, 'quaerendum est, quid est peccatum: actus an res. si res est, ut auctorem habeat necesse est; et si auctorem habere dicitur, iam alter praeter deum rei alicuius auctor induci uidebitur; at si hoc dici inpium est, et confiteri necesse est peccatum omne actum esse, non rem. si igitur actus est, immo quia uere actus est, uitari potest'. respondemus peccatum quidem actum dici et esse, non rem. sed etiam in corpore claudicatio eadem ratione actus est, non res, quoniam res pes ipse uel corpus uel homo est, qui pede uitiato claudicat nec tamen uitare potest claudicationem, nisi habuerit sanatum pedem. quod etiam in interiore homine fieri potest, sed gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. ipsum sane uitium, quo claudicat homo, nec pes est nec corpus nec homo nec ipsa claudicatio, quae utique non est, quando non ambulat, cum tamen insit uitium, quo

1 Ps. 24, 17 8 Eph. 2, 3 23 Rom. 7, 25

4 si naturale est *O* 5 occidens *m. 1 B* et *pr. om. N Eug.* et —uitari potest *om. N* 7 uitare *m. 1 C* 10 aduita *m. 1* β 12 actus] factus *m. 1 N* 13 ut *om. DRBCK, m. 1 V* autotorem (*pr.*) *C* 14 dn̄m *B* 15 at] *ac *N* et *om. bd* confitere *B* 17 uere quia *ON* uero quia *Eug.* respondebimus *Vb* 18 dicit *NC m. 1* et *om. BN* sed] sicut *in ras. O* sicut etiam *B* 20 qui* *C* uiatico (*s. l.* ł uitiato) *N* 21 tamen *om. N* potest homo *bd* habeat *bd* 22 intere *O* 24 quo* *L* quoḍ *V* quod *RBN*β 25 ne ipsa *O* 26 quoḍ *R*

fit claudicatio, quando ambulat. quaerat ergo, quod eidem uitio nomen inponat, utrum rem uelit dicere an actum an rei potius qualitatem malam, qua deformis actus existit. sic et in homine interiore animus res est, rapina actus est, auaritia uitium est, id est qualitas, secundum quam malus est animus, etiam quando nihil agit. unde auaritiae suae seruiat, etiam quando audit: non concupisces seque uituperat et tamen auarus manet; sed per fidem renouatur, id est sanatur, de die in diem nec tamen nisi gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum.

III. 5. 'Iterum', inquit, 'quaerendum est, utrumne debeat homo sine peccato esse. procul dubio debet. si debet, potest; si non potest, ergo nec debet. et si non debet homo esse sine peccato, debet ergo esse cum peccato; et iam peccatum non erit, si illud haberi constiterit. aut si hoc etiam dici absurdum est, confiteri necesse est debere hominem sine peccato esse et constat eum non aliud debere quam potest'. respondetur eadem similitudine, qua superius iam respondimus. cum enim uidemus claudum, qui sanari potest, recte utique dicimus: debet esse homo iste sine claudicatione; et si debet, potest. nec tamen cum uult, continuo potest, sed cum fuerit adhibita curatione sanatus et medicina adiuuerit uoluntatem. hoc fit in interiore homine, quod ad peccatum attinet tamquam eius claudicationem, per eius gratiam qui uenit non uocare iustos sed peccatores, quia non est opus sanis medicus, sed male habentibus.

7 Rom. 7, 7; 13, 9 (Ex. 20, 17) 8 II Cor. 4, 16 24 Matth. 9, 13 25 Matth. 9, 12

3 qua* *BC* existat *Lb*, *m. 2 V* exsistit *P* 5 quam] quod (*in mg. m. 2* quā) *R* 6 suae] uel rapinae *b* 7 concupisci* *B* cupisces *N* 11 requirendum *N* 12 debet et *fin. B* 13 si non] aut si non *BN* nec] non *b* sine peccato esse *O* 14 cum peccato esse *bd* 15 si—constiterit *om. N* haberi] habere (e *fin. ex* i) *P* haberi (i *ex* e *et in mg.* deberi) *V* deberi *bd* etiam *om. N* 18 respondeatur *O* 20 homo iste esse *bd* 21 potest *init. om. m. 1 B* 24 ad eius *b* claudicatione *B* 25 opus est *BN*

6. 'Iterum', ait, 'quaerendum est, utrumne praeceptum sit homini sine peccato esse. aut enim non potest et praeceptum non est aut, quia praeceptum est, potest. nam cur praeciperetur, quod fieri omnino non posset'? respondetur consultissime homini praecipi, ut rectis passibus ambulet, ut cum se non posse perspexerit medicinam requirat, quae interioris hominis ad sanandam peccati claudicationem gratia dei est per Iesum Christum dominum nostrum.

7. 'Iterum', ait, 'quaerendum est, an uelit hominem deus sine peccato esse. procul dubio uult et procul dubio potest. quis enim tam demens, ut uel dubitet fieri posse, quod deum uelle non dubitet'? respondetur: si nollet deus hominem sine peccato esse, non mitteret filium suum sine peccato, qui sanaret homines a peccatis. hoc fit in credentibus et proficientibus renouatione interioris hominis de die in diem, donec fiat perfecta iustitia tamquam sanitas plena.

8. 'Item', ait, 'quaerendum est, quomodo uult deus hominem esse, cum peccato an sine peccato. procul dubio non uult esse cum peccato. quanta haec inpietatis blasphemia sit, cogitandum est, ut dicatur hominem posse esse cum peccato, quod deus non uult, et negetur posse esse sine peccato, quod deus uult; quasi quem ad hoc deus creauerit, ut posset esse quod nolit et non posset esse quod uelit et ut contra suam magis quam ut secundum suam existeret uoluntatem'. iam superius responsum est, sed addendum uideo, quod spe salui facti sumus; spes autem, quae uidetur, non est spes; quod enim uidet quis, quid et sperat? si

7 Rom. 7, 25 15 cf. II Cor. 4, 16 25 Rom. 8, 24. 25

1 utrum *b* 3 cur] quur *LDRBKβ* quis *N* quid *bd* quomodo *Eug.* 5 praecipitur *B* ut *om. N Eug.* ambulare *Eug.* 6 interiori homini *B* 9 deus hominem *bd* 11 demens est *m. 2 Vbd Eug.* dominum *V* 12 dubitat *VBCbd* 13 sine peccato *om. C* 16 tamquam—plena *om. N* 17 Item] Iterum *BNbd Eug.* deus *om. N* 19 blasfemia *PRV* 22 quem] aliquem *bd* quem (*in mg.* quam) *P* possit *Bb Eug.* 23 possit *B* ut et *N* 24 ut *om. N* existere *Nβ* exsisteret *PD* 27 et] ẹṭ *NC* ** *B om. PDRVOKbd Eug.*

autem quod non uidemus speramus, per patientiam expectamus. tunc ergo plena iustitia, quando plena sanitas; tunc plena sanitas, quando plena caritas — plenitudo enim legis caritas — tunc autem plena caritas, quando uidebimus eum sicuti est. neque enim non erit quod addatur ad dilectionem, cum fides peruenerit ad uisionem.

IIII. 9. 'Iterum quaerendum est', inquit, 'per quid efficitur homo cum peccato, per naturae necessitatem an per arbitrii libertatem. si per naturae necessitatem, culpa caret; si per arbitrii libertatem, quaerendum est, a quo ipsam arbitrii libertatem acceperit. procul dubio a deo. deus autem quod dedit, certe bonum est: negari enim non potest. qua igitur ratione bonum probatur, si magis ad malum quam ad bonum pronum est? magis enim ad malum quam ad bonum pronum est, si homo per illud potest esse cum peccato et non potest esse sine peccato'. respondetur per arbitrii libertatem factum, ut esset homo cum peccato: sed iam poenalis uitiositas subsecuta ex libertate fecit necessitatem. unde ad deum fides clamat: de necessitatibus meis educ me. sub quibus positi uel non possumus quod uolumus intellegere uel quod intellexerimus uolumus nec ualemus inplere. nam et ipsa libertas credentibus a liberatore promittitur. si uos, inquit, filius liberauerit, tunc uere liberi eritis. uicta enim uitio in quod cecidit uoluntate caruit libertate natura. hinc alia scriptura dicit: a quo enim quis deuictus est, huic et seruus addictus est. sicut ergo non est opus sanis medicus, sed male habentibus, ita non est opus liberis

3 Rom. 13, 10 5 I Ioh. 3, 2 19 Ps. 24, 17 22 Ioh. 8, 36 25 II Petr. 2, 19 26 Matth. 9, 12

2 spectamus *m. 1 V* ergo erit *bd. m. 2 V* 3 sanitas est *O* tunc—sanitas *om. N* 4 enim] ergo *K* 5 eum sicuti est *om. N* non *om. d; sed cf. cap. XVIII. 39* 10 ipsum *m. 1 K* 12 qu•a *L* 13 bonorum *N* amalum *s. l. add.* d *N* 15 illum *OB* 17 subsequuta *LP* 18 deum *Eug. bd:* eum *codd.* 20 *in.* intelligimus *N* 24 quo *BN* naturae *Vb* 25 debitus *N* et *om. Eug.*

liberator sed seruis, ut ei dicat gratulatio libertatis: saluam fecisti de necessitatibus animam meam. ipsa enim sanitas est uera libertas, quae non perisset, si bona permansisset uoluntas. quia uero peccauit uoluntas, secuta est peccantem peccatum habendi dura necessitas, donec tota sanetur infirmitas et accipiatur tanta libertas, in qua sicut necesse est permaneat beate uiuendi uoluntas, ita ut sit etiam bene uiuendi et numquam peccandi uoluntaria felixque necessitas.

10. 'Proinde', inquit, 'deus bonum hominem fecit et praeterquam illum bonum fecit, bonum ei insuper ut faceret imperauit. quam inpium, ut confiteamur hominem malum esse, quod nec factus est nec ei praeceptum est, si negemus eum bonum posse esse, quod factus est et quod ei ut faceret imperatum est!' respondemus: quia ergo non se ipse homo sed deus bonum hominem fecit, deus eum, non se ipse ut sit bonus reficit, dum uolentem, credentem, inuocantem liberat a malo, quod sibi ipse fecit. hoc autem fit, dum gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum renouatur homo interior de die in diem, ut ad sempiternam non poenam sed uitam resurgat homo exterior nouissimo die.

V. 11. 'Iterum', ait, 'quaerendum est, quot modis constet omne peccatum. duobus, nisi fallor: si aut illa fiant quae prohibentur aut illa non fiant quae iubentur. tam certe omnia illa quae prohibita sunt uitari possunt quam quae praecepta sunt perfici. nam frustra aut prohiberetur aut iuberetur, quod uel caueri uel impleri non posset. et quomodo negabimus posse

1 Ps. 30, 8 17 Rom. 7, 25; II Cor. 4, 16

1 ei *er. P om. m. 1 V* eis *b* saluasti *b* 3 perma*sisset *V* 4 sequuta *LP* 7 ut *om. BNb* sic *B* 9 et—fecit *om. N* 10 ei *om. m. 1 V* 12 si] et *d* negamus *b* 13 factū *VBC m. 1* ut] quod *L om. m. 1 V* 16 refecit *Bβ Eug.* efficit *O* uolentatem *O* liberarat *L* 20 in nouissimo *m. 2 Vbd* 21 quot modis fiat peccatum *in mg. m. 2 V* quod *L, m. 1 K, m. 2 R* quo *m. 1 R* constat *Kβ* 22 ni *bd* siç *N* ŋ fiant β 25 aut *om. m. 1 V* ut *N* prohibetur *N* aut iuberetur *om. N* 26 possit *LVBOCNβb, m. 1 D* negauimus *LB, m. 1 N*

esse hominem sine peccato, cum confiteri necesse sit eum tam omnia illa quae uetantur posse cauere quam quae imperantur efficere?' respondetur multa esse in scripturis sanctis diuina praecepta, quae omnia commemorare nimis operosum est; sed dominus, qui uerbum consummans et breuians fecit super terram, in duobus praeceptis dixit legem prophetasque pendere, ut intellegeremus quicquid aliud diuinitus praeceptum est in his duobus habere finem et ad haec duo esse referendum: diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo et ex tota anima tua et ex tota mente tua, et: diliges proximum tuum tamquam te ipsum. in his, inquit, duobus praeceptis tota lex pendet et prophetae. quicquid ergo dei lege prohibemur et quicquid iubemur facere, ad hoc prohibemur et iubemur, ut duo ista compleamus. et forte generalis prohibitio est: non concupisces, et generalis iussio: diliges. unde breuiter et apostolus Paulus quodam loco utrumque complexus est. prohibitio est enim: nolite conformari huic saeculo, iussio autem: sed reformamini in nouitate mentis uestrae. illud pertinet ad non concupiscere, hoc ad diligere; illud ad continentiam, hoc ad iustitiam; illud ad declinandum a malo, hoc ad faciendum bonum. non concupiscendo enim uetustate expoliamur et nouitate induimur diligendo. sed nec quisquam esse potest continens, nisi deus det, et caritas dei diffunditur in cordibus nostris non per nos ipsos, sed per

5 Rom. 9, 28 9 Matth. 22, 37 (Deut. 6, 5) 11 Matth. 22, 39. 40 (Leu. 19, 18) 15 Ex. 20, 17 16 Deut. 6, 5 18 Rom. 12, 2 24 Sap. 8, 21 Rom. 5, 5

1 hominem esse *BN* 2 imperatur *Bbd* 3 respondemus *RK*β 5 quia *N* 6 leges *N* 8 ad *om. m. 1 V* 9 diligis *B* 10 tuo *om. m. 1 V* 11 diligis *B* tamquam] sicut β 12 duobus praeceptis *om. B* pondet *B* 13 lege dei *O* 15 concupiscere *N* 16 apostolis *O* 17 enim est *bd* 18 noli *m. 1 L* confirmari *B* 19 renouamini *b* 20 conpiscere *m. 1 V* 21 declinando *B* a *om. B* 22 exspoliamur *Rbd* 23 nonuitae *m. 1 B* ne *N*, *m. 1 B* potest continens esse *bd* 24 dei *om. O* diffundatur *O*

spiritum sanctum qui datus est nobis. hoc autem fit de die in diem in his qui uolendo et credendo et inuocando proficiunt et praeterita obliuiscentes in ea quae ante sunt extenduntur. ad hoc enim lex ista praecepit, ut cum in his implendis homo defecerit non se extollat superbia tumidus, sed ad gratiam confugiat fatigatus ac sic eum lex terrendo ad Christum diligendum paedagogi perducat officio.

VI. 12. 'Iterum quaerendum est', inquit, 'quomodo non potest homo esse sine peccato: uoluntate an natura. si natura, peccatum non est; si uoluntate, perfacile potest uoluntas uoluntate mutari'. respondemus ammonentes esse cogitandum quanta sit ista praesumptio, qua dicitur non solum posse — quod quidem adiuuante dei gratia negandum non est — sed etiam perfacile posse uoluntatem uoluntate mutari, cum dicat apostolus: caro concupiscit aduersus spiritum et spiritus aduersus carnem; haec enim inuicem aduersantur, ut non ea quae uultis faciatis. non enim ait: haec inuicem aduersantur, ut quae potestis facere nolitis, sed ut non ea quae uultis faciatis. cur ergo concupiscentia carnis — quae utique culpabilis atque uitiosa est nihilque est aliud quam desiderium peccati, quod idem apostolus praecipit, ne regnet in nostro mortali corpore, ubi satis ostendit esse tamen in nostro mortali corpore, quod permittendum non sit ut regnet — cur ergo ista concupiscentia non mutata est ea uoluntate, quam uoluntatem satis euidenter expressit apostolus dicens: ut non ea quae uultis faciatis, si facile potest uoluntas uoluntate mutari? nec

3 Phil. 3, 14 6 cf. Gal. 3, 24 15 Gal. 5, 17 22 Rom. 6, 12

2 iis *d* 4 precipit *RVBCK, m. 2 D* 6 hac *N* terrendo lex *N* 9 homo sine peccato esse *bd* 11 uoluntatem *L* uoluntatem *B* 12 praesumtio *P* 13 gratia dei *Vbd* gratia* *L* 16 sibi inuicem *b* aduersantur sibi *Eug.* 18 haec enim *N* 19 sed non ut *VN* ut *om. m. 1 C* quur *LPDRV*β, *m. 1 K* quis *N* 20 quae—concupiscentia *om. N* 21 est *pr. er. V* 22 praecepit *m. 1 B*, β 23 ubi—corpore *om. B* 24 quur *LPDRVCK*

sane isto modo naturam siue animae siue corporis, quam deus creauit et quae tota bona est, accusamus; sed eam dicimus propria uoluntate uitiatam sine dei gratia non posse sanari.

13. 'Iterum', ait, 'quaerendum est, si non potest homo sine peccato esse, cuius culpa est: ipsiusne hominis an cuiuslibet alterius. si ipsius hominis, quomodo culpa hominis est, si hoc non est quod esse non potest?' respondemus ideo esse hominis culpam, quod non est sine peccato, quia sola hominis uoluntate factum est, ut ad istam necessitatem ueniret, quam sola hominis uoluntas superare non possit.

14. 'Iterum', ait, 'quaerendum est, si natura hominis bona est, quod nullus negare nisi Marcion aut Manicheus audebit: quomodo igitur bona est, si malo ei non est carere possibile? omne enim peccatum malum esse quis dubitet?' respondemus et naturam hominis bonam esse et eam malo carere posse. nam ideo clamamus: libera nos a malo. quod non perficitur, quamdiu corpus, quod corrumpitur, adgrauat animam. sed hoc agitur gratia per fidem, ut aliquando dicatur: ubi est, mors, contentio tua? ubi est, mors, aculeus tuus? aculeus autem mortis peccatum, uirtus uero peccati lex, quoniam lex prohibendo auget peccati cupiditatem, nisi diffundat spiritus caritatem quae plena et perfecta tunc erit, cum uidebimus facie ad faciem.

15. 'Et hoc', inquit, 'dicendum est: certe iustus deus — negari enim non potest — imputat autem deus homini omne peccatum. et hoc quoque confitendum puto, quia neque peccatum est

16 Matth. 6, 13 17 Sap. 9, 15 19 I Cor. 15, 55. 56 23 cf. I Cor. 13, 12

2 et] ut *P* bene *m. 1 D*, β 3 gram̄ *NC* gratia* *V* 5 culpȩ *PDROCK*β ipsius *N* 7 culpam hominis *Vbd* 8 peccatu* *L* 10 potest *BN* 12 marchion *LPDVC* martion *B* audiuit *N* 13 carere non est *Cbd* 15 hominis *om. N* 16 nam] et *N* clamemus *m. 1 D* 19 ubi—tua *om. m. 1 B* 23 facieɱ *N* a *m. 1 B* faciaē (~ *add. m. 2*) *B* 24 iustus est *bd* dn̄s *B* negare *B* 26 et hoc] de hoc *Eug.* confidendum *L*

quicquid non imputabitur in peccatum. et si est aliquod peccatum, quod uitari non possit, quomodo iustus deus dicitur, si imputare cuiquam creditur, quod uitari non possit?' respondemus iam olim contra superbos esse clamatum: beatus cui non imputabit dominus peccatum. non enim imputat his qui fideliter ei dicunt: dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. et iuste non imputat, quia iustum est quod ait: in qua mensura mensi fueritis, in eadem remetietur uobis. peccatum est autem, cum uel non est caritas quae esse debet uel minor est quam debet, siue hoc uitari uoluntate possit siue non possit; quia si potest, praesens uoluntas hoc facit, si autem non potest, praeterita uoluntas hoc fecit; et tamen uitari potest, non quando uoluntas superba laudatur, sed quando humilis adiuuatur.

VII. 16. Post haec ille qui ista conscripsit introducit personam suam quasi cum altero disputantem et facit se interrogari et quasi ab interrogante sibi dici: 'das mihi hominem sine peccato?' et respondet: 'do tibi qui esse possit'. et rursus ab interrogante dicitur ei: 'quis est?' et respondet: 'ipse tu. quodsi dixeris', inquit, 'ego esse non possum, respondendum est: cuius culpa est? quodsi dixerit: mea, dicendum est: et quomodo tua est, si esse non potes?' iterum facit se interrogari et dici sibi: 'tu ipse sine peccato es, qui dicis hominem sine peccato esse posse?' et respondet: 'quod non sum sine peccato, cuius

4 Ps. 31, 2 6 Matth. 6, 12 8 Matth. 7, 2

1 aliquod peccati *N* 2 in quo *N* potest *N* deus *om. N* 3 creditur] dicitur *Nβ, m. 1 D* potest *N* 4 contra c̣ọṇṭṛạ *C* 5 imputauit *VNbd* 6 iis *βd* 9 remitietur *L* 10 cum] quod *B* 11 uoluntate uitari *Kbd* uetari *B* 12 siue non possit *om. m. 1 V* 13 haec *K* fecit *O* facit *N, m. 1 B* 16 hoc *b* illae *C* 18 dicit *LOβ, m. 2 R* dici• *V* da *bd* 19 respondit *BN Eug.* rursum *Lβ, m. 1 D* 20 respondit *BN* quid *N* 21 dixerit *BN* ego inquit *N* e•go *R* 22 dixeris *RVbd* 23 esse (*in mg. m. 2* ł ipse) *R, BKN, m. 2 DC:* ipse *LPVOβb, m. 1 DC* item *BN* dicis *C* dicit *Eug.* 24 quin *P* 25 respondit *N Eug.*

culpa est? quodsi dixerit', inquit, 'tua est, respondendum est: quomodo mea, si esse non possum?' nos respondemus nullum cum eis de his uerbis esse debere conflictum, quia non est ausus dicere esse hominem sine peccato, uel aliquem uel se ipsum, sed tantummodo esse posse respondit, quod neque nos negamus. quando autem possit et per quem possit, hoc quaeritur. si enim modo est, non omni animae fideli positae in corpore mortis huius orandum est et dicendum: dimitte nobis debita nostra, cum iam in sancto baptismo uniuersa fuerint dimissa praeterita. quisquis autem membris fidelibus Christi hoc non esse orandum persuadere conatur, nihil aliud quam se ipsum christianum non esse profitetur. porro si per se ipsum potest homo esse sine peccato, ergo Christus gratis mortuus est. non autem gratis mortuus est Christus; non igitur potest homo esse sine peccato, etiamsi uelit, nisi adiuuetur gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. quod ut perficiatur, et nunc in proficientibus agitur et omni modo implebitur contentione mortis absumpta et caritate quae credendo et sperando nutritur uidendo et obtinendo perfecta.

VIII. 17. Deinceps instituit diuinis testimoniis agere quod intendit. quod quale sit, diligentius aduertamus. 'testimonia', inquit, 'quibus probatur praeceptum esse homini ut absque peccato sit'. ad hoc respondemus: non utrum praeceptum sit quaeritur, quod ualde manifestum est; sed hoc ipsum, quod praeceptum esse constat, utrum in corpore mortis huius

8 Matth. 6, 12 13 Gal. 2, 21 16 Rom. 7, 25 18 cf. I Cor. 15, 54

2 si *om.* *B* nulla *B* 4 hominem esse *bd* 5 posse esse *N* possit *B* quod respondit *b* negamus nos *N* 6 autem *om. m. 1 B* et—possit *om. m. 1 CN* hoc] homo *B* 8 eius *N* 12 profite*tur *D* 14 Christus mortuus est *bd* 15 esse homo *N* nisi ut *Eug.* 16 adiuuet *V* 18 consūmatione *N* cum contentione *Eug.* adsūpta *L, m. 1 R* absumta *PN* 19 qui *m. 1 V* sperando] operando *N* 21 Deinde *bd* 22 quale *ex* quid *V* 24 non *ex* nostri *C* 25 ipsud *N*

possit impleri, ubi caro concupiscit aduersus spiritum et spiritus aduersus carnem, ut non ea quae uolumus faciamus. de quo corpore mortis huius non omnis liberatur qui finit hanc uitam, sed qui in hac uita susceperit gratiam et ne in uanum suscipiat bonis operibus egerit. aliud est enim exire de hoc corpore, quod omnes homines dies uitae huius ultimus cogit, aliud est autem liberari de corpore mortis huius, quod sola dei gratia per Iesum Christum dominum nostrum sanctis et fidelibus eius impertit. post hanc autem uitam merces perficiens redditur, sed eis tantum, a quibus in hac uita eiusdem mercedis meritum comparatur. non enim ad saturitatem iustitiae, cum hinc exierit, quisque perueniet, nisi ad eam cum hic est esuriendo et sitiendo cucurrerit; beati quippe qui esuriunt et sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur.

18. Quamdiu ergo peregrinantes a domino per fidem ambulamus, non per speciem — unde dictum est: iustus ex fide uiuit — haec est nostra in ipsa peregrinatione iustitia, ut ad illam perfectionem plenitudinemque iustitiae, ubi in specie decoris eius iam plena et perfecta caritas erit, nunc ipsius cursus rectitudine et perfectione tendamus castigando corpus nostrum et seruituti subiciendo et elemosynas in dandis beneficiis et dimittendis quae in nos sunt commissa peccatis hilariter et ex corde faciendo et orationibus indesinenter instando et haec faciendo in doctrina sana, qua aedificatur fides recta, spes firma, caritas pura. haec

1 Gal. 5, 17 7 Rom. 7, 24. 25 14 Matth. 5, 6 16 II Cor. 5, 6. 7 18 Hab. 2, 4 22 cf. I Cor. 9, 27 24 cf. Rom. 12, 12, Col. 4, 2 25 cf. I Tim. 1, 10 II Tim. 4, 3 Tit. 2, 1

1 possit] positum *B* 4 suscipit *Nb* 5 uacuū β aliut *L* 9 xpm filiū *N* 10 inpertitur *N* ĩpat β post autem hanc ui (*m. 2 in ras.*) *B* merceps *V* 11 a *om. N* 12 enim *om. N* 14 cururrerit *m. 1 R* 18 nostra *om.* β peregrinatio *L* 20 in *om. V* speciae *P, m. 1 DR* 22 castigandum *m. 1 BN* 23 elemosynas *PBO* elymosinas *LV* elemosinas *RCNK*β 24 hilaritate *N* et *om. O* toto corde *N* 25 insistendo *b* 26 qua* *D* quae *B* quę *L m. 1 N* difficiatur *m. 1 N* fide* β

est nunc nostra iustitia, qua currimus esurientes et sitientes ad perfectionem plenitudinemque iustitiae, ut ea postea saturemur. unde dominus in euangelio cum dixisset: nolite facere iustitiam uestram coram hominibus, ut uideamini ab eis, ne istum nostrum cursum fine humanae gloriae metiremur, non est in expositione iustitiae ipsius exsecutus nisi tria ista: ieiunium, elemosynas, orationes; ieiunio scilicet uniuersam corporis castigationem significans, elemosynis omnem beneuolentiam et beneficientiam uel dandi uel ignoscendi et oratione insinuans omnes regulas sancti desiderii: ut quoniam in castigatione corporis frenatur concupiscentia, quae non frenari, sed omnino esse non debet nec erit in illa perfectione iustitiae, ubi nullum erit omnino peccatum, et saepe in usu rerum etiam concessarum atque licitarum exserit immoderationem, suam in ipsa uero beneficientia, qua iustus consulit proximo, quaedam fiunt quae obsint, cum prodesse putata sint, et aliquando per infirmitatem, uel cum minus sufficitur necessitatibus aliorum uel parum in eis proficit, quod benignitatis ac laboris impenditur, subrepit taedium, quo fuscetur hilaritas, in qua datorem diligit deus, subrepit autem tanto magis, quanto minus quisque, et tanto minus, quanto magis profecerit — his atque huius modi consideratis merito in oratione dicimus: dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris; si

3 Matth. 6, 1 20 II Cor. 9, 7 23 Matth. 6, 12

1 qu*a *D* 6 exaequatos (*s. l. m. 2* executus) *B* 7 elemosynas *PO* elymosinas *LC, m. 1 VB* elemosinas *RDKNβ* ieiunium *B* 8 elemosynis *PO* elymosinis *LC* elemosinis *DRVKN, m. 1 B* 9 omnē (ē *ex* i) *B* beniuolentiam *PDRVOBCβ, m. 2 L, m. 1 K* beneficentiam *POβ* benificientiam *m. 1 B* benificentiam *C* 10 insinuans] insuas *PO, m. 1 D* 14 exerit *ONβ, m. 1 R* 15 uera *Vbd Eug.* beneficentia *LPOCbd* quę *L* 16 obsunt *b* 17 puta *m. 1 L* sint *ex* sunt *B* minimo (nimo *in ras.*) *B* 18 sufficit *d* 19 hac *N* subripit *N, m. 2 O* 20 hylaritas *R* hilarē *N* quā *N* subripit *N, m. 2 O* subrapit *V* 22 quando *V* magisquisque *BN* proficerit *m. 1 DVC* proficeret *N* 23 debitę *m. 1 R*

tamen quod dicimus faciamus, ut uel ipsi etiam diligantur inimici uel, si quisquam adhuc in Christo paruulus hoc nondum facit, paenitenti tamen quod in eum quisque peccauit et ueniam petenti ex intimo cordis ignoscat, si uult ut eius orationem pater caelestis exaudiat.

19. In qua oratione si contentiosi esse nolimus, satis nobis propositum speculum est ubi inspiciatur uita iustorum, qui ex fide uiuunt et perfecte currunt, quamuis sine peccato non sint. unde dicunt: dimitte nobis, quia nondum quo curritur peruenerunt. hinc dicit apostolus: non quia iam acceperim aut iam perfectus sim. fratres, ego me non arbitror adprehendisse; unum autem quae retro oblitus, in ea quae ante sunt extentus secundum intentionem sequor ad palmam supernae uocationis dei in Christo Iesu. quotquot ergo perfecti, hoc sapiamus; id est: quotquot perfecte currimus, hoc sapiamus, quod nondum perfecti sumus, ut illic perficiamur, quo perfecte adhuc currimus, ut cum uenerit quod perfectum est, quod ex parte est destruatur, id est non iam ex parte sit, sed ex toto, quia fidei et spei iam res ipsa, non quae credatur et speretur, sed quae uideatur teneaturque, succedet, caritas autem, quae in his tribus maior est, non auferatur, sed augeatur et impleatur contemplata quod credebat et quod sperabat indepta. in qua plenitudine caritatis praeceptum illud implebitur: diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo et ex tota anima tua

7 Hab. 2, 4 9 Matth. 6, 12 10 Phil. 3, 12—15 18 I Cor. 13, 10 22 cf. I Cor. 13, 13 25 Deut. 6, 5; Matth. 22, 37

1 etiam ipsi *N* 3 faciat *b* 4 agnoscat *L* operationem *C* 6 nolumus *OCbd* nolemus (*s. e add.* v) *N* 10 hic *N* 11 non me *b* 13 sunt obliuiscentes *b* sint *L* 14 sequor *om.* β 15 dn̄i *B* 16 id—sapiamus *om.* β quodquot *V* quod *N* 18 perfectae *C* curremus *B* 20 sit] est *B* 21 et speretur *om. B* 22 succedit *N Eug.* his *om. N* 23 auferetur *bd* augebitur *bd* implebitur *bd* 24 intepta *m. 1 L* 25 diligis *m. 1 L*

et ex tota mente tua. nam cum est adhuc aliquid carnalis concupiscentiae, quod uel continendo frenetur, non omni modo ex tota anima diligitur deus. non enim caro sine anima concupiscit, quamuis caro concupiscere dicatur, quia carnaliter anima concupiscit. tunc erit iustus sine ullo omnino peccato, quia nulla lex erit in membris eius repugnans legi mentis eius, sed prorsus toto corde, tota anima, tota mente diliget deum, quod est primum summumque praeceptum. cur ergo non praeciperetur homini ista perfectio, quamuis eam in hac uita nemo habeat? non enim recte curritur, si quo currendum est nesciatur. quomodo autem sciretur, si nullis praeceptis ostenderetur? sic ergo curramus, ut conprehendamus. omnes enim qui recte currunt, conprehendent, non sicut in agone theatrico omnes quidem currunt, sed unus accipit palmam. curramus credendo, sperando, desiderando; curramus corpus castigando et elemosynas in bonis dandis malisque ignoscendis hilariter et ex corde faciendo et currentium uires ut adiuuentur orando et sic audiamus praecepta perfectionis, ne currere neglegamus ad plenitudinem caritatis.

VIIII. 20. His praemissis ea testimonia quae posuit iste cui respondemus, tamquam nos ea protulerimus, diligenter audiamus. 'in Deuteronomio: tu autem perfectus eris coram domino deo tuo; item illic: et non erit inconsummatus in filiis Israel; item saluator in euangelio: estote perfecti, quia pater uester qui in caelis est perfectus est; item apostolus ad Corinthios

6 Rom. 7, 23 7 Matth. 22, 37. 38 13 I Cor. 9, 24 22 Deut. 18, 13 23 Deut. 23, 17 25 Matth. 5, 48

1 tote *m. 1 R* 4 dr̃ β 6 quia] quando *RCKd*, *m. 2 D* 7 anima (ma *add. m. 2*) *L* 8 diligit *LPOβb Eug.*, *m. 1 DVC* summum primumque *C* 9 cur] cū *BN* 10 quod *B* 13 current *PVO Eug.*, *m. 1 DC* 15 et sperando *Eug.* 16 elymosinas *LB*, *m. 1 V* elemosinas *RCN*, *m. 1 D* helemosynas *PO* aelymosinas *C* elemosinis β 17 ex *om.* β 21 cuius *R* 23 illud *N* 24 israhel *PR* isrł *OCK* 26 chorinthios *RKβ*

secunda: de cetero, fratres, gaudete, perfecti estote; item ad Colossenses: corripientes omnem hominem et docentes in omni sapientia, ut exhibeamus omnem hominem perfectum in Christo; item ad Philippenses: omnia facite sine murmuratione et haesitatione, ut sitis inreprehensibiles et simplices sicut filii dei inmaculati; item ad Ephesios: benedictus deus et pater domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spiritali in caelestibus in Christo, sicut elegit nos in ipso ante constitutionem mundi, ut essemus sancti et inmaculati in conspectu eius; item ad Colossenses: et uos cum essetis aliquando alienati et inimici sensus eius in operibus malis, nunc autem reconciliati in corpore carnis eius per mortem eius, exhibete uos sanctos et inmaculatos et inreprehensibiles; item ad Ephesios: ut exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiam non habentem maculam aut rugam aut aliquid huius modi, ut sit sancta et inmaculata; item ad Corinthios prima: sobrii estote et iusti et nolite peccare; item in epistula sancti Petri: propter quod succincti lumbos mentis uestrae, sobrii perfecte sperate in eam quae offertur uobis gratiam, quasi filii oboedientiae, non configurati prioribus ignorantiae uestrae <concupiscentiis>,

1 II Cor. 13, 11 2 Col. 1, 28 5 Phil. 2, 14. 15 7 Eph. 1, 3. 4 12 Col. 1, 21 17 Eph. 5, 27 20 I Cor. 15, 34 21 I Petr. 1, 13—16

1 perfecte *m. 1 R* 2 colosenses *LDRVOBCKβ, m. 1 N* 4 filipenses *DRVOB* 5 facientes *V, m. 1 C* muratione *R* esitatione *m. 1 N* 6 et simplices *om. N* 7 efesios *LP* effesios *O* 10 xpo ihu *PVOBCN, m. 2 R* mundi constitutionem *Kbd* constitutio mundi *O* 11 in conspectu eius *om. b* 12 eius] ipsius *BN* colosenses *LDRVOCβ, m. 1 N* 13 sensus eius] sensu *bd* 16 sanctos] castos *N* 17 ecclesiam *om. N* 20 chorinthios *β* 21 epistola *DRVOBCKN* 22 succinti *L* mentis *om. L, m. 1 D* sobrie *O* 23 perfecti *CNb* ea *N* 25 uestrae *om. N* concupiscentiis *d: om. libri*

sed secundum eum qui uocauit uos sanctum et ipsi sancti in omni conuersatione sitis, quia scriptum est: sancti eritis, quia ego sanctus sum. unde et beatus Dauid dicit: domine, quis habitabit in tabernaculo tuo? aut quis requiescet in monte sancto tuo? qui ingreditur sine macula et operatur iustitiam; et alibi: et ero inmaculatus cum eo; et alibi: beati inmaculati in uia, qui ambulant in lege domini; item apud Salomonem: diligit dominus sancta corda; accepti sunt autem illi omnes inmaculati'. horum testimoniorum aliqua currentes exhortantur, ut perfecte currant, aliqua ipsum finem commemorant, quo currendo pertendant. ingredi autem sine macula non absurde etiam ille dicitur, non qui iam perfectus est, sed qui ad ipsam perfectionem inreprehensibiliter currit, carens criminibus damnabilibus atque ipsa peccata uenialia non neglegens mundare elemosynis. ingressum quippe, hoc est iter nostrum, quo tendimus ad perfectionem, munda mundat oratio; munda est autem oratio, ubi ueraciter dicitur: dimitte nobis, sicut et nos dimittimus, ut, dum non reprehenditur quod non imputatur, sine reprehensione, hoc est sine macula noster ad perfectionem cursus habeatur, in qua perfectione, cum ad eam uenerimus, iam non sit omnino quod ignoscendo mundetur.

4 Ps. 14, 1. 2 7 Ps. 17, 24 8 Ps. 118, 1 9 Prou. 22, 11 19 Matth. 6, 12

1 sed *om. N* uos *om.* β scos β, *m. 1 D* scm *in ras. V, om. K* ut β 2 omne *R, m. 1 V* 3 quia ego] qm *B* 5 aut—tuo *in mg. m. 2 B* requiescit *m. 1 V Eug.* 6 macula* *L* operantur *B* 7 cum] coram *Eug.* 8 uiā *V* 9 diligit dns (*sed add. signa transpos.*) *L* 10 autem *om. L*β, *m. 1 D* ei *BN* omnes illi *K* omnes *ex* homines *O* 11 testimoniumrum *m. 1 R* currentes—aliqua *om. N* exortantur *VOC, m. 1 R* 13 pertendunt *Eug.* 14 quia *fin. N* 17 elimosynis *L* elymosinis *VBCN* elemosinis *DRK* est *om. b* inter *N* 18 mundamus munda *N* munda—oratio *om. N* 19 autem *om. m. 1 C* sicut—dimittimus *om. N* 20 non *pr. om. b* 21 nra *N*β 22 eum *Eug.* 23 ueniremus *in mg. V* ignoscendum *N*

X. 21. Deinde iste adhibet testimonia, quibus ostendat non esse grauia diuina praecepta. quis autem nesciat, cum praeceptum generale sit caritas — quia finis praecepti est caritas et plenitudo legis est caritas — graue non esse quod diligendo fit, non timendo? laborant autem in dei praeceptis, qui ea timendo conantur implere; sed perfecta caritas foras mittit timorem et facit praecepti sarcinam leuem, non solum non prementem onere ponderum, uerum etiam subleuantem uice pinnarum. quae tamen caritas ut habeatur etiam tanta quanta in corpore mortis huius haberi potest, parum est nostrae uoluntatis arbitrium, nisi adiuuet gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum; diffunditur quippe in cordibus nostris, quod saepe dicendum est, non per nos ipsos, sed per spiritum sanctum qui datus est nobis. nec aliam ob causam scriptura commemorat non esse grauia praecepta diuina, nisi ut anima quae illa grauia sentit intellegat nondum se accepisse uires, quibus talia sint praecepta domini qualia commendantur, leuia scilicet atque suauia, et oret gemitu uoluntatis, ut impetret donum facilitatis. qui enim dicit: fiat cor meum inmaculatum, et: itinera mea dirige secundum uerbum tuum, et ne dominetur mihi omnis iniquitas, et: fiat uoluntas tua sicut in caelo ita et in terra, et: ne nos inferas in temptationem et cetera huius modi, quae commemorare longum est, hoc utique

3 I Tim. 1, 5 4 Rom. 13, 10 6 I Ioh. 4, 18 12 Rom. 7, 25 13 Rom. 5, 5 20 Ps. 118, 80 21 Ps. 118, 133 23 Matth. 6, 10 24 Matth. 6, 13

2 grauia esse *K* 3 sit generale *bd* 4 non esse graue *bd* 5 laboran *m. 1 D* 6 qui* *R* quia *B* ea *om. BN*, *m. 1 V* 8 leuem *om. d* onere *ex* honore *N* 9 pennarum *RBOCK et m. 2 LPDVN* 12 adiuuetur *N* 13 nostrum *om. m. 1 R* 16 diuina praecepta *bd* 17 ut *s. l. m. 2 s. exp.* tua *B* se nondum *bd* 18 sint *ex* sunt *V* 19 atqu*e *R* 20 impetrent *B* impetret et *N* felicitatis *RO* 23 inquitas *V* ita *om. Bbd* 24 temtationem *P* 25 huiumodi *B* commemorari *R*

orat, ut praecepta dei faciat, quae ut fierent, nec iuberetur, si nihil ibi nostra uoluntas ageret, nec oraretur, si sola sufficeret. commendantur ergo non esse grauia, ut cui grauia sunt intellegat nondum se accepisse donum, quo grauia non sint, nec arbitretur ea se perficere, quando ita facit, ut grauia sint — hilarem enim datorem diligit deus — nec tamen, cum ea grauia sentit, desperando frangatur, sed ad quaerendum, petendum pulsandumque cogatur.

22. Audiamus ergo et in his testimoniis, quae deinde posuit, deum sua praecepta non grauia commendantem. 'quod dei mandata', inquit, 'non modo inpossibilia non sint, uerum ne grauia quidem. in Deuteronomio: et conuertetur dominus deus tuus epulari in te super bonis, sicut epulatus est super patres tuos, si audieritis uocem domini dei uestri custodire et facere omnia mandata eius et iustitias et iudicia quae scripta sunt in libro legis huius: si conuersus fueris ad dominum deum tuum ex toto corde tuo et ex tota anima tua. quia mandatum hoc, quod ego mando tibi hodie, non est graue neque longe a te est. non est in caelo, ut dicas: quis ascendet in caelum et accipiet illud nobis et audientes faciemus? non est trans mare, ut dicas: quis transfretabit mare et accipiet illud nobis et audientes faciemus? iuxta te est enim uerbum in ore tuo, in corde et in manibus tuis facere illud. item dominus

6 II Cor. 9, 7 8 cf. Luc. 11, 9 12 Deut. 30, 9—14

1 faciat] fiat *N*, *m. 1 C* iuberentur *N* 3 aut *B*β 4 quoḍ *L*, *m. 1 D* 5 ea] a *N* 6 sint quo grauia non sint *N*; sint—grauia *m. 2 add. in mg. inf. D* 7 grauia *om. N* disperando *B* ad *om. B* 8 paetendum *V* pac*endum (*in mg. add.* s) *L* cogitatur *B* 9 in *om. B* inde *B* 12 conuertitur *N* 13 aepulari *POC*β aepulare *B* in *om. m. 1 V* bonis] nobis *N* aepulatus *POBK*β 14 audieris *m. 1 D* dei *om. m. 1 R* 20 a te longe *DRCKbd* 21 ascendit *N* illum *m. 1 C* 22 faciamus *b* non—faciemus *om. B* qui *m. 1 R* 23 transfretauit *N*, *m. 1 V* 24 faciamus *b* te *om. CN* tuo et *BN* 25 corde tuo *B* illū *N*

in euangelio: uenite ad me omnes qui laboratis et onerati estis, et ego uos requiescere faciam. tollite iugum meum super uos et discite a me, quia mitis sum et humilis corde, et inuenietis requiem animabus uestris; iugum enim meum suaue est et onus meum leue est. item in epistula sancti Iohannis: haec est caritas dei, ut mandata eius obseruemus; et mandata eius grauia non sunt'. his auditis legitimis et euangelicis et apostolicis testimoniis aedificemur ad gratiam, quam non intellegunt qui ignorantes dei iustitiam et suam uolentes constituere iustitiae dei non sunt subiecti. si enim non intellegunt illud ex Deuteronomio quemadmodum apostolus Paulus commemorauerit, ut corde credatur ad iustitiam, ore [autem] confessio fiat ad salutem, quia non est opus sanis medicus, sed male habentibus, isto certe Iohannis apostoli testimonio, quod ad istam sententiam ultimum posuit, ubi ait: haec est caritas dei, ut mandata eius seruemus; et mandata eius grauia non sunt, debent utique commoneri caritati dei non esse graue mandatum dei, quae nonnisi per spiritum sanctum diffunditur in cordibus nostris, non [per arbitrium] humanae uoluntatis, cui plus dando quam oportet ignorant iustitiam dei: quae tamen caritas tunc perfecta erit, cum poenalis timor omnis abscesserit.

XI. 23. Post haec proposuit testimonia, quae contra eos dici solent, nec ea soluit, sed commemorando quasi contraria

1 Matth. 11, 28—30 6 I Ioh. 5, 3 10 Rom. 10, 3 13 Rom. 10, 10 14 Matth. 9, 12 17 I Ioh. 5, 3 20 Rom. 5, 5

1 euangeliū *N* honerati *BN*, *m. 1 R* honorati *m. 1 D* 5 honus *N* 6 epistola *codd. praet. L* 8 audi*tis *R* in euangelicis *N* 10 ignorantes enim *B* iustitiam iustitiam *B* 12 illud intellegunt *N* illud *om. bd* ex] in *b* 14 autem *ROBCK*, *m. 2 Dbd* fiat confessio *b* 16 ista *N* sentiam *O* posuit ultimum *b* 18 non *s. l. V om. B* 21 per arbitrium *RK*, *m. 2 Dd* uoluntati* *P* uoluntati *B* 23 cū *m. 2 ex* quā *B* omnis *om. m. 1 V* 25 commemorandū *N*

quaestiones artius inligauit. ait enim: 'testimonia scripturarum, quae e diuerso ponenda sunt his qui arbitrii libertatem uel non peccandi possibilitatem inperite existimant se scripturarum auctoritate posse destruere. obicere enim solent', inquit, 'quod sanctus Iob dixerit: quis mundus est a peccato? nec infans, cuius est unius diei uita super terram'. deinde quasi respondet huic testimonio aliis testimoniis, quod ipse Iob dixerit: iustus enim uir et sine querella factus sum in derisu, non intellegens posse dici hominem iustum, qui perfectioni iustitiae plurimum accessit, ita ut ei proximus fieret: quod multos etiam in hac uita potuisse, in qua ex fide uiuitur, non negamus.

24. Hoc et illo testimonio confirmatur, quod iste consequenter adiunxit ab eodem Iob dictum: ecce ego proximus sum iudicio meo, et scio quia iustus inueniar. hoc enim est iudicium, de quo alibi dicitur: et educet uelut lumen iustitiam tuam et iudicium tuum uelut meridiem. denique non dixit: ibi sum, sed: proximus sum. quodsi iudicium suum illud intellegi uoluit, non quo ipse iudicabit, sed quo in fine iudicandus est, iusti in illo iudicio inuenientur omnes qui non fallaciter dicunt: dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. per hanc enim dimissionem iusti inuenientur et quod ea quae hic habebant peccata elemosynis deleuerunt.

5 Iob 14, 4 8 Iob 12, 4 11 Hab. 2, 4 14 Iob 13, 18 16 Ps. 36, 6 21 Matth. 6, 12

1 questiones *m. 2 ex* qua et iohannes *B* script. test. *N* 3 imperitiae *B* exestimant *m. 1 D* exaestimant β se *om. L* 4 distruere *N* 6 unus *m. 1 DK* 7 respondit *N* 8 iustum *m. 1 L* sinonē *m. 1 C* querel*a *L* querella *P* quaerela *C, m. 1 O* querela *DRBKN* 9 derisum *RCNbd, m. 2 D* 10 perfectioni* *V* 11 ac *L* 14 adiuncxit *L*β ego] ipse *VCb* 16 est enim *BN* uelut] quasi *RCKbd, m. 2 D* 17 uelut] tamquam *B* 18 ubi *b* 19 suum *om. m. 1 R* quod *m. 1 LD* 20 iudicauit *N* est iudicandus *bd* 21 inueniuntur *N* demitte *m. 1 R* 23 et] eo *VONbd* 24 diluerunt *RK, m. 2 DB*

unde dominus dicit: date elemosynas, et ecce omnia munda sunt uobis. denique hoc dicetur iustis in regnum promissum ituris: esurii enim, et dedistis mihi manducare et cetera huius modi. sed aliud est esse sine peccato, quod de solo in hac uita unigenito dictum est, aliud esse sine querella, quod de múltis iustis etiam in hac uita dici potuit, quoniam est quidam modus bonae uitae, de quo etiam in ista humana conuersatione iusta querella esse non possit. quis enim iuste queritur de homine, qui nemini male uult et quibus potest fideliter consulit nec cóntra cuiusquam iniurias tenet libidinem uindicandi, ut ueraciter dicat: sicut et nos dimittimus debitoribus nostris? et tamen eo ipso quod uerum dicit: dimitte, sicut et nos dimittimus, sine peccato se non esse declarat.

25. Inde est quod dicit: nihil iniquum erat in manibus meis, sed oratio mea munda. hinc enim erat munda oratio, quia ueniam non iniuste petebat, qui ueraciter dabat.

26. Et quod dicit de domino: multas enim contritiones meas fecit sine causa, non ait: nullas fecit cum causa, sed multas sine causa.. non enim propter multa peccata eius factae sunt ei multae contritiones, sed propter probationem patientiae. nam propter peccata, sine quibus, ut alibi confitetur, non fuit, pauciora se pati debuisse iudicat.

1 Luc. 11, 41 3 Matth. 25, 35 11 Matth. 6, 12 15 Iob 16, 17 18 Iob 9, 17 22 cf. Iob 6, 2. 3

1 elymosinas (a *add. m. 1 s.* i) *L* elemosina *N* 2 mundaṭạ *C* 3 ituris *om. B* esuriui *DRVOBCKNbd* 4 eiusmodi *PDRKN* eius***modi (dem *er.*) *O* sed *m. 2 ex* si *D* est *om. m. 1 L,N ex* ēē *m. 2 D* 5 sola β unigenitum *N* 6 querela *m. 2 PDC, RVOBKNb* iustis *om. N* 7 quō ṇọṇ ē *D* est *post* uitae *pos. in* β quidam] quā *N* 8 huma *m. 1 B* iuxta *m. 1 D*, β querella* *R* querela *LVOBNb* 9 qu*eritur *DK* 10 consulet *B* ne *m. 1 C* cuiusque *Eug.* 11 libidinem] litem *N* ẹṭ sicut *C* 12 quo *N* 13 sicut* *DC* sicuti *PBN*β 16 meis] eius *Eug.* munda oratio mea *bd* hic *B*β, *m. 1LPVC* enim *om. N* 17 qui] quia *B* 18 quod (*in mg.* ł eo quod) *R* 19 nulla *O* 20 peccata eius multa β

27. Item quod dicit: uias enim eius custodiui et non declinaui a mandatis eius neque discedam, custodit uias dei, qui non sic exorbitat, ut eas relinquat, sed in eis currendo proficit, etsi aliquando ut infirmus offendit aut titubat; proficit autem minuendo peccata, donec perueniat ubi sine peccato sit. non enim aliter potest eo modo proficere nisi custodiendo uias eius. declinat autem a mandatis domini atque discedit apostata, non ille, qui, etiamsi habet peccatum, confligendi tamen cum eo perseuerantiam non relinquit, donec eo perueniat, ubi nulla cum morte contentio remanebit. in isto ergo conflictu induimur ea iustitia, qua hic ex fide uiuitur, et ea quodam modo loricamur. assumimus quoque iudicium, quod etiam contra nos pro nobis facimus, quando peccata nostra accusando damnamus. unde scriptum est: iustus ipse sui accusator est in primordio sermonis. hinc item dicit: iustitia uestitus eram, et circumdedi mihi iudicium sicut chlamydem. nam et ista uestis belli magis solet esse quam pacis, ubi adhuc expugnatur concupiscentia, non ubi erit plena sine aliquo prorsus hoste iustitia nouissima inimica morte destructa.

28. Quod autem iterum ait idem sanctus Iob: non enim reprehendit me cor meum in omni uita mea. tunc nos in ista uita, in qua ex fide uiuimus, non reprehendit cor nostrum, si eadem fides in qua corde creditur ad iusti-

1 Iob 23, 11. 12 10 cf. I Cor. 15, 55 12 cf. Es. 59, 17; Eph. 6, 14 15 Prou. 18, 17 16 Iob 29, 14 21 Iob 27, 6 24 Rom. 10, 10

1 quod item *N* quod uias *N* eius] cus *m. 1 PD, om. LVK* 2 descendam *m. 1 K* custodiuit *Nbd* 4 proficiat *N, m. 1 C* infirmos *N* offendet *N* 5 proficiat *m. 1 V, N* peccando *m. 1 B* 6 potest eo modo potest *N* 7 eius *R om. C* declina *N* domini] eius *B* 8 disce*dit *LD* etiam *N* etiamsibi β habeat *bd* 10 cum *om. B* 11 conflicto *m. 1 L* 12 eā *N* lorigamur *m. 1 LD*β luricamur *m. 1 B* asumimus *B* assummimus *RV, m. 1 K* 13 faciemus *V* 16 iustitiā *N* circumdedit *B* 17 clamidem *libri* 19 erat *m. 1 C*, β prupsus *m. 1 P* 21 idem] itē *N* 23 ita *m. 1 C* uita *om. m. 1 V* 24 ad eadem *V* fidei *L* in *om. d*

tiam, non neglegit reprehendere peccatum nostrum. unde dicit apostolus: non enim quod uolo facio bonum, sed quod odi malum hoc ago. bonum est enim non concupiscere, et hoc bonum uult iustus, qui ex fide uiuit; et tamen facit quod odit, quia concupiscit, quamuis post concupiscentias suas non eat: quod si fecerit, tunc uere ipse fecit ut cedat, ut consentiat, ut desiderio peccati oboediat. tunc eum cor eius reprehendit, quia ipsum reprehendit, non illud peccatum eius, quod habitat in membris eius. cum uero non sinit regnare peccatum in suo mortali corpore ad oboediendum desideriis eius nec exhibet membra sua arma iniquitatis peccato, inest quidem peccatum in membris eius, sed non regnat, quia non oboeditur desideriis eius. et ideo dum quod non uult agit, id est non uult concupiscere et concupiscit, consentit legi, quia bona est. hoc enim uult et ipse quod lex, quia uult ipse non concupiscere et lex dicit: non concupisces. in hoc quoniam uult quod et lex uult, procul dubio consentit legi; concupiscit tamen quia non est sine peccato, sed iam non ipse operatur illud, sed id quod in illo habitat peccatum. ideo non eum reprehendit cor eius in omni uita eius, hoc est in fide eius, quia iustus ex fide uiuit, et ideo fides eius est uita eius. scit enim quia non habitat in carne eius bonum, ubi habitat peccatum; sed non ei consentiendo uiuit ex fide, quia inuocat deum, ut adiuuetur pugnans contra peccatum. quod ut omnino ibi non sit, adiacet ei uelle, sed perficere bonum non adiacet. non facere bonum non

2 Rom. 7, 15 4. 21 Hab. 2, 4 5 Eccli. 18, 30 10 Rom. 6, 12. 13 13—26 cf. Rom. 7, 15—21 16 Ex. 20, 17

3 odii *N* *odi *R* non *om. m. 1 D* 5 *odit *R* 6 sua *N* uenire *L* uero *m. 1 VC* facit *BN* 8 illum *m. 1 C* 12 inest] idē *N* 14 agi *B* uult *om. B* 15 quia] qm̄ *BN* 16 non uult ipse *b* non *pr. om. N* concupisces rem proximi tui *V* 17 et quod β 19 iam] etiam *B* id] hoc *ex* hic *C* 20 eum] ipsum *VCb* 21 hoc —uita eius *om. B* 24 qua *POBK* qu*a *D* qui (*mut. m. 2 in* qua, *in mg.* ł quia) *R* 25 et ut *VC* ubi (*in mg.* ł ibi) *R* 26 non *pr.* — perficere *om. L, m. 1 D* adiacet et *VC* facere* *C*

adiacet, sed perficere. nam in eo quod non consentit, bonum facit; et in eo quod odit concupiscentiam suam, bonum facit; et in eo quod elemosynas facere non cessat, bonum facit; et in eo quod illi qui in eum peccat ignoscit, bonum facit; et in eo quod petit dimitti sibi debita sua et ueraciter dicit quod dimittit etiam ipse debitoribus suis et orat, ne inferatur in temptationem, sed liberetur a malo, bonum facit. ei tamen perficere bonum non adiacet, quod tunc erit, quando concupiscentia illa quae habitat in membris eius nulla erit. non ergo eum reprehendit cor eius, quando reprehendit peccatum quod habitat in membris eius et non habet quam reprehendat infidelitatem eius. ita nec in uita sua, id est in fide sua a corde suo reprehenditur et sine peccato non esse conuincitur. quod et ipse Iob de se confitetur, ubi dicit: nihil te latuit peccatorum meorum. signasti iniquitates meas in sacculo et annotasti, si quid inuitus transgressus sum. testimonia ergo, quae posuit de uerbis sancti uiri Iob, nos, sicut potuimus, quemadmodum sint accipienda monstrauimus. nec tamen ille soluit, quod eundem Iob dixisse proposuit: quis enim est mundus a peccato? nec infans cuius est diei unius uita super terram.

XII. 29. 'Iterum proponere solent', inquit, 'omnis homo mendax'. neque hoc contra se ipsos a se ipso propositum soluit; sed commemorando alia uelut contraria testimonia apud eos qui non intellegunt sanctam scripturam diuina eloquia in lite dimisit. ait enim: 'quibus respondendum est, quod in

14 Iob 14, 16. 17   20 Iob 14, 4   22 Ps. 115, 2

1 non *om. m. 1 V* 2 et *om. N* 3 et *bis om. N* 5 sibi dimitti *bd* 6 ne] ut non *bd* 7 liberatur *m. 1 K* 8 pr̥oficere *C* non adiacet *om. m. 1 D* adiecit *N* adiciet *C* 9 illa concupiscentia *Cbd* 10 reprehendit eum *N* cor—reprehendit *om.* β 11 quod *m. 1 C* 12 eius *om. b* 13 conuincetur *B* conficitur *m. 1 C* 14 et *om. V, m. 1 C* 16 scło *m. 1 B* in uitiis *b* tragressus *P* 17 sanctiş *B, m. 1 N* uiri *om. DRCKbd* 20 mundus est *d* mundus est autem *b* est *pr. om. N* 23 ipsos] ipsos *in mg. V* ipsum *RBbd* ipso *N* ipsum *RN* 24 commemorandū *N* commemoranda *B* contrari *B* 26 respondum *m. 1 D. R*

Numeri libro scriptum est: homo uerax; et de sancto Iob legitur ita: erat uir habitans in regione Ausitide nomine Iob uerax, sine crimine, iustus, dei cultor, abstinens se ab omni re mala. miror quod ausus est ponere hoc testimonium, ubi dictum est: abstinens se ab omni re mala, cum hoc ab omni peccato uellet intellegi, cum superius dixerit peccatum actum malum esse, non rem. reminiscatur ergo quia, etiamsi actus sit, res potest dici. abstinet se autem ab omni re mala qui peccato, sine quo non est, uel numquam omnino consentit uel, si aliquando premitur, non obprimitur; sicut luctator fortior, etsi aliquando tenetur, non ideo perdit quo superius inuenitur. legitur sane homo sine crimine, legitur sine querella, at non legitur sine peccato nisi filius hominis, unus idemque dei filius unicus.

30. 'Item', inquit, 'apud ipsum Iob: et miraculum tenuit ueracis hominis; item apud Salomonem de sapientia: uiri mendaces non erunt illius memores; uiri autem ueraces inuenientur in illa; item in Apocalypsi: et in ore ipsorum non est inuentum mendacium; sine macula sunt'. ad haec et nos respondemus ammonentes, quomodo sit dicendus homo uerax per dei gratiam atque ueritatem, qui per se ipsum sine dubio mendax est. unde dictum est: omnis homo mendax. hoc et testimonio sonat de sapientia, quod ipse posuit: uiri autem ueraces inuenientur in illa, qui procul dubio

1 Num. 24, 3. 15 2 Iob 1, 1 7 cf. II 4 p. 5, 16 15 Iob 17, 8 (?) 16 Eccli. 15, 8 18 Apoc. 14, 5 22 Ps. 115, 2 23 Eccli. 15, 8

1 numeró *m. 1 C* numerorum *bd* de *om. m. 1 C* sancto *om. m. 1 V* 2 loquitur *C* aut siti de *Lβ, m. 1 DC* hausitidi *N* Ausitidae *d* 3 abstinense *N* 4 se *om. BN* 7 malum *om. d* 8 qui *m. 1 C* abstinens *C* au (*add. m. 2*) *C* 9 quia *N* est *om. m. 1 L* 11 luctator a (a *s. l.*) fortiore*si *P* 12 quod *BN* superior *RVOCKNbd, m. 2 D; Engelbrecht proponit:* non ideo perdit. quo superius inuenitur, legitur sane *sqq.* 13 at *VBbd:* et *cett.* 16 ueraces homines β solomonem *m. 1 C* 18 illā *N* in] ęţ in *V, om. N* et *om. N* 20 dicendus sit *Dbd* 23 et *om. Bb* testimonium *m. 2 PVOd* sonat] sane *N*

non in illa, sed in se ipsis inuenientur esse mendaces, sicuti est: fuistis aliquando tenebrae, nunc autem lux in domino. cum diceret tenebrae, non addidit „in domino“; cum autem dixit lux, addidit utique „in domino“, quia in se ipsis lux esse non possent, ut qui gloriatur, in domino glorietur. illi uero in Apocalypsi propterea tales dicti sunt, quod non sit inuentum in ore eorum mendacium, quia non dixerunt se non habere peccatum. quod si dicerent, se ipsos deciperent et ueritas in eis non esset; porro si ueritas in eis non esset, inueniretur in eorum ore mendacium. quodsi propter inuidiam, cum essent sine peccato, dicerent se non esse sine peccato, hoc ipsum esset mendacium falsumque esset quod dictum est: non est inuentum in ore eorum mendacium. ideo ergo sine macula sunt, quia sicut ipsi dimiserunt debitoribus suis, sic illis deo dimittente mundati sunt. ecce nos, ut ualuimus, exposuimus quomodo accipienda essent testimonia, quae pro sua causa commemorauit. ipse autem quomodo sit accipiendum quod scriptum est: omnis homo mendax, omnino non soluit nec soluere poterit nisi correcto errore, quo credit hominem sine adiutorio gratiae dei per solam propriam uoluntatem posse esse ueracem.

XIII. 31. Sic aliam quae sequitur quaestionem proposuit nec soluit; immo uero auxit et difficiliorem reddidit proponendo aduersum se probatum testimonium: non est qui faciat bonum, non est usque ad unum, et quasi contraria testimonia referendo, quibus ostenderet esse homines qui faciunt

2 Eph. 5, 8 5 I Cor. 1, 31 7 Apoc. 14, 5 9 I Ioh. 1, 8 13 Apoc. 14, 5 24 Ps. 13, 1. 3

1 in se *om. m. 1 VC* inueniuntur *N* 2 lux] lex *b* 3 addit *m. 1 VC* 4 addit *m. 1 VC* lux in se ipsis *N* 5 possunt *B* 6 talis *N* sunt dicti *DRK*β 7 quod] ut *V* sit *ex* sunt *C* in ore eorum inuentum *B* 9 esse*t *L* essent *b* 10 non *om. m. 1 C* ore eorum *in ras. O, DRKbd* 12 ipsum *om. m. 1 D*, β 13 eorum] ipsorum *bd* 19 potuit *b* correpto *O* 20 adiutoriū *N* 22 p̄posuit *B* 23 proponendum *B* 24 probatum *LPDRVOCK*[e]*b:* prolatum *BNd* 26 faciant *B*

bonum. quod quidem ostendit, sed aliud est non facere bonum, aliud non esse sine peccato, etiamsi homo faciat multa bona. quapropter ea testimonia quae posuit non sunt contra illud quod dicitur non esse in hac uita hominem sine peccato. ipse autem non ostendit quemadmodum dictum sit: non est qui faciat bonum, non est usque ad unum. 'ait enim', inquit, sanctus Dauid: spera in domino et fac bonitatem'. hoc praeceptum est, non factum. quod praeceptum non utique faciebant, de quibus dictum est: non est qui faciat bonum, non est usque ad unum. ait etiam dixisse sanctum Tobin: noli timere, fili; pauperem uitam gessimus, sed multa bona habemus, si timuerimus deum et recesserimus ab omni peccato et fecerimus bene. uerissime tunc erunt homini multa bona, cum recesserit ab omni peccato; tunc enim ei nulla erunt mala, ut non opus habeat dicere: libera nos a malo. quamuis et nunc omnis qui proficit recta intentione proficiens recedit ab omni peccato et tanto inde fit longinquior, quanto plenitudini iustitiae perfectionique propinquior, quia et ipsa concupiscentia, quod est peccatum habitans in carne nostra, etsi manet adhuc in membris mortalibus, minui tamen non desinit in proficientibus. aliud est ergo recedere ab omni peccato, quod nunc in opere est, aliud recessisse ab omni peccato, quod in illa perfectione tunc erit. sed tamen et qui iam recessit et qui adhuc recedit, non est negandus facere bonum. quomodo ergo dictum est: non est qui faciat bonum, non est usque ad unum, quod ille proposuit et non solutum reliquit, nisi quia populum quendam psalmus

5. 9. 25 Ps. 13, 1. 3   7 Ps. 36, 3   10 Tob. 4, 21   15 Matth. 6, 13   19 cf. Rom. 6, 12

3 ṇọṇ ṣuṇṭ *R*, *om. m. 1 VC*   4 ac *C*   6 inquit *om. LPVOCKNβ*, *m. 1 D*   dixisse scm *B*   8 praeceptum ẹṣṭ *C*   10 Tobiam *bd* tobu β   11 gerimus *RVKbd*   12 habebimus *RK*, *m. 2 PDVO*   13 bona *RCKbd*, *m. 1 V*, *m. 2 D*   17 recedat *b*   fit *s. l. P* fid *m. 1 R*, *om. LVOCβ*, *m. 1 D*   18 quando *V*   plenitudinis *N*   iustitia *N* propin***quior *C*   20 etsic *N*   membris eius *B*   minuit *N*   26 quod —nisi *om. B*

ille culpat, in quo nec unus erat qui faceret bonum, dum uolunt remanere filii hominum et non esse filii dei, cuius gratia homo fit bonus, ut faciat bonum? de illo enim bono dictum hic debemus accipere, quod ibi ait: deus de caelo respexit super filios hominum, ut uideat si est intellegens aut requirens deum. hoc ergo bonum, quod est requirere deum, non erat qui faceret, non erat usque ad unum, sed in eo genere hominum, quod praedestinatum est ad interitum. super hos enim respexit dei praescientia protulitque sententiam.

XIIII. 32. 'Item dicunt', inquit, 'illud quod saluator ait: quid me dicis bonum? nemo bonus nisi solus deus'. hanc item propositionem omnino non soluit, sed opposuit uelut ex aduerso alia testimonia, quibus probaret esse et hominem bonum. dixit enim esse respondendum quod idem dominus alibi ait: bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bona, et iterum: qui solem suum oriri facit super bonos et malos. 'et alibi scriptum est', inquit, 'bona bonis creata sunt ab initio, et iterum: qui sunt boni, erunt habitatores terrae'. cui sic respondendum est, ut et illud intellegatur quomodo dictum sit: nemo bonus nisi unus deus. siue quia omnia quae creata sunt, quamuis ea deus fecerit bona ualde, creatori tamen comparata nec bona sunt, cui comparata nec sunt — altissime quippe et proprio modo quodam

4 Ps. 13, 2 9 cf. Fulgentii ad Mon. I 5 11 Luc. 18, 19: Marc. 10, 18 16 Matth. 12, 35 17 Matth. 5, 45 18 Eccli. 39, 25 19 Prou. 2, 21 21 Marc. 10, 18; Luc. 18, 19 23 Gen. 1, 31

3 gratia *R* faciat] hac fiat *N* bonum *m. 1 B* 4 hic *s. l. D* om. § 5 prospexit (*in mg.* respexit) *V* uideret *N* 6 aut *in ras. O* et *N om. DC§. m. 1 PRK* 9 super—sententiam *in mg. C* super *s. l. m. 2* abhinc: *in mg. add.* hucusque n̄ habetur in altero *R* os *m. 1 L* dei *om. in L* deus *BN* presentia *B. m. 1 R* 10 sententia § 12 dicimus *L* dictis *P* dicitis *VOC§b. m. 1 D* 13 posuit *N* 14 et *om. RN er.* § 15 itē *N* 22 quae *om. OC. m. 1 LPDV* 23 sunt *om. N* 24 nec *om. N* proprio] p̄ *N* quodam modo *R*

de se ipso dixit: ego sum qui sum. sic dictum est: nemo bonus nisi unus deus, quemadmodum de Iohanne dictum est: non erat ille lumen, cum dominus eum dicat esse lucernam sicut discipulos, quibus dixit: uos estis lumen mundi; nemo accendit lucernam et ponit eam sub modio; sed in comparatione luminis illius, quod est lumen uerum inluminans omnem hominem uenientem in hunc mundum, non erat ille lumen — siue quia ipsi etiam filii dei comparati sibi ipsis quales in illa perfectione aeterna futuri sunt ita boni sunt, ut adhuc et mali sint. quod de illis dicere non auderem — quis enim audeat dicere malos esse, quorum pater est deus? — nisi ipse dominus diceret: si ergo uos, cum sitis mali, nostis bona data dare filiis uestris, quanto magis pater uester qui in caelis est dabit bona petentibus se! cum ait utique pater uester, filios dei iam esse monstrauit, quos tamen adhuc malos esse non tacuit. ille tamen non soluit, quomodo et isti boni sint et nemo sit bonus nisi unus deus. unde est ille ammonitus, qui interrogauerat quid boni faceret, ut illum quaereret, cuius gratia bonus esset, cui bonum esse hoc est ipsum esse, quia incommutabiliter bonus non potest omnino malus esse.

XV. 33. 'Item dicunt', inquit, 'quis gloriabitur castum se habere cor?' et ad hoc respondit multis testimoniis uolens ostendere posse esse in homine castum cor nec tamen dicit quomodo accipiendum sit, quod proposuit contra se dici: quis gloriabitur castum se habere cor? ne scriptura diuina

1 Ex. 3, 14 3 Ioh. 1, 8; cf. Ioh. 5, 35 4 Matth. 5, 14. 15 6 Ioh. 1, 9 12 Matth. 7, 11 22. 25 Prou. 20, 9

1 se *om. m. 1 V* sic** *LD* sicut *PVOBCN*β 3 esse dicat *Bd* esse *om. b* 4 discipulis quibusdam *N* 5 accendet β ponet *LN*β 6 lumine *N* uerum lumen *bd* 8 ipse *N* 9 comparatiş ịbị sibi *C* 10 *alt.* sunt] sint β 12 deus est *N* 14 est in caelis *N* 15 uester] urт *V* 16 esse iam *b* iam *om. m. 1 D* non esse *b* 17 sint *ex* sunt *C* et] ut *DRK*β ut *ex* et *corr. C* 18 sit *om. N* 19 interrogabat *N* 21 non] et non *Vbd* ẹṭ non *C* 23 ad *om.* β 24 in *om. N* hominē castū *N* cor *om. N* 26 nec *N*β

in hoc testimonio et in his per quae respondit sibi ipsa aduersaria uideatur. nos autem huic respondentes dicimus ideo secutum esse: quis gloriabitur castum se habere cor? quoniam praecessit: cum rex iustus sederit in throno. quantalibet enim iustitia sit praeditus homo, cogitare debet, ne aliquid in illo, quod ipse non uidet, inueniatur esse culpandum, cum rex iustus sederit in throno, cuius cogitationem fugere delicta non possunt nec illa, de quibus dictum est: delicta quis intellegit? cum ergo rex iustus sederit in throno, quis gloriabitur castum se habere cor, aut quis gloriabitur mundum se esse a peccato, nisi forte isti, qui uolunt in sua iustitia, non in ipsius iudicis misericordia gloriari?

34. Tamen etiam illa uera sunt, quae respondendo subiecit, quod saluator ait in euangelio: beati mundicordes, quoniam ipsi deum uidebunt, et quod Dauid dicit: quis ascendet in montem domini? aut quis stabit in loco sancto eius? innocens manibus et mundus corde; et alibi: benefac, domine, bonis et rectis corde; item apud Salomonem: bona est substantia, cui non est peccatum in conscientia; item illic: auerte te a delicto et dirige manus et ab omni delicto munda cor tuum; item in epistula Iohannis: si cor nostrum nos non reprehendat, fiduciam habemus ad deum et quaecumque petierimus

4 Prou. 20, 8 9 Ps. 18, 13; Prou. 20, 9 15 Matth. 5, 8 16 Ps. 23, 3. 4 19 Ps. 124, 4 20 Eccli. 13, 24 21 Eccli. 38, 10 23 I Ioh. 3, 21. 22

1 ipsi *O* aduersari* *R* 2 uidebatur *N* hic *m. 1 V* 3 sequutum *PN* qui *P* 5 sit *om. N* praedi*tus *LD* 6 ne] nec *B* 7 cognitionem *VNd, m. 2 L* 9 ergo *om. m. 1 R* 10 gloriatur *N* 11 a *om. m. 1 R* peccato* (o *ex* u) *R* 12 in *om.* β iustitia sua *RK* sua *om. PO*β, *m. 1 LDVC* in *om. VBNC, m. 1 D* 14 in illa *R* respondendum *N* respendendo *D* 15 mundocorde *OBN* mundocorde* β mundicorde* *K* mundocordes (o *pr. corr. in* i) *R* 16 ait *N* 17 qui *VC* 18 sancto *om. N* mundo *VOBNbd* 21 in *om. b* aduerte *L*β, *m. 1 D* auerte* *V* et *om. O* 23 nos *om. Nbd* reprehenderit *b* 24 habebimus *N*

accipiemus ab eo. hoc enim agitur uoluntate, credendo, sperando, diligendo, corpus castigando, elemosynas faciendo, iniurias ignoscendo, instanter orando et proficiendi uires precando ueraciterque dicendo: dimitte nobis, sicut et nos dimittimus, et: ne inferas nos in temptationem, sed libera nos a malo, hoc prorsus agitur, ut cor mundetur et peccatum omne tollatur et quod iudex iustus, cum in throno sederit, occultum inuenerit minusque mundatum eius misericordia remittatur, ut deo uidendo totum sanum mundumque reddatur; iudicium enim sine misericordia, sed illi qui non facit misericordiam; superexsultat autem misericordia iudicio. quod si non esset, quae spes esset? quandoquidem cum rex iustus sederit in throno, quis gloriabitur castum se habere cor? aut quis gloriabitur mundum se esse a peccato?

Tunc ergo per eius misericordiam iusti plene perfecteque mundati fulgebunt in regno patris sui sicut sol,
35. tunc plene atque perfecte erit ecclesia non habens maculam aut rugam aut aliquid huius modi, quia tunc etiam erit uere gloriosa. cum enim non tantum ait, ut exhiberet sibi ecclesiam non habentem maculam aut rugam, sed addidit gloriosam, satis significauit, quando erit sine macula et ruga aut aliquid eius modi: tunc utique, quando gloriosa. non enim modo in tantis malis, in tantis scandalis, in tanta permixtione hominum pessimorum, in tantis obprobriis

4. 5 Matth. 6, 12. 13 7 Prou. 20, 8 10 Iac. 2, 13 13 Prou. 20, 8. 9 16 Matth. 13, 43 18. 20 Eph. 5, 27

2 elemosinas *DN* *elemosinis *m. 1 R* helymosinas *V* aelemosinas *CK* 3 et—precando *om. N* 4 praedicando *Vb* nobis debita *N* 7 iustus iudex *DRKβ* rex iustus *d* 8 *occultum *R* mandatum *m. 1 L, B* 9 remittantur *β* 10 misericordia est *b* 11 fecit *bd Eug.* superexsultat *L Eug:* superexaltat *PDRVOBCKNβbd* 12 iudiciū *BN* 13 cum *s. l. OC* 17 fulgebunt *post* sui *b* 18 plena *Nb* plane *B* perfecta *Nb* 19 eiusmodi *BN* 20 gloriosa eccla *N* gloriosam *V* 22 addit *m. 1 VC* significat *N* 23 et] aut *in ras. V, Ob* aliquid huiusmodi (hui *in ras.*) *V, βb* aliquo huiusmodi *d*

inpiorum dicendum est eam esse gloriosam, quia reges ei seruiunt, ubi est periculosior maiorque temptatio, sed tunc potius gloriosa erit, quando fiet quod idem ait apostolus: cum Christus apparuerit, uita uestra, tunc et uos cum ipso apparebitis in gloria. cum enim dominus ipse secundum formam serui, per quam se mediator coniunxit ecclesiae, non fuerit glorificatus nisi resurrectionis gloria — unde dictum est: spiritus autem non erat datus, quia Iesus nondum fuerat glorificatus — quomodo dicenda est ante resurrectionem suam ecclesia eius esse gloriosa? mundat ergo eam nunc lauacro aquae in uerbo abluens peccata praeterita et pellens ab ea dominationem malorum angelorum, deinde perficiens eius sanitates facit eam occurrere in illam gloriosam sine macula et ruga: quos enim praedestinauit, illos et uocauit; et quos uocauit, ipsos et iustificauit; quos autem iustificauit, illos et glorificauit. in hoc myster[illegible] dictum arbitror: ecce eicio daemonia et sanitates perficio hodie et cras et tertia consummor [illegible]

[illegible]

recta fide atque intentione perueniat, ubi habitet mundus corde. sicut illa singula reddenda sunt singulis, ubi dictum est: quis ascendet in montem domini? aut quis stabit in loco sancto eius? innocens manibus et mundus corde — innocens manibus ascendet et mundus corde stabit: illud in opere est, illud in fine — et illic magis intellegendum quod dictum est: bona est substantia, cui non est peccatum in conscientia. tunc enim erit uere bona substantia, id est uerae diuitiae, cum transierit tota paupertas, id est consummata fuerit omnis infirmitas. nunc uero auertat se homo a delicto, cum proficiendo inde discedit et renouatur de die in diem, et dirigat manus in opere misericordiae et ab omni delicto mundet cor suum, misereatur, ut quod restat per ueniam dimittatur. hoc enim salubriter et sine uana inanique iactantia bene intellegitur in eo quod dixit sanctus Iohannes: si cor nostrum nos non reprehendat, fiduciam habemus ad deum et quaecumque petierimus accipiemus ab eo. hoc enim uidetur isto loco ammonuisse, ne cor nostrum nos in ipsa oratione et petitione reprehendat, hoc est ne forte cum coeperimus dicere: dimitte nobis, sicut et nos dimittimus, compungamur non facere quod dicimus aut etiam non audeamus dicere quod non facimus et fiduciam petendi amittamus.

XVI. 37. Item sibi opposuit testimonium scripturarum, quod

3 Ps. 23, 3. 4 7 Eccli. 13, 24 10. 12 cf. Eccli. 38, 10 11 cf. II Cor. 4, 16 16 I Ioh. 3, 21. 22 20 Matth. 6, 12

1 perueniet *m. 1 K* ubi ụbị *B* 2 illaș in regula (*s. l. m. 2* singula) *B* 3 ascendit *PN* tabit *V* 4 eius *om. m. 1 V* mundo *OCN*, *m. 1 V* 6 fide *m. 1 PD*, *b* 9 id est cum *RKbd*, *m. 2 D* consumata *m. 1 L* consummạta *V* consūta *m. 1 D* consumpta *PBOd* 11 discedat *b* renouet *R* renouetur *Cb*, *V* (*in mg.* renouatur) 12 opera *Nbd*, *m. 2 B* 13 mundat *O* suum dū p̱ opera miserationis meretur *BN* 14 sine] si non *C* 15 in eo *om. m. 1 C* 17 ab eo accipiemus *b* 18 ab eo] habeo *N* 20 ne] cum *m. 1 VC* cum *om. m. 1 VC* 21 cōnpungamur *m. 1 K* 22 faciạmus *LD* 23 ạmmittamus *L* ammittamus *C* 24 apposuit *m. 1 B*

eis dici solet: quia non est homo iustus in terra, qui faciat bonum et non peccet, et quasi respondit aliis testimoniis, quia dominus de sancto Iob ait: numquid considerasti seruum meum Iob? non enim est ei similis quisquam in terris, homo sine querella, uerus, dei cultor, abstinens se ab omni malo. unde iam superius disseruimus. nec tamen iste ostendit nobis quomodo et Iob, si haec uerba ita intellegenda sunt, sine ullo peccato fuerit in terra et uerum sit quod scriptum esse dixit: non est homo iustus in terra, qui faciat bonum et non peccet.

XVII. 38. 'Item dicunt', inquit, 'quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens', et huic testimonio quasi respondit ad nihil aliud, nisi ut scripturae sanctae se litigare uideantur, quarum concordiam nos debemus ostendere. ait enim: 'quibus respondendum est, quod de sancto Zacharia euangelista testatur dicens: erant autem Zacharias et Elisabeth uxor eius iusti ambo in conspectu domini et incedentes in omnibus mandatis et iustificationibus domini sine querella'. qui iusti ambo utique legerant inter ipsa mandata, quemadmodum sua peccata mundarent. nam Zacharias, quod de omni sacerdote ex hominibus accepto in epistula ad Hebraeos dicitur, etiam pro suis peccatis utique hostias offerebat. quomodo autem intellegendum sit quod dicitur sine querella, iam supra satis, quantum opinor, ostendimus. 'et beatus', inquit, 'apostolus ait: ut simus sancti

1. 9 Eccle. 7, 21 3 Iob 1, 8 6 cf. p. 29 11 Ps. 142, 2 16 Luc. 1, 6 21 cf. Hebr. 5, 1. 3 24 cf. XI, 23 sqq. p. 24 sqq. 25 Eph. 1, 4

1 ei *N* 2 respondet *BO* 4 ei *om. N* similis illi *N* 6 opere malo *b* supera *B* 7 desseruimus *V* ipse *BCbd, m. 2 R* 10 in terra *om. N* 15 cui β zacharia et elisabeth *OBNbd* 16 dicens *om. N* erat *PVO*β, *m. 1 D* autem] enim *C* enim (*in mg.* autem) *V* zacharia *N* 18 incedentes *post* mandatis *b* 19 legerent β 21 ominibus *m. 1 R* hominibus *ex* omnibus *PN* acceptum *O* 22 epistola *DRVOBCN* 23 offerebant *N* autem] ergo *C*, (*in mg.* autem) *V* 24 opinjor *R* 25 ait *om. O*

et inmaculati in conspectu eius'. hoc agitur, ut hoc simus, si inmaculati intellegendi sunt qui omnino sine peccato sunt; si autem inmaculati sunt qui sunt sine crimine, etiam in hac uita fuisse atque esse negare non possumus, quia non ideo sine ullo peccato est aliquis, quoniam non habet maculam criminis. unde et apostolus cum ministros eligeret ordinandos, non ait: si quis sine peccato — quod inuenire non posset — sed ait: si quis sine crimine, quod utique posset. nec tamen iste ostendit, quemadmodum secundum suam causam debeamus accipere quod scriptum est: quoniam non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens. aperta quippe sententia est de superiore uersu inlustrius declarata. ne intres, inquit, in iudicium cum seruo tuo, quoniam non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens. iudicium timet, quia misericordiam desiderat, quae superexsultat iudicio. hoc est enim ne intres in iudicium cum seruo tuo: 'noli me iudicare secundum te, qui es sine peccato', quoniam non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens, quod de hac uita dictum sine difficili quaestione intellegitur. et quod ait: non iustificabitur, ad illam perfectionem iustitiae retulit, quae in hac uita non est.

XVIII. 39. 'Item dicunt', inquit, 'si dixerimus quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, et ueritas in nobis non est'. et huic euidentissimo testimonio quasi contrariis

8 Tit. 1, 6 10 Ps. 142, 2 15 Iac. 2, 13 16 Ps. 142, 2 22 I Ioh. 1, 8

1 igitur *O* 2 omnino sunt sine crimine in hac uita *b* sine *** sunt (*ex* sunt *fact. m. 2* possunt *et s. l. add.* peccato ee) *L* 3 inmaculati intellegendi sunt *BKN* qui sunt *R om. m. 1 VC* 5 quia (*in mg.* qnm) *V* macula *B* 6 elegeret *LDB*, *m. 1 V* elegerit *N* 7 inueniri *O* 9 ipse *C*, (*in mg.* iste) *V* 11 aperte *m. 1 B* 12 superiori *D* uersu est *C* ne] non *Bbd* 13 iudicio *PRK*, *m. 1 O* quia *B*, (*in mg.* qnm) *V* 15 superexaltat *DROBCKNbd*, *m. 2 PV* 16 iudiciū *N* in *om. C* iudicio *RC*, *m. 1 V*, *m. 2 D* 17 te *om. m. 1 N* 18 quia (*in mg.* qnm) *V*, *BCNbd* in conspectu tuo non iustificabitur *V* 19 difficile *m. 1 V* [illegible] *m. 2 K* 24 non *om. m. 1 V* testimoniū *N* quiasi *C*

testimoniis respondere conatus est, quod idem sanctus Iohannes in eadem epistula dicat: hoc autem dico, fratres, ut non peccetis. omnis qui natus est ex deo peccatum non facit, quia semen ipsius in eo manet, et non potest peccare; item illic: qui natus est ex deo, non peccat, quia generatio dei conseruat eum, et malignus non tangit eum. 'item illic', inquit, 'ubi de saluatore ait: quoniam ille apparuit, ut peccata tolleret. omnis qui in eo manet non peccat; omnis qui peccat non uidit eum nec cognouit eum. item illic: carissimi, nunc filii dei sumus, et nondum apparuit quid erimus. scimus quoniam cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam uidebimus eum sicuti est. et omnis qui habet spem hanc in eum sanctificat se, sicuti et ipse sanctus est.' et tamen cum haec omnia testimonia uera sint, uerum est et illud quod proposuit et non soluit quod si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, et ueritas in nobis non est. ac per hoc secundum id, quod ex deo nati sumus, in eo qui apparuit, ut peccata tolleret, id est in Christo manemus et non peccamus — hoc est autem, quod interior renouatur de die in diem — secundum autem quod de homine illo nati sumus, per quem peccatum intrauit in mundum et per peccatum mors, et ita in omnes homines pertransiit, sine peccato non sumus, quia sine illius infirmitate nondum sumus, donec illa renouatione, quae fit de die in diem, quoniam secundum ipsam ex deo nati sumus, infirmitas tota sanetur, in qua ex primo homine nati sumus et in qua sine peccato non sumus. cuius reliquiis

2 I Ioh. 2, 1; 3, 9   5 I Ioh. 5, 18   7 I Ioh. 3, 5. 6   10 I Ioh. 3, 2. 3   21 II Cor. 4, 16   22 Rom. 5, 12

1 itē *N*   2 dicit *O*   7 tanget *b*   9 uidet *BN*ß, *m 1 P*   10 krmi *LDRVK*ß   14 sicut *DOBCNbd*, *m. 1 R*   18 ac] hac ß   secundum *ex* scm *m. 2 K*   19 qui *corr. m. 2 D*   ut] et *m. 1 VC*   21 interior homo *N*, *m. 2 P* homo interior *d*   22 illū *N*   24 pertransiuit *R* pertransit ß   26 ipsa *N*

[illegible] dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, et ueritas in nobis non est. cum ergo per gratiam redemptoris filii dei simus, tamen propter reliquas infirmitates nondum apparuit quod erimus. scimus quoniam cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam uidebimus eum sicuti est. tunc peccatum nullum erit, quia infirmitas nec interior nec exterior ulla remanebit, et omnis qui habet hanc spem in eum, sanctificat se, sicut et ipse sanctus est: sanctificat enim se non per se ipsum, sed credendo in illum et inuocando illum qui sanctificat sanctos suos. cuius sanctificationis perfectio, quae nunc proficit et crescit de die in diem, omnes infirmitates reliquas ablatura est.

2. 14 I Ioh. 1, 8 4 I Ioh. 3, 6 18 I Ioh. 3, 9 21 I Ioh. 3, 3

1 manentibus interiore *b* diem *om. m. 1 V* 2 in *om. N* 4 quomo *m. 1 K* 5 nec *Cbd* 6 specie *R* ac *C* 7 autem uisionem *bd* et] atque *bd* 8 sint *Nbd* 12 uidet eum *Cb* et eum *V* et *om. N* 13 non *Cbd* uidit *N* 14 quibus *R* reliquus *m. 1 D* constitutis interius *b* constituti *BN* constitutos (*s. fin.* o *add.* i) *D* 15 non met *R* 17 sumus *N* 18 quid *OBCNbd cf. p. 40, 11* 22 se ipsum *b* 23 enim *om. VBbd* 24 inuocando *N* 25 effectio *Vb, m. 1 C* perfectio (*in mg. m. 1* ł ef) *R* 26 omnis *BN* infirmitates *N*

XVIIII. 40. 'Item dicunt', inquit, 'non uolentis neque currentis, sed miserentis est dei'. quibus respondendum esse dicit, quod idem apostolus alibi de quodam ait: quod uult faciat. 'item', inquit, 'ad Philemonem de Onesimo: quem ego uolueram apud me detinere, ut pro te mihi ministraret; sed sine consilio tuo nihil uolui facere, ut non quasi ex necessitate bonum tuum esset, sed uoluntarium. item in Deuteronomio: uitam et mortem dedit ante faciem tuam, bonum et malum. elige uitam, ut uiuas. item apud Salomonem: deus ab initio constituit hominem et reliquit eum in manu consilii sui. adiecit ei mandata et praecepta: si uoles praecepta, seruabunt te et in posterum fidem placitam facere. apposuit tibi aquam et ignem; ad quod uis porrige manum tuam. ante hominem bonum et malum, uita et mors, paupertas et honestas a domino deo sunt. item apud Esaiam: et si uolueritis et audieritis me, quae bona sunt terrae manducabitis; si autem nolueritis nec obaudieritis me, gladius uos comedet; os enim domini locutum est haec'. hic uero, quantumlibet isti obtegant, aperiuntur. declarant enim se contra dei gratiam uel misericordiam disputare, quam uolumus impetrare cum dicimus: fiat uoluntas tua sicut in caelo ita et in terra. uel: ne nos inferas in temptationem, sed libera nos a malo.

1 Rom. 9, 16 3 I Cor. 7, 36 4 Philem. 13. 14 8 Deut. 30, 15. 19 10 Eccli. 15, 14—17 17 Es. 1, 19. 20 23. 24 Matth. 6, 10. 13

2 miserantis *BN* 3 est *VOCβ* dicit] et dicendum β, *eras. in OC* itē *N* quid *m. 1 V* 4 filemonem *LDPROCKβ* filimonem *VN* de] p *C* honesimo *N* 5 detineri *L*, *m. 1 D* ministrasset *m. 1 D* 6 ut *om. N* 9 dedi *PBβ*, *m. 1 D* tuam *om. m. 1 K* et malum *om.* β elegi *m. 1 R* eligi *m. 1 B* 10 aput *P* salamonem *O* 11 abiecit β 12 ei *m. 2 ex* eum *R* praecepta et mandata *b* et praecepta *om. N* seruabit *BN* 13 in placitum *B* 14 quos β 16 onestas *m. 1 R* 17 isaiam *Obd*, *m. 1 V* 19 hos β domini *om. m. 1 D* 20 loquutum *P*, *m. 1 D* hic] hi *L* uere *K* se isti *BN* isti se *RKbd*, *m. 2 DV* 21 declarat *m. 1 D* 22 uolu*mus *D* 23 ita *om. VBCNbd* uel] et *in ras. V*, *b* 24 ne *om.* β tēptatione *N* omīmalo *m. 1 N*

ut quid enim ista orando tanto gemitu petimus, si uolentis hominis et currentis, non miserentis est dei? non quia hoc sine uoluntate nostra agitur, sed quia uoluntas non implet quod agit, nisi diuinitus adiuuetur. haec est fidei sanitas, quae nos facit orare: quaerere, ut inueniamus, petere, ut accipiamus, pulsare, ut aperiatur nobis. contra istam qui disputat, contra se ipsum claudit ostium misericordiae dei. nolo plura dicere de re tanta, quia melius eam committo fidelium gemitibus quam sermonibus meis.

41. Videte tamen, obsecro, quale sit ideo uolenti et currenti misericordiam dei non necessariam, quae illum etiam praeuenit, ut curreret, quia de quodam ait apostolus: quod uult faciat, ibi, ut arbitror, ubi sequitur et dicit: non peccat, nubat — quasi pro magno habendum sit uelle nubere, ubi de adiutorio diuinae misericordiae operosius disputatur, aut uero etiam ibi prodest aliquid uelle, nisi deus prouidentia, qua gubernat omnia, marem feminamque coniungat — aut quoniam ad Philemonem scripsit apostolus: ut non quasi ex necessitate bonum eius esset, sed uoluntarium, quasi aliter sit uoluntarium bonum, nisi cum deus operatur in nobis et uelle et operari pro bona uoluntate; aut quia in Deuteronomio scriptum est: uitam et mortem dedit ante faciem hominis, bonum et malum et ammonuit ut eligeret uitam, quasi et ipsa ammonitio non de misericordia ueniat, uel aliquid prodesset eligere uitam, nisi deus eligendi caritatem inspiraret et electam habere praestaret, de quo dictum est: quoniam

2 Rom. 9, 16 5 cf. Luc. 11, 9 12. 13 I Cor. 7, 36 18 Philem. 14 20 Phil. 2, 13 22 Deut. 30, 15 26 Ps. 29, 6

1 uolentes homines *N* 2 et *om. O* currentes *N* miserantis *CN*, *m. 1 RV* 4 agitur *N* adit (*in mg. m. 2* ł ait) *R* ait β 5 orare *om. DRKd* 11 misericordia *B* non *om.* β esse necessariam *Kbd* 13 ubi *om.* β si nubat *ROBCKN*β*bd*, *m. 2 DV* 14 adiutoriū *N* 15 operiosius *m. 1 K* 16 qua *ex* quia *C* 17 filemonem *PDRVCK*β 19 quasi—bonum *om. N* 20 nisi] non *b* 21 bonaṃ *L* ut *B* 22 est *m. 2 add. VC* dedi *N* 23 et *alt. om. R* 24 ipsā *L* ueniae *B* 25 elegere *N* elegendi *N*

ira in indignatione eius et uita in uoluntate eius; aut quia dictum est: si uoles praecepta, seruabit te, quasi non debeat deo agere gratias, quia praecepta uoluit, qui desertus omni lumine ueritatis haec uelle non posset. positis ante hominem igne et aqua, quo uult quidem porrigit manum, sed altior est qui uocat altius quam omnis humana cogitatio, quandoquidem initium corrigendi cor fides est, sicut scriptum est: uenies et pertransies ab initio fidei, et quisque ita eligit bonum, sicut unicuique deus partitus est mensuram fidei, et: nemo potest ad me uenire, ait princeps fidei, nisi pater qui misit me traxerit eum. quod de fide dictum esse qua in eum creditur postea satis euidenter explanat, ubi dicit: uerba, quae ego locutus sum uobis, spiritus et uita sunt. sed sunt quidam ex uobis qui non credunt. sciebat enim ab initio Iesus, qui essent credentes et quis traditurus esset eum. et dicebat: propterea dixi uobis, quia nemo potest uenire ad me, nisi fuerit ei datum a patre meo.

42. Magnum autem aliquid pro sua causa se inuenisse arbitratus est apud Esaiam prophetam, quia deus dixit: si uolueritis et audieritis me, quae bona sunt terrae manducabitis; si autem nolueritis et non audieritis me, gladius uos comedet; os enim domini locutum est haec. quasi non lex tota huius modi condicionibus plena sit aut ob aliud

2 Eccli. 15, 15 8 Cant. 4, 8 9 Rom. 12, 3 10 Ioh. 6, 44 13 Ioh. 6, 63—65 20 Es. 1, 19. 20

2 seruabunt *ROCKbd, m. 2 PD* 3 gratias agere *K* agere *om. N* gratias (s *ex* m) *V* qui] quia *B* 4 disertus *N* ueritatis *om. b* uellet *N* 5 ignē *N* aquā *N* aquam̧ *K* quod *N* porrigat *ON* 6 altius *m. 1 V, CN* altior *m. 2. R* 8 pertransibis *b* quisquis *C* 9 elégit *m. 1 LD, N* elegerit *Cb* eli*git (*in mg.* ł elegerit *m. 2*) *P*, (*in mg.* eligit) *V* bonum *om. m. 1 V* 11 pater meus *b* 12 dictum *m. 2 L* datum *m. 1 L* est *R* quia β satis euidenter postea *bd* 13 loquutus *LP, m. 1 D* 14 quidam sunt *bd* 16 quis eum traditurus esset *bd* quis traditurus esset eum *OC*β 17 ad me uenire *Nbd* 18 ei *om. B* 19 autem *om V* se] ei *N* 20 isaiam *Obd* 23 hos *L* loquutum*LP. m. 1 D* locutu *O* 24 huiusmundi *m. 1 D*, β conditionibus *DVOBCKNb*

superbis praecepta ista data sunt, nisi quia lex praeuaricationis gratia posita est, donec ueniret semen cui promissum est, unde subintrauit ut abundaret delictum; et ubi abundauit delictum, superabundauit gratia: id est ut acciperet homo praecepta superbe de suis uiribus fidens, in quibus deficiens et factus etiam praeuaricator liberatorem saluatoremque requireret atque ita eum timor legis humilem factum tamquam paedagogus ad fidem gratiamque perduceret. ita multiplicatis infirmitatibus postea accelerauerunt, quibus sanandis oportune Christus aduenit. in cuius gratiam etiam iusti antiqui crediderunt eadem ipsa gratia eius adiuti, ut gaudentes eum praenoscerent et quidam etiam praenuntiarent esse uenturum, uel in illo populo Israel, sicut Moyses et Iesus Naue et Samuhel et Dauid et ceteri tales, uel extra ipsum populum, sicut Iob, uel ante ipsum populum, sicut Abraham, sicut Noe et quicumque alii sunt, quos uel commemorat uel tacet scriptura diuina. unus enim deus et unus mediator dei et hominum, homo Christus Iesus, sine cuius gratia nemo a condemnatione liberatur, siue quam traxit ex illo in quo omnes peccauerunt siue quam postea suis iniquitatibus addidit.

XX. 43 Quale est autem, quod iste posuit in extremo, si quis dixerit: potest fieri ut homo uel in uerbo non peccet? 'respondendum est', inquit, 'si uult deus, potest; uult enim deus,

1 Gal. 3, 19 3 Rom. 5, 20 8 cf. Gal. 3, 24 9 Ps. 15, 4 17 I Tim. 2, 5

1 sint *m. 1 D, RCbd* (*in mg.* sunt) *V* 3 sibiintrauit *m. 1 D* habundaret *LDN*β *m. 1 K* *abundaret *R* 4 habundauit *LDN*β, *m. 1 K* ambundauit *B*, *m. 1 C* superhabundauit *LDNC*β superḥabundauit *R* 5 qui superbe *B* confidens *b* 6 factus ē *V* 7 requirenret *V* eum] enim *B* cū *N* 9 ita] tā *N* 10 sandis *O* opportune *P* gratia *b* 13 uel *om. m. 1 V* et sicut *V* moses *B* 14 hiesus *RBC* nauū *C* samahel *m. 1 K* et *prius om. N* 15 sicut—populum *om. m. 1 V* Iob] ipsum *V* Iob—sicut *om. m. 1 C, N*β 16 habraham *C* uel *om. Lb* 17 diuina scriptura *b* enim *om. V* 18 hominem *m. 1 L* homo *om. m. 1 V* 19 quā *in ras. V*, (*ex* coñ *m. 2*) *C* 20 contraxit *b* 21 addit *m. 1 VC* 22 qualem *R* 23 in *om. bd*

ergo potest'. item ait: 'si quis dixerit: fieri potest ut homo non in cogitatione delinquat? respondendum est: si uult deus, potest; uult enim deus, ergo potest'. uidete quemadmodum noluerit dicere: si deus adiuuet, potest, cui dicitur: adiutor meus esto, ne derelinquas me, non utique ad corporalia bona capessenda et mala cauenda, sed ad gerendam perficiendamque iustitiam. propter quod dicimus: ne nos inferas in temptationem, sed libera nos a malo. nec adiuuatur, nisi qui et ipse aliquid agit; adiuuatur autem, si inuocat, si credit, si secundum propositum uocatus est, quoniam quos ante praesciuit, et praedestinauit conformes imaginis filii sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus; quos autem praedestinauit, illos et uocauit; quos autem uocauit, illos et iustificauit; quos autem iustificauit, illos et glorificauit. currimus ergo, cum proficimus, dum sanitas nostra in proficientibus currit — sicut etiam cicatrix currere dicitur, quando bene uulnus diligenterque curatur — ut omni ex parte perfecti sine ulla simus omnino infirmitate peccati, quod non solum uult deus, uerum etiam ut impleatur facit atque adiuuat. et hoc nobiscum agit gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum non solum praeceptis, sacramentis, exemplis, sed etiam spiritu sancto, per quem latenter diffunditur caritas in cordibus nostris, quae interpellat gemitibus inenarrabilibus, donec in nobis sanitas perficiatur et deus, sicuti est, uidendus in aeterna ueritate monstretur.

XXI. 44. Quisquis ergo fuisse uel esse in hac uita aliquem

4 Ps. 26, 9 7 Matth. 6, 13 10 Rom. 8, 29. 30 20 Rom. 7, 25 22 Rom. 5, 5 24 Rom. 8, 26 25 cf. I Ioh. 3, 2

1 fieri potest *om. N* 2 in cogitatione non *b* in *om. N* 4 noluit *O* 5 estūneder elinquas *B* 8 ne β 9 ait β 11 conformes fieri *VBCb* imagines *N* 13 predistinauit *BC* autem *om. L, m. 1 D* 14 uocabit *m. 1 D* iustificauit—et *om. N* 17 curratur *N* curatū ē β 18 ex omni *Vbd* omnia *m. 1 Lβ* parte *s. l. L* ulla] uulnere β 20 faciat *B* 24 donec sanitas in nobis perficiatur β 25 perficiatur sanitas *Vbd* sicut uidendus est *b* in *om. bd* aeternam ueritatem *B*

hominem uel aliquos homines putat excepto uno mediatore dei et hominum, quibus necessaria non fuerit remissio peccatorum, contrarius est diuinae scripturae, ubi apostolus dicit: per unum hominem peccatum intrauit in mundum et per peccatum mors, et ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt, et necesse est ut inpia contentione asserat esse posse homines, qui sine mediatore Christo liberante atque saluante sint liberi saluique peccato, cum ille dixerit: non est opus sanis medicus, sed male habentibus, non ueni uocare iustos, sed peccatores. quisquis autem dicit post acceptam remissionem peccatorum ita quemquam hominem iuste uixisse in hac carne uel uiuere, ut nullum habeat omnino peccatum, contradicit apostolo Iohanni, qui ait: si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus et ueritas in nobis non est, non enim ait 'habuimus', sed habemus. quod si quisquam asserit de illo peccato dictum, quod habitat in carne mortali nostra secundum uitium quod peccantis primi hominis uoluntate contractum est, cuius peccati desideriis ne oboediamus Paulus apostolus praecipit, non autem peccare, qui eidem peccato quamuis in carne habitanti ad nullum opus malum omnino consentit, uel facti uel dicti uel cogitati, quamuis ipsa concupiscentia moueatur, quae alio modo peccati nomen accepit, quod ei consentire peccare sit nobisque moueatur inuitis: subtiliter quidem ista discernit, sed uideat quid agatur de dominica oratione, ubi dicimus: dimitte nobis debita nostra. quod, nisi fallor, non opus esset dicere, si numquam uel in lapsu linguae uel in oblectanda cogitatione eiusdem peccati desideriis aliquantum consentiremus, sed

3 Rom. 5, 12 9 Matth. 9, 12. 13 13 I Ioh. 1, 8 17 Rom. 6, 12 25 Matth. 6, 12

1 mediatore* *R* 3 dicit] ait *bd* 5 homines *om. m. 1 V* pertransiet *N* 8 liberi] liberati *N* liberaris alui quae a *B* a peccato *m. 2 L, VBCNbd* dixit *b* 9 medicis *O* 10 uenit *V*, *m. 1 C* 11 hominum *O* 16 esse dictum *bd* 19 pręcepit *LBNβ*, *m. 1 D* 20 qui* *K* 21 consensit *bd* 24 ista quidem *K* 25 agat *BN* demitte *P* 26 debitę *m. 1 R* 27 nonquam *m. 1 R* oblectamda *L* 28 aliquantulum *m. 2 D, CK* (*in mg.* aliquantum) *V*

tantummodo dicendum esset: ne nos inferas in temptationem, sed libera nos a malo, nec Iacobus apostolus diceret: in multis offendimus omnes. non enim offendit, nisi cui mala concupiscentia contra iustitiae rationem appetendo seu uitando faciendum uel dicendum uel cogitandum aliquid, quod non debuit, siue fallens siue praeualens persuadet. postremo, si excepto illo capite nostro, sui corporis saluatore, asseruntur uel fuisse in hac uita uel esse aliqui homines iusti sine aliquo peccato, siue numquam consentiendo desideriis eius siue quia pro nullo peccato habendum est, quod tantum est, ut hoc pietati non imputet deus — quamuis aliter sit beatus sine peccato, aliter autem beatus cui non imputat dominus peccatum — non nimis existimo reluctandum. scio enim quibusdam esse uisum, quorum de hac re sententiam non audeo reprehendere, quamquam nec defendere ualeam. sed plane quisquis negat nos orare debere, ne intremus in temptationem — negat autem hoc qui contendit ad non peccandum gratiae dei adiutorium non esse homini necessarium, sed sola lege accepta humanam sufficere uoluntatem — ab auribus omnium remouendum et ore omnium anathemandum esse non dubito.

1 Matth. 6, 13 3 Iac. 3, 2 12 cf. Ps. 31, 2

3 multis enim *N* qui *O* 7 illo *om. B* 8 uel esse in hac uita *bd* aliquid *N* 9 desideris *C* quia *om. m. 1 V* 10 pro *om. N* 11 pie-tate *VC* ipietati β imputet** *V* 12 nom *P* imputet β 13 non nimis] nominis *m. 1 L* nomis *m. 1 V* exestimo *m. 1 D*, β existimor luctandum *m. 1 B* 14 quorum (u *ex* a) *V* 15 ueleam *m. 1 D* 16 debere *om. N* temtationem *P* tentationem *RCd* 17 confidit (*s. l. m. 2* temnit) *B* gratia *R* 18 solam *B*, (*in mg.*) *V* legē acceptā *B* 19 humana *BN* 20 anathematizandum *RVOK, m. 2 Cb* anathemandum (tiza *s. l. add.*) *PD* esse *om. Vb;* esse—dubito *om. N* Explicit xpo dno ihu gratias ad episcopos Eutropiū et Paulū *LPCKV* Explicit xpo dno ihu gratias ad epos Eutropium et Paulum. Incipit liber sci Augustini ad Timasium et Iacobum (ad Tim. et Iac. *om. R*) de natura et gratia *DR* Liber sci Augustini de perfectione *om*nis iustitiae ad Paulum et Eutropium episcopos *O* Amen. Incipit sci hieronimi aduersum Vigilantium *B* Incipit epła Hilari ad scm Augustinum epm *N; subscr. abest a cod.* β

II.

S. Aureli Augustini

de gestis Pelagii.

L = codex Laurentianus (Pl. XVIII dext. cod. IV) s. XIII ex.
U = codex Urbinas 84 (118) s. XV.
L^1 = codex Laurentianus (Pl. XII cod. VI) s. XV.
F = codex olim Faesulanus nunc Laurentianus X s. XV.
F^1 = codex olim Faesulanus nunc Laurentianus XV s. XV.
P = codex Parisinus olim Colbertinus 2097 s. XVII.
V = editio Velseri a. 1611.
V^1 = Velseri uariantes lectiones in margine numeris signatae.
V^2 = Velseri uariantes lectiones in margine litteris signatae.
S = editio Suarez a. 1614.
S^1 = Suarez adnotationes in margine appositae.
d = editio Benedictinorum a S. Mauro a. 1696.

II.

DE GESTIS PELAGII.

1. Posteaquam in manus nostras, sancte papa Aureli, ecclesiastica gesta uenerunt, ubi Pelagius ab episcopis quattuordecim prouinciae Palaestinae catholicus est pronuntiatus, cunctatio mea terminum accepit, qua disserere aliquid plenius atque fidentius de ipsa eius defensione dubitabam. hanc enim iam in quadam chartula, quam mihi ipse miserat, legeram, sed quia eius cum illa nullas a se datas litteras sumpseram, uerebar, ne aliquid aliter in meis uerbis inueniretur quam legeretur episcopalibus gestis atque ita forsitan negante Pelagio quod ipse mihi illam chartulam miserit, quoniam facile conuinci uno

4 cf. contra Iulianum I 19. 32 (XLIV 652. 663 M.)

2 Incipit liber Aurelii Augustini de gestis Pelagii contra aduersarios gratiae dni nri ihu xpi *L* Incipit Aurelii Augustini de gestis Pelagii contra aduersarios gre dni nri liber unus *U* Liber Aurelii Augustini de gestis Pelagii contra aduersarios dni nri ihesu xpi incipit L^1 Incipit Aurelii Augustini liber de gestis Pelagii contra aduersarios gratie domini nostri Iesu Christi FF^1 Liber Aurelii Augustini de gestis Pelagii contra aduersarios gratiae dni nri ihu xpi incipit *P* Diui Aurelii Augustin Hipponensis episcopi liber de gestis Pelagii contra aduersarios gratię Domini nostri Iesu Christi (*in mg.* ad sanctum episcopum Aurelium) *V* D. Augustini Hipponensi episcopi liber ad S. Episcopum Aurelium de gestis Pelagii contra aduersarios gratiae Domini nostri Iesu Christi *S* S. Aurelii Augustini Hipponensis episcopi de gestis Pelagii ad Aurelium episcopum liber unus *d* 3 Postquam *S* nostras V^1Sd *et codd. Retractationum:* uestras *codd.* VS^1 pape *LU* 5 catholicus catholicus (*m. rec. del.*) F^1 7 iam *om. F* 8 chartula; ch *semper scripsi, codd. uar.* mihi *om.* F^1 ipsemet F^1 9 illa *eras. in U* ad se FV^2 10 aliqui L^1 inueniretur *m. 2 in mg.* F^1 11 in episcopalibus *S* forsan *VS* 12 quę (*in mg. m. 2* qm) *L*

teste non posset, ego potius ab his qui ei neganti fauerent aut suppositae falsitatis aut, ut mitius dicam, temerariae credulitatis arguerer. nunc ergo cum ea pertracto quae gesta testantur, iam quantum mihi uidebar utrum pro se ille sic egerit dubitatione sublata profecto et de ipsius defensione et de hoc opere nostro sanctitas tua atque omnis qui legerit facilius et certius iudicabit.

I. 2. Primum itaque domino deo, rectori custodique nostro, ineffabiles ago gratias, quod me de sanctis fratribus et coepiscopis nostris, qui in ea causa iudices consederunt, opinio non fefellit. responsiones enim eius non immerito approbauerunt non curantes quomodo ea quae obiciebantur in opusculis suis posuerit, sed quid de his in praesenti examinatione responderit. alia est enim causa fidei non sanae, alia locutionis incautae. denique in his, quae de libello, quem dederunt sancti fratres et coepiscopi nostri Galli Heros et Lazarus, qui propter grauem — sicut postea probabilius comperimus — unius eorum aegritudinem praesentes esse minime potuerunt, recitata sunt obiecta Pelagio, illud est primum, quod in libro suo quodam scribit 'non posse esse sine peccato nisi qui scientiam legis habuerit'. quo recitato synodus dixit: 'tu haec edidisti, Pelagi?' at ille respondit: 'ego quidem dixi, sed non sicut illi intellegunt. non dixi non posse peccare qui scientiam legis habuerit, sed adiuuari per legis scientiam ad non peccandum, sicut scriptum

16 cf. Ep. Zosimi (CSEL XXXV p. 100. 103. 104); cf. Photii in bibl. cod. 54 ed. Bekker I pag. 14

1 hiis LFF^1 his UL^1P *m. 2* facerent FV^2 2 ut mitius dicam *om. VS* crudelitatis LL^1 3 nunc petracto (pertracto V^1) *V* hunc ergo pertractato *S* ergo *add. m. 2 F* cum ea pertracto *om. SV* 4 uidetur V^1d 7 Aurelii Augustini episcopi de gestis Pelagii capitulum primum incipit *U* capitulum primum *cett.* 8 nostro LUL^1F^1P: meo *FVSd* 11 enim *om.* L^1 13 hiis *LP m. 1* 15 de *om. V* patres *S* 16 Galli Heros] galienus LUL^1 gallienus FF^1PVS; *cf. cap. XVI* 17 sic F^1P 19 quodque *F* 20 scribi *F* legis scientiam *VSd* 21 hoc *UFVSd* 22 illi] isti UL^1F^1 23 nisi qui *S*

est: legem in adiutorium dedit illis'. hoc audito synodus dixit: 'non sunt aliena ab ecclesia, quae dicta sunt a Pelagio'. plane aliena non sunt quae respondit; illud uero quod de libro eius prolatum est aliud sonat. sed hoc episcopi, Graeci homines et ea uerba per interpretem audientes, discutere non curarunt, hoc tantum intuentes, quid ille qui interrogabatur sensisse se diceret, non quibus uerbis eadem sententia in eius libro scripta diceretur.

3. Aliud est autem hominem per scientiam legis ad non peccandum adiuuari et aliud est non posse esse sine peccato, nisi qui scientiam legis habuerit. cum enim uideamus exempli gratia et sine tribulis areas triturari, quamuis adiuuent, si adsint; et sine paedagogis posse pueros pergere in scholam, quamuis ad hoc non sint inutilia paedagogorum adiumenta; et multos sine medicis ab aegritudine conualescere, quamuis manifesta sint adiutoria medicorum; et aliis cibis sine pane homines uiuere, quamuis panis adiutorium ualere plurimum non negatur, et alia multa, quae nobis tacentibus cogitanti facile occurrunt: profecto admonemur adiutoriorum esse genera duo. alia quippe sunt, sine quibus illud, ad quod adiuuant, effici non potest, sicut sine naui nauigat nemo, nemo sine uoce loquitur, nemo sine pedibus graditur, nemo sine luce contuetur et multa huius modi — unde est etiam illud, quod nemo sine dei gratia recte uiuit — alia uero sunt adiutoria, quibus sic adiuuamur, ut etiam si desint possit alio modo fieri propter quod ea requirimus, sicut illa sunt quae commemoraui: tribula ad fruges terendas, paedagogus ad puerum

1 Es. 8, 20

3 a *om.* F^1 6 curarer L^1 8 ei *U* 10 aliud (iu *add. m. rec.*) *U* est] esse F^1 11 enim *om.* *FVS* 13 assint L^1 scolam LUL^1 15 ab aegritudine sine medicis *S* 16 cibis sine V^1S^1d: sine cibis LUL^1FF^1VS ṣịṇẹ cibis sine (sine *fin. add. m. 2*) *P* 18 multaque *S* 19 genera esse *SVd* esse *om.* *F* 20 ad quod (*add. m. 2*) L^1 adiuuat *P* 23 intuetur *VSd* modi *om.* *U* 25 qụę (*s. l. m. 2* etiam) L^1 possint L^1 *et m. 1 F*

ducendum, medicamentum humana arte confectum ad recipiendam salutem et cetera talia. quaerendum est igitur, ex quo duorum istorum generum sit legis scientia, id est quomodo adiuuet ad non peccandum. si eo modo, ut sine illa hoc non possit impleri, non solum Pelagius uerum respondit in iudicio, sed etiam uerum scripsit in libro; si uero eo modo, ut adiuuet quidem, si affuerit, possit tamen illud ad quod adiuuat alio modo fieri, etiamsi ista defuerit, uerum quidem respondit in iudicio, quod merito episcopis placuit, adiuuari hominem ad non peccandum legis scientia, sed non uerum scripsit in libro 'non esse hominem sine peccato, nisi qui scientiam legis habuerit', quod indiscussum iudices reliquerunt latini sermonis ignari et eius qui causam dicebat confessione contenti, praesertim ubi ex aduerso nullus astabat, qui uerba libri eius exponendo aperire interpretem cogeret atque unde fratres non frustra mouerentur ostenderet. paucissimi quippe sunt legis periti; multitudinem autem membrorum Christi usquequaque diffusam et legis tam profundae ac multiplicis imperitam simplicis fidei pietas et spes firmissima in deo et caritas sincera commendat, quae his donis praedita gratia dei se confidit a peccatis posse mundari per Iesum Christum dominum nostrum.

II. 4. Ad haec si forte Pelagius responderet hanc ipsam se dixisse scientiam legis, sine qua non potest homo liber esse

20 Rom. 7, 25

1 humanitate *codd. VS:* humana arte V^1S^1d 2 cetera] cuncta *m. 1* FSV^1 3 istorum duorum *F* legis] talis *S* idē *F* 4 hęc F^1PVS 5 posset *F* uerum] unde *F* 6 uerum] unum *F* 7 quod (d *add. m. 2*) *F* aiuuat *m. 1* F^1 iuuat *FPSVd* 8 defuerint *codd.* uerum quidem *ex* unde quod *F* 14 adstabat *V* adstat *S* 16 ostenderes *U* ostendere *Vd* quippe] quidem LF^1 18 ac legis *P* imperitum FV^2 20 praedicta *FV* 21 per—nostrum *om. S* ihesum F^1 23 Aurelii Augustini de gestis Pelagii contra aduersarios grae dni nri capitulum primum explicit. Incipit capitulum incipit feliciter (*haec uerba cum similiter in singulis capitulis addita sint, hic semel notasse satishabui*) *U* capitulum II LL^1FF^1P Cap. 2 *S* hoc *FVSd* 24 sententiam *V*

a peccatis, quae per doctrinam fidei neophytis atque in Christo paruulis traditur, qua etiam baptizandi catechizantur, ut symbolum nouerint, non quidem ista intellegi solet, quando habere quisquam scientiam legis dicitur, sed illa, secundum quam legis periti appellantur; uerumtamen, si haec uerba, quae pauca numero, sed magna sunt pondere et more omnium ecclesiarum baptizandis fideliter intimantur, scientiam legis nuncuparet asserens de hac se dixisse ‘non esse sine peccato, nisi qui legis scientiam habuerit’, quae necesse est tradatur credentibus, antequam ad ipsam remissionem ueniant peccatorum: etiam sic circumdaret eum non disputantium, sed uagientium baptizatorum multitudo innumerabilis paruulorum, qui non uerbis, sed ipsa innocentiae ueritate clamarent: quid est, quid est quod scripsisti ‘non posse esse sine peccato, nisi qui scientiam legis habuerit?’ ecce nos grex magnus agnorum sine peccato sumus et legis tamen scientiam non habemus! nempe isti eum saltim lingua tacente tacere compellerent aut forte etiam confiteri uel nunc se ab illa peruersitate correptum uel certe hoc se quidem et ante sensisse quod nunc in ecclesiastico dixit examine, sed eius sententiae non se circumspecta uerba posuisse et ideo fidem suam esse approbandam, librum emendandum. est enim, ut scriptum est, qui labitur in lingua et non in corde. quod si diceret uel dicat, quis eisdem uerbis incautius neglegentiusque conscriptis non facillime ignoscat, cum sententiam, quam uerba

22 Eccli. 19, 16

1 doctrina F^1 a neophitis *S* neophitis *codd. V* 2 cathetizantur LL^1FF^1 catetizantur *U* cathechizantur *P* 3 non quidem] nunquid *FV* 4 illam *P om.* L^1 5 uerumptamen F^1 6 sunt *om. m. 1* L^1 amore *U* 7 fideliter baptizandis *FVSd* legis scientiam *P* 8 de hac re *F* de hac oratione *V* 9 scientiam legis *d* scientiam dei *VS* scientiam legis dei *F* habuit *VS* ut tradatur *S* 11 si *S* 13 quid est (*ter legitur*) *V* 17 saltem F^1 19 corruptum *S* correctum *susp. Ben.* haec (*m. 2*) *F*, F^1VS hic *m. 1 F* 21 circumspectata *S* 23 quod] qui FV^2S, (*m. 2 in mg.*) F^1 24 si dicat (si *add. m. 2*) *L*, UL^1FF^1PSVd 24 ex eisdem (*exp. m. 2*) *P* 25 facilime LL^1 que (*in mg. m. 2* quam) F^1

illa continent, non defendat, sed cum dicat suam, quam ueritas probat? hoc etiam pios iudices cogitasse credendum est, si tamen hoc quod in libro eius latino est diligenter interpretatum, satis intellegere potuerunt, sicut eius responsionem graeco eloquio prolatam et ob hoc facile intellectam alienam non esse ab ecclesia iudicauerunt. sed iam cetera uideamus.

III. 5. Adiecit enim episcopalis synodus et ait: 'legatur et aliud capitulum'. et lectum est in eodem libro suo posuisse Pelagium 'omnes uoluntate propria regi'. quo lecto Pelagius respondit: 'et hoc dixi propter liberum arbitrium, cui deus adiutor est eligenti bona; homo uero peccans ipse in culpa est quasi liberi arbitrii'. quo audito episcopi dixerunt: 'neque hoc alienum est ab ecclesiastica doctrina'. quis enim condemnaret liberum arbitrium uel negaret, cum quo dei adiutorium praedicatur? quapropter et sententia respondentis merito episcopis placuit; et tamen illud, quod in libro eius positum est 'omnes uoluntate propria regi', fratres, qui nouerant quid aduersus dei gratiam isti soleant disputare, procul dubio debuit permouere. sic enim dictum est 'omnes uoluntate propria regi', tamquam deus neminem regat et frustra scriptum sit: saluum fac populum tuum et benedic hereditati tuae, et rege eos et extolle illos usque in saeculum, ne remaneant utique, si uoluntate propria sine deo reguntur, uelut oues non habentes pastorem, quod absit a nobis. nam procul dubio plus est agi quam regi; qui enim regitur,

21 Ps. 27, 9 24 Marc. 6, 34

1 cum] eam V^1d dicat *UVd, m. 2 in mg.* F^1: discat LL^1FF^1P *m. 1,* SV^2 3 diligenter *om.* F^1 4 responsione F^1 5 ob *add. m. 2 L* 6 cetera] cuncta *F* uideamus. adiecit *continua leguntur in codd. VS* 7 *post* ait *pon. cap.* III LUL^1FF^1PV *cap.* II *S* legitur UF^1, *in mg. m. 2* legatur F^1 et *om. V* 8 potuisse *S* 9 Pelagium *om. S* 10 hec *U* 12 libri *F* 13 ecclesia *m. 1 F* condempnaret $LUFF^1$ 19 promouere F^1 propria uoluntate *S* 20 tanquam *U* 21 benedic hered. tuae *om. S* hereditatem tuam *FP m. 2,* V^2d 23 sine deo *om. m. 1* L^1 24 uelud *L* 25 qui] quod L^1

aliquid agit et ideo regitur, ut recte agat; qui autem agitur, agere ipse aliquid uix intellegitur. et tamen tantum praestat uoluntatibus nostris gratia saluatoris, ut non dubitet apostolus dicere: quotquot spiritu dei aguntur, hi filii sunt dei. nec aliquid in nobis libera uoluntas melius agere potest, quam ut illi se agendam commendet, qui male agere non potest, et hoc cum fecerit, ab illo se ut faceret adiutam esse non dubitet, cui dicitur in psalmo: deus meus misericordia eius praeueniet me.

6. Denique in eo libro, ubi illa capitula Pelagius scripsit, huic positioni, qua dixit 'omnes uoluntate propria regi et suo desiderio unumquemque dimitti', subiecit aliquid de testimonio scripturarum, quo satis appareat non se sibi hominem regendum debere committere. ait enim de hoc ipso in sapientia Salomonis: sum quidem et ego mortalis homo, similis omnium, ex genere terreno illius qui prior finctus est et cetera usque ad eum capituli finem, ubi legitur: unus ergo omnibus introitus ad uitam et similis exitus. propter hoc optaui, et datus est mihi sensus, et inuocaui, et uenit in me spiritus sapientiae. nonne luce clarius apparet, quemadmodum iste considerata miseria fragilitatis humanae non est ausus se regendum sibi committere, sed optauit, et datus est ei sensus, de quo dicit apostolus: nos autem sensum domini habemus, et inuocauit, et uenit in eum spiritus sapientiae? hoc enim spiritu, non uiribus propriae uoluntatis reguntur et aguntur qui filii sunt dei.

4 Rom. 8, 14   8 Ps. 58, 11   15 Sap. 7, 1   17 Sap. 7, 6. 7   23 I Cor. 2, 16   25 Rom. 8, 14

1 ideo] ideo L^1 deo LUF^1P a deo (a *m. 2 add.*) *F*, *VSd*   autem] enim F^1 2 aliquid ipse *VSd*   3 apostolus] amplius *F*   6 agendum *m. 1 F* agenda VS^1 agendo *S*   commendent *V*   7 adiutum *m. 1 F* esse *om. VS*   8 dubitat *S*   9 ei *U*   10 eo] illo F^1PSVd 11 positioni] pro omni *U*, *m. 1 F* propositioni L^1P 12 aliud *U*   14 in *om. FPVSd*   16 fictus *P* factus *S*   18 et propter LUL^1F^1P 20 appareret *F*   22 comittere L^1

7. Nam et illud, quod posuit de psalmo in eodem capitulorum libro, ut quasi probaret 'omnes uoluntate propria regi': dilexit maledictum et ueniet ei; et noluit benedictionem, et elongabitur ab eo, quis nesciat hoc uitium esse non naturae, sicut eam condidit deus, sed uoluntatis humanae, quae recessit a deo? uerumtamen si non maledictionem dilexisset et uoluisset benedictionem et in hoc ipso uoluntatem suam diuina gratia negaret adiutam, ingratus atque inpius sibi regendus dimitteretur, ut sine rectore deo praecipitatus non se a se ipso regi potuisse poenis experiretur. sic etiam in illo testimonio, quod in eodem libro eidem titulo subdidit: apposuit tibi aquam et ignem; ad quod uis porrige manum tuam; ante hominem bonum et malum, uita et mors; quod placuerit ei, dabitur illi, manifestum est, quod, si ad ignem manum mittit et malum ac mors ei placet, uoluntas id hominis operatur; si autem bonum et uitam diligit, non solum uoluntas id agit, sed diuinitus adiuuatur. sufficit enim sibi oculus ad non uidendum, hoc est ad tenebras; ad uidendum uero lumine suo non sibi sufficit, nisi illi extrinsecus adiutorium clari luminis praebeatur. absit autem ut hi qui secundum propositum uocati sunt, quos praesciuit et praedestinauit conformes imaginis filii sui, suo, ut pereant, desiderio dimittantur. hoc enim patiuntur uasa irae, quae perfecta sunt ad perditionem, in quorum etiam ipsa perditione notas facit deus diuitias gloriae suae in uasa misericordiae suae. propter hoc enim, cum dixisset: deus

3 Ps. 108, 17   12 Eccli. 15, 16. 17   20 Rom. 8, 28. 29   23 Rom. 9, 22. 23   26 Ps. 58, 11

5 esse *om.* *F*   non *leg.* *ante* uitium *in u.* *4 S*   6 uerumptamen *F*[1] *om. m. 1 P*   dilexisset maledictionem *FVSd*   7 noluisset *P*   8 ad uitam *L*[1]*FF*[1]*V*   atque] siue *FV*   inpius] ipsius *F*[1]   9 regendum *L*[1]*F*[1] *m. 1*   12 quoduis *S*   14 placuit *FVS*   ei *om.* *S*   dabunt *U*   ṃạḷụṃ (*m. 2 exp. et in mg.* manifestum *add.*) *F*[1]   16 id uoluntas *FSVd*   ẹṣṭ hominis *F*[1]   19 uero n̄ọ *L*   ille *m. 1 P*   20 hii *LF*[1]   21 sunt (*m. 2 add.*) *F*[1]   sunt sancti *V*[1]   23 demittantur *V* permittantur *S*   26 deus *om.* *F*[1]

meus misericordia eius praeueniet me, continuo subiecit: deus meus demonstrabit mihi in inimicis meis. illis ergo fit quod scriptum est: tradidit illos deus in desideria cordis eorum; non autem fit praedestinatis, quos regit spiritus dei, quoniam non inanis est uox eorum: ne tradas me, domine, a desiderio meo peccatori, quandoquidem et contra ipsa desideria sic oratum est, ut diceretur: aufer a me concupiscentias uentris et desiderium concubitus ne apprehendat me. praestat hoc deus illis quos subditos regit, non autem illis qui se idoneos ad se ipsos regendos putant et praefidenti ceruice propriae uoluntatis illum dedignantur habere rectorem.

8. Quae cum ita sint, filii dei qui hoc nouerunt et se dei spiritu regi et agi gratulantur quomodo moueri potuerunt, cum audirent uel legerent a Pelagio scriptum omnes uoluntate propria regi et suo desiderio unumquemque dimitti? et tamen quia interrogatus ab episcopis quid mali sonarent illa uerba persensit responditque hoc se dixisse propter liberum arbitrium, continuo subiciens 'cui deus adiutor est eligenti bona; homo uero peccans ipse in culpa est quasi liberi arbitrii', hanc quoque sententiam pii iudices approbantes quam incaute uel quo sensu illa in libro eius uerba sint posita considerare uel quaerere noluerunt, sufficere existimantes ita eum confessum esse liberum arbitrium, ut eligenti bona deus esset adiutor, peccans uero ipse esset in culpa ad hoc sibi sufficiente propria uoluntate. ac per hoc deus regit, quibus adiutor est

3 Rom. 1, 24 5 Ps. 139, 9 7 Eccli. 23, 5. 6

1 meus *om. codd.* *VS* 2 demonstrauit LUL^1F^1VSd mihi *om.* LF^1 *m. 1* in *om.* UL^1FF^1VSP *m. 2* meis *om.* *V* 3 fit] sit $LUL^1F^1V^2$ 4 sit V^2 sic *S* 5 inanis non *S* uox] uxor *U* 6 a *om.* *FV* 7 contra] supra L^1 super *P* 8 desideria *S* 9 apprehendant *S* quos—illis *om.* *S* 10 illi' LL^1 11 pręsidenti *PSV* 13 mouerunt L^1 14 moneri $LL^1F^1V^2$ non moueri *coni.* *S* 17 quia *om.* *P* 20 et quasi LL^1FF^1PVS; *cf. pag. 56, 12* 21 quoque] ergo *U* 22 sit *U* 25 ipse *om.* *FVSd* sufficiente sibi *P* sufficere LUL^1F^1

eligentibus bona; et ideo bene regunt quicquid regunt, quoniam ipsi reguntur a bono.

9. Item recitatum est quod in libro suo Pelagius posuit 'in die iudicii iniquis et peccatoribus non esse parcendum, sed aeternis eos ignibus exurendos'. quod ideo fratres mouerat, ut obiciendum putaretur, quod ita dictum est, tamquam omnes peccatores aeterno essent supplicio puniendi non eis exceptis qui fundamentum habent Christum, quamuis superaedificent ligna, fenum, stipulam, de quibus dicit apostolus: si cuius opus exustum fuerit, detrimentum patietur; ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem. sed cum respondisset Pelagius 'hoc secundum euangelium se dixisse, ubi dicitur de peccatoribus: isti ibunt in supplicium aeternum, iusti autem in uitam aeternam', nullo modo potuit christianis iudicibus euangelica et dominica displicere sententia nescientibus quid in uerbis de libro Pelagii prolatis mouerit fratres, qui disputationes eius uel discipulorum eius audire consuerunt, quando his absentibus, qui libellum contra Pelagium sancto episcopo Eulogio dederunt, nullus urgebat, ut peccatores per ignem saluandos a peccatoribus aeterno supplicio puniendis aliqua exceptione distingueret et eo modo intellegentibus iudicibus cur fuerit illud obiectum, si nollet distinguere, merito culparetur.

10. Quod autem addidit Pelagius: 'et si quis aliter credit, Origenista est', hoc acceperunt iudices, quod re uera in Origene dignissime detestatur ecclesia. id est, quod etiam illi, quos dominus dicit aeterno supplicio puniendos, et ipse zabulus

8 cf. I Cor. 3, 11. 12 9 I Cor. 3, 15 13 Matth. 25, 46

1 regit (*bis*) *FV*² 2 capitulum quartum incipit feliciter *U* cap. III *LL*¹*S* 4 esset *FV*² pacendum *V* 5 que *V*² adeo *S* 8 superhedificant *LU* 12 se dixisse *om. U* 13 isti] illi *d* 17 uel *om. m. 1 F* 18 consueuerunt *L*¹*PV* hiis *L* 20 saluandi *codd. S* 22 nollent *L*¹ 23 distingueret (*exp. m. 2*) *F* 24 et] ut *LUL*¹*F*¹ 26 testatur *m. 1 F* id est] idē *F* idem *VS* quod *om. L*¹ 27 diabolus *d*

atque angeli eius post tempus licet prolixum purgati liberabuntur a poenis et sanctis cum deo regnantibus societate beatitudinis adhaerebunt. hoc ergo synodus dixit 'alienum non esse ab ecclesia', non secundum Pelagium, sed potius secundum euangelium, quod tales iniqui et peccatores aeternis ignibus exurentur, quales tali supplicio dignos iudicat euangelium, et quod detestabiliter cum Origene sentiat quisquis dixerit aliquando eorum finiri posse supplicium, quod dominus dixit aeternum. de illis uero peccatoribus, quos dicit apostolus exusto eorum opere tamquam per ignem saluos futuros, quoniam nihil Pelagio de his euidenter obiectum est, nihil iudicauerunt. quapropter qui dicit iniquos et peccatores, quos aeterno supplicio ueritas damnat, aliquando inde posse liberari, non inconuenienter eum Pelagius Origenistam uocat; sed rursus qui nullum peccatorem in dei iudicio misericordia dignum existimat quod uult ei nomen imponat, dum tamen et hunc errorem ecclesiastica ueritate non recipi intellegat; iudicium enim sine misericordia fiet illi qui non fecit misericordiam.

11. Quomodo autem fiat hoc iudicium, difficile in scripturis sanctis comprehendi potest; modis enim multis significatur quod uno modo futurum est. namque aliquando dicit dominus aduersus eos, quos in suum regnum non recipit, ostium se clausurum clamantibusque illis et dicentibus: aperi nobis; in nomine tuo manducauimus et bibimus et cetera quae illos dicere scriptum est, se responsurum: nescio uos, qui operamini iniquitatem; aliquando iussurum se com-

17 Iac. 2, 13 24 Luc. 13, 25. 26 26 Luc. 13, 27

2 societati *S* 5 ẹx̣ẹṃp̣ḷụṃ (*s. l. m. 2* euangeliū) *P* 7 quisquis] quod si quis *LUL*[1] qui si quis *FF*[1]*VP m. 1* qui *S* 8 futuri (*in mg. m. 2* finiri) *F* 11 nichil *LU* hiis *LF*[1] 13 dampnat *LUFF*[1] inde] ṇọ̄ (*in mg. m. 2* inde) *L* 14 Pelagius eum *S* 15 quod *F*[1] 16 uult ei *om. m. 1 F* 17 intelligant *L*[1] 18 enim *om. m. 1 L*[1] fiet] sed *UF m. 1* fiat *S* 20 fiet *FVSd* 21 *post* potest *add.* cap. IIII *L*[1]*F*[1]*PV*[2] 24 clusurum *LUL*[1]*FF*[1]

memorat, ut hi qui noluerunt eum regnare, sibi adducantur et interficiantur coram illo; aliquando uenturum se dicit cum angelis suis in maiestate sua, ut congregentur ante eum omnes gentes et diuidat eas et alios ponat ad dexteram, quorum bona opera commemorans reportet in uitam aeternam, alios ad sinistram, quibus bonorum sterilitatem imputans eos aeterno igne condemnet; aliquando seruum nequam et pigrum, qui pecuniam eius neglexit impendere, uel etiam hominem inuentum in conuiuio non habentem uestem nuptialem iubet ligatis manibus et pedibus mitti in tenebras exteriores; aliquando susceptis quinque prudentibus ostium contra stultas alias quinque uirgines claudit. haec et si quid est aliud, quod in praesentia non occurrit, de iudicio dicuntur futuro, utique non in uno uel quinque, sed in multis exercendo. nam si unus esset, qui de conuiuio, quod non habebat uestem nuptialem, in tenebras iussus est mitti, non continuo sequeretur et diceret: multi enim sunt uocati, pauci autem electi, cum potius uno proiecto atque damnato multi in domo remansisse uideantur. sed de his omnibus nunc quantum satis est disputare perlongum est. hoc tamen breuiter possum dicere sine praeiudicio — quod in pecuniariis rationibus dici solet — melioris discussionis unum aliquem iudicii modum, qui est inscrutabilis nobis, seruata dumtaxat in praemiis et poenis diuersitate meritorum multis per scripturas sanctas significari modis. quod autem huic causae, de qua nunc agitur, satis est:

1 cf. Luc. 19, 27 2 cf. Matth. 25, 31—46 7 cf. Luc. 19, 22—24 8 cf. Matth. 22, 11—13 11 cf. Matth. 25, 10—12 17 Matth. 22, 14

1 hii *L* hi* L^1 *om. VS* uoluerunt L^1 regnari *V* 2 se uenturum *P* 3 suis *om. FV* 4 omnes] quam *U* ponat *m. 1 P* 5 commemorat LUL^1F^1PVS et reportat *S* reportat LUL^1F^1V 7 seruo LUL^1F^1PVS et *om. codd.* pigro *codd. VS* 11 hostium LUL^1P *m. 1* 13 praesentiam *FVS* occurrit] ostendit $LUL^1F^1PV^2$ 15 nuptialem in tenebras *om. S* 16 iussus] uisus *F* 17 autem] uero L^1PVSd 19 hiis *F* iis *S* omnibus] hominibus $LL^1F^1V^2$ nunc] non *VS* 22 solet. Mollioris *S* 23 seruata *d:* seruat *codd. VS* 25 quod *ex* Qui *L* qui et *U*

si dixisset Pelagius omnes omnino peccatores aeterno igne et aeterno supplicio puniendos, quisquis iudicium id approbasset, in se ipsum primitus sententiam protulisset; q u i s e n i m g l o r i a b i t u r m u n d u m s e e s s e a p e c c a t i s? quia uero nec omnes dixit nec quosdam, sed indefinite posuit et hoc secundum euangelium se dixisse respondit, uera quidem sententia episcopali est confirmata iudicio; sed adhuc ne aliud quid sentiat Pelagius non apparet et post hoc etiam episcopale iudicium non impudenter inquiritur.

IIII. 12. Obiectum est et illud Pelagio, tamquam in suo libro scripserit 'malum nec in cogitationem uenire'. respondit autem: 'hoc non ita posuimus, sed diximus debere studere christianum, ne male cogitet'. quod, sicut decuit, episcopi approbauerunt. quis enim dubitat malum cogitari non oportere? et re uera in libro suo ad 'malum' ⟨cautius⟩ ita legitur: 'nec cogitandum'. quod in hoc intellegi solet: malum ne cogitari quidem debere. hoc autem qui negat, quid aliud dicit quam debere cogitari malum? quod si uerum esset, non diceretur in laude caritatis: n o n c o g i t a t m a l u m. uenire tamen in

3 Prou. 20, 9   19 I Cor. 13, 5

1 omnes] quem *UL*^{1} 2 quibus *S* id iudicium *Vd* 3 protulisse *S* 4 se mundum *F*^{1}*SVd* uero] uno *F* 5 indefinite *d:* nec indeffinite *codd. VS* 6 s̄nia *F* sua *m. 1 F*^{1} 7 adhuc ne aliud quid *scripsimus:* adhuc ne aliquid *codd. VS* adhuc quid *d* 9 imp*udenter *P* imprudenter *V*^{1} 10 Capitulum quartum incipit feliciter *U* Capitulum Quartum *LF*, *m. 2 F*^{1}, *VS* Capitulum V *L*^{1}*P* et *om. F* 12 hoc— cogitet *add. m. 2 in mg. F*^{1} posuimus *ex* possumus *m. 2 F* sed *om. L*^{1}*P* 14 approbarunt *VSd om. m. 1 F*^{1} 15 et re uera in libro suo ad malum cuius ita legitur nec cogitandum quod in (*om. U*) hac intelligi solet malum nec (ne *UFF*^{1}*PS*) cogitari quidem debere *codd. VS; V*^{1}*:* libro suo ad Melaniam ita legitur nec cogitandum quod in hoc intelligi solet *sqq.*, *S*^{1}*:* libro suo ita legitur malum nec cogitandum quod in hoc sensu intelligi solet *sqq.*, *d:* libro suo quod ait 'malum nec cogitari', si ita legitur 'nec cogitandum quidem', hoc intelligi solet *sqq.; cf.* Hieronymi dial. contra Pel. I 32 (XXIII 549 M): Ne leuiter quidem esse peccandum, et quid sit hoc 'leuiter', ne forte in opere te aliquis dixisse aestimaret, annectis: Malum nec cogitandum 17 debere quidem *FVSd* 18 uerum] nū *F* 19 non uenire *d* tamen *ex* tantum *m. 2 P*

cogitationem iustorum atque sanctorum ideo non tam <in>probe asseritur, quia cogitatio uocari solet etiam cum aliquid in mentem uenit, etsi consensio non sequatur. cogitatio uero, quae culpam contrahit et merito prohibetur, consensione non caret. potuit ergo fieri, ut mendosum codicem legerent qui hoc ita obiciendum arbitrati sunt, tamquam Pelagius dixerit 'malum nec in cogitationem uenire', id est iustis et sanctis in mentem non uenire quod malum est. quae sententia profecto absurdissima est; cum enim mala reprehendimus, nisi cogitata uerbis enuntiare non possumus. sed illa, ut diximus, culpabilis appellatur cogitatio mali, quae consensionem trahit.

V. 13. Cum ergo et hanc responsionem Pelagii iudices approbassent, recitatum est aliud, quod in suo libello scripsit 'regnum caelorum etiam in ueteri testamento promissum'. ad quod Pelagius: 'hoc et per scripturas probare possibile est; haeretici autem in iniuriam ueteris testamenti hoc negant. ego uero scripturarum auctoritatem secutus dixi, quoniam in propheta Daniele scriptum est: et accipient sancti regnum altissimi'. qua eius accepta responsione synodus dixit: 'neque hoc alienum est a fide ecclesiastica'.

14. Numquidnam ergo fratres nostros, ut etiam hoc inter cetera obicerent, sine causa uerba ista mouerunt? non utique. sed ueteris testamenti nomen modis duobus dici solet: uno secundum diuinarum scripturarum auctoritatem, alio secundum loquendi uulgatissimam consuetudinem. Paulus namque apostolus

18 Dan. 7, 18

1 cogitatione LUL^1F^1 ideo non tam] deo notum *codd. VS* probe *libri* 2 etiam *om.* F^1VS 3 mente *F* 4 probetur *F* prohibet V^2 5 fi'eri (eri *add. m. 2*) *F* mōsum (*m. 2 in mg.* mendosum) *F* 6 ita *in mg. add. L* 7 cogitatione *F* id est—uenire *om. S* id est] idem F^1 9 cogita *m. 1 F* 11 confessionem FF^1 12 pelagii responsione *F* Pelagii responsionem *VSd* 13 *post* approbassent *add.* Cap. V LFF^1U Cap. VI L^1P 15 probari *Vd* possibile est *in mg. L* 19 neque hoc] nichil *U* neque enim hoc L^1P 21 nunquidnam FF^1 hęc UL^1 *m. 2, om.* F^1 hoc *ex* hic *P* 23 uno] unum *F* una F^1 uno modo *VSd* 25 loquendi *om. m. 1* F^1S uulgantissimam *F* uulgarissimam F^1

dicit ad Galatas. dicite mihi, inquit, sub lege uolentes esse legem non audistis? scriptum est enim quod Abraham duos filios habuit, unum de ancilla, alterum de libera. quae sunt in allegoria. haec enim sunt duo testamenta, unum quidem in seruitute generans, quod est Agar. Sina mons est in Arabia, quae coniuncta est ei quae nunc est Ierusalem; seruit enim cum filiis suis. quae autem sursum est Ierusalem libera est, quae est mater nostra. cum ergo uetus testamentum ad seruitutem pertineat — unde etiam dictum est: eice ancillam et filium eius, non enim heres erit filius ancillae cum filio meo Isaac — regnum autem caelorum ad libertatem, quomodo etiam regnum caelorum ad uetus pertinet testamentum? sed quoniam, ut dixi, etiam sic solemus loqui, ut scripturas omnes legis et prophetarum, quae ante incarnationem domini ministratae auctoritate canonica continentur, nomine testamenti ueteris nuncupemus, quis ecclesiasticis litteris uel mediocriter eruditus ignorat ita scripturis illis promitti potuisse regnum caelorum sicut etiam illud testamentum nouum, ad quod pertinet regnum caelorum? certe enim in illis litteris apertissime scriptum est: ecce dies ueniunt, dicit dominus, et consummabo domui Israel et domui Iacob testamentum nouum non secundum testamentum, quod disposui patribus eorum in die qua apprehendi manum eorum, ut educerem eos de terra Aegypti. hoc enim factum est in monte Sina. tunc autem Daniel propheta

1 Gal. 4, 21. 22. 24—26 10 Gen. 21, 10 21 Hier. 38, 31. 32

1 dixit *V* galathas *LUL¹F¹* inquit *om. S* 2 uidistis *S* 3 abraam *L* ancilla] alia *F* 4 in *om. FVS* 5 seruitutem *FPVSd* generans] quod ẹ̄ tecitius (*in mg. m. 2* generans) *L* tecitius *UL¹P m. 1*, generans (*in spatio uacuo m. 2*) *F* generans tecitius *F¹* 6 sina enim *S* 7 est] in *F¹* hierusalem *L¹* seruis (en) enim (*corr. m. 2*) *F* seruiens *VS* 10 etiam] et *F¹* 12 ysaac *LUL¹FF¹* 16 ministrante *codd. VS; cf. 68, 4* 17 numcupemus *L¹* 18 ita *om. S* 19 sicut —caelorum *bis pos. S* 22 consumabo *LUL¹F¹* domini *bis pro* domui *U* 23 testamentum meum nouum *L¹* 25 educemur *L¹*

nondum erat qui dixerat: accipient sancti regnum altissimi. his enim uerbis praemium non ueteris, sed noui testamenti prophetabat, sicut ipsum Christum uenturum idem prophetae utique pronuntiarunt, cuius sanguine dedicatum est testamentum nouum, cuius testamenti ministri apostoli facti sunt dicente beatissimo Paulo: qui et idoneos nos fecit ministros noui testamenti non littera, sed spiritu; littera enim occidit, spiritus autem uiuificat. in illo uero testamento, quod proprie uetus dicitur et datum est in monte Sina, non inuenitur apertissime promitti nisi terrena felicitas. unde illa terra, qua est populus introductus per heremum ductus, terra promissionis uocatur, in qua pax et regnum et ab inimicis uictoriarum reportatio et abundantia filiorum ac fructuum terrenorum et si qua huius modi, haec sunt promissa ueteris testamenti. quibus etsi figurantur ad nouum testamentum pertinentia spiritalia, tamen qui propter illa terrena suscipit legem dei, ipse est ueteris heres testamenti. ea quippe secundum uetus testamentum promittuntur atque tribuuntur, quae secundum hominem ueterem concupiscuntur; quae autem illic ad nouum testamentum pertinentia figurantur, nouos homines quaerunt. neque nesciebat enim quid loqueretur tantus apostolus, qui duo testamenta in ancilla et libera allegorica significatione distincta esse dicebat ueteri filios carnis, nouo filios promissionis attribuens. non qui filii carnis, inquit, hi filii dei, sed filii promissionis deputantur in semen. filii ergo carnis pertinent ad terrenam Ierusalem, quae seruit cum filiis suis, filii autem promissionis

1 Dan. 7, 18 6 II Cor. 3, 6 22 cf. Gal. 4, 23 24 Rom. 9, 8

1 accipiant F^1 accipias V^2 3 iidem *VSd* 4 utique *om. VSd* praenuntiarunt V^1d 5 misteri F^1 6 et *om. VS* 9 quod proprie] qui quippe *FV* quod quippe SV^1 uetus] uerus F^1 10 promitti apertissime *FVSd* 11 quo *d* quae *V* in quam V^1S^1 per] et per (et *m. 2 add.*) *LF*, L^1UF^1PVSd 13 habundantia LUL^1FF^1 14 ac] aut *S* fructum LUL^1FF^1 hac V^1 *om. S* 17 heres ueteris *VSd* 21 figuratur *F* quod *m. 1 F* 22 apostoli *m. 1 F* 25 inquit *om. S* ii *m. 1 P* 27 hierusalem L^1 filiis autem *S*

ad eam quae sursum est, liberam matrem nostram aeternam in caelis. unde perspicitur qui ad regnum terrenum et qui pertineant ad regnum caelorum. istam distinctionem qui etiam illo tempore per dei gratiam intellegentes filii promissionis effecti sunt, noui testamenti heredes in occulto dei consilio deputati sunt, etiamsi uetus testamentum per temporum distributionem diuinitus datum populo ueteri congruenter ministrauerunt.

15. Quomodo ergo non merito commouerentur filii promissionis, filii liberae Ierusalem aeternae in caelis, cum ista discretio apostolica atque catholica Pelagii uerbis uideretur auferri et Agar quodam modo Sarrae crederetur aequari? ille igitur haeretica impietate scripturae ueteris testamenti facit iniuriam, qui eam ex deo bono, summo et uero fronte sacrilegae impietatis negat, sicut Marcion, sicut Manicheus et si quae alia pestis hoc sentit. quapropter ut de hac re quod sentio qua possum breuitate complectar: sicut ueteri testamento, si esse ex deo bono et summo negetur, ita et nouo fit iniuria, si ueteri aequetur. sed cum Pelagius respondisset, cur dixerit etiam in ueteri testamento promitti regnum caelorum, Danielis prophetae commemorans testimonium, qui sanctos accepturos regnum altissimi apertissime prophetauit, non esse hoc alienum a fide catholica merito iudicatum est: non secundum illam distinctionem, qua in monte Sina promissa

1 nostram *in mg. L* in caelis aeternam *FSVd* 2 qui *fin. in mg. add. L* 3 dictionem *mut. m. rec. in* distinctionem *U* 4 pro dei gratia *S* 6 deputati] dampnati *U* pro temp. distributione *S* 7 congruentur *L*[1] 9 prom. filii liberae *om. S* 10 in caelis aeternae *VSd* 12 auferre *F* quo *U* sarae *LUL*[1]*VSd* et crederetur (et *er. m. 2*) *L, U* 13 faciat *S* 14 fonte *S* 15 mātion *U* martion *F* si quae alia] si quae aliqua *LUL*[1] si qua aliqua *FF*[1]*P m. 1* si qua alia (*m. 2*) *P, V* si qua alias *S* 16 sentis *m. 1 F*[1] 18 negaretur *S* 20 etiam dixerit *d* dixerunt *F* etiam *om. FVS* uetere *PVd* ịṇ regnum *L* 21 prophetae *om. P* 23 alienum hoc *S* hoc *om. F* catholica] ecclesiastica *F* indicatum *F*[1] 24 quam *F*[1]

terrena ad uetus testamentum proprie pertinere monstrantur, nec tamen improbe secundum hanc loquendi consuetudinem, qua uniuersae scripturae canonicae ante incarnationem domini ministratae ueteris testamenti appellatione censentur. non enim aliud est regnum altissimi quam dei regnum. aut quisquam contendere audebit aliud esse dei regnum, aliud regnum caelorum?

VI. 16. Post haec obiectum est, quod Pelagius in eodem libro suo dixerit 'posse hominem, si uelit, esse sine peccato' et quod scribens ad uiduam adulatorie dixerit: 'inueniat apud te pietas, quae nusquam inuenit, locum, inueniat ubique peregrina in te sedem iustitia; ueritas, quam iam nemo cognoscit, domestica tibi et amica fiat et lex dei, quae ab omnibus prope hominibus contemnitur, a te sola honoretur'. et iterum ad ipsam: 'o te felicem et beatam, si iustitia, quae in caelo tantum esse credenda est, apud te solam inueniatur in terris!' et in alio ad ipsam libro post orationem domini et saluatoris nostri docens quemadmodum debeant sancti orare ait: 'ille ad deum digne eleuat manus, ille orationem bona conscientia effundit, qui potest dicere: tu nosti, domine, quam sanctae et innocentes et mundae sunt ab omni molestia et iniquitate et rapina quas ad te extendo manus, quemadmodum iusta et munda labia et ab omni mendacio libera, quibus offero tibi deprecationem, ut mihi miserearis'. ad hoc autem Pelagius respondens ait: 'posse quidem hominem esse sine peccato et

4 ministrante *FV* ministrate *V²* şȩcenseatur *F* censeatur *V²* 8 Cap. VI *LFF¹UV* Capitulum VII *L¹PS* 9 libro scripserit suo *d* esse *om. L* 10 adulatione *F* 11 inueniet ubique *S* peregrina in te *d:* peregrinâte *LU* peregrinante *L¹FF¹PVS* peregrinans te *V¹S¹* 12 sedem] sed me *S* iam *in mg. add. L* 13 domistica *F* 14 contempnitur *LFF¹* solo *P* 16 esse *in mg. add. L* 18 ille—effundit *om. U* 20 sancti *F* 21 innocentes (te *add. m. rec.*) *U* sint *F,VS* molestia] malitia *V¹S¹* 23 ab omni] a boni *F* 24 misereris *V* 25 sine peccato esse *FVSd*

dei mandata custodire, si uelit, diximus; hanc enim possibilitatem deus illi dedit. non autem diximus quod inueniatur aliquis ab infantia usque ad senectam qui numquam peccauerit, sed quoniam a peccatis conuersus proprio labore et dei gratia possit esse sine peccato, nec per hoc tamen in posterum inconuersibilis. reliqua uero quae subiecerunt neque in libris nostris sunt neque talia umquam diximus'. illis auditis synodus dixit: 'quoniam te negas talia scripsisse, anathematizas illos qui sic tenent'? Pelagius respondit: 'anathematizo quasi stultos, non quasi haereticos, siquidem non est dogma'. deinde iudicauerunt episcopi dicentes: 'nunc quoniam propria uoce anathematizauit Pelagius insertum stultiloquium recte respondens hominem cum adiutorio dei et gratia posse esse sine peccato, respondeat et ad alia capitula'.

17. Numquid hic poterant iudices uel debebant incognita et incerta damnare, quando nemo contra aderat, qui ea quae ad uiduam reprehensibilia scripta dicebantur Pelagium scripsisse conuinceret? ubi profecto parum esset codicem ferre et de scriptis eius haec legere, nisi et testes adhiberentur, si illa scripta sua esse etiam cum recitarentur negaret. uerumtamen in his quoque fecerunt iudices, quod facere potuerunt, interrogantes Pelagium, utrum anathematizaret illos qui talia sentiunt, qualia se negauit scripsisse siue dixisse. quos ubi se tamquam stultos anathematizare respondit, quid amplius de hac re iudices aduersariis absentibus quaerere debuerunt?

18. An et illud fortasse tractandum est utrum recte dictum sit non tamquam haereticos, sed tamquam stultos anathematizandos qui ita sentirent, quoniam dogma non esset? sed

1 enim] tibi *U* 2 qui *F* 6 inconuersi *U* inconuertibilis *L*[1] 8 negas te *FVSd* 9 sic] sicut *F* quas stultos *U* 11 propria uoce *om. FVS* 12 incertum *d* 13 esse posse *UF*[1]*P* 15 nunquid *FF*[1] 16 ad herat *L* adhereat *L*[1] adherat *U* 17 reprehensibilis *F*[1] .p. = Pelagius (*ita et in cas. obl.*) *LUL*[1]*FF*[1] 19 scripturis *F* hoc *L*[1]*V*[2]*S*[1] nisi et] quia *V*[2]*S*[1] 20 uerumptamen *F*[1] 21 hiis *FF*[1] quoque] quodque *F* 22 anathemaret *F* 23 ibi *F*[1]*VS*[1] ille *S* 27 est *V*

ab hac quaestione non leui, ubi quaeritur, quatenus sit definiendus haereticus, recte se in praesentia iudices abstinuerunt. non enim, si quisquam uerbi gratia dixerit aquilarum pullos paterno ungue suspensos et radiis solis oblatos, si oculis palpitauerint, tamquam adulterinos in terram luce quodam modo conuincente dimitti, si forte hoc falsum est, haereticus iudicandus est. et hoc quidem, quia in hominum doctorum litteris inuenitur famaque uulgatum est, nec stulte dici putandum est, etiam si uerum non est, nec fidem nostram, propter quam fideles uocamur, aut creditum laedit aut creditum iuuat. porro si ex hoc <sensu quis> (?) contenderit animas rationales inesse uolucribus ex eo quod in eas reuoluantur humanae, tum uero tamquam haeretica pestis ab auribus animoque pellenda est agendumque et demonstrandum, etiam si hoc de aquilis uerum est, sicut multa mira ante oculos nostros de apibus uera sunt, longe tamen ab huius modi irrationabilium animantium quamuis mirabili sensu distare rationem, quae non hominibus et pecoribus, sed hominibus angelisque communis est. multa uero etiam stulta dicuntur ab imperitis et uanis nec tamen haereticis, qualia sunt eorum qui de alienis artibus, quas non didicerunt, temere iudicant aut immoderato et caeco affectu uel laudant quos diligunt uel uituperant quos oderunt et quicquid aliud in consuetudine sermonis humani non statuto dogmate, sed passim, ut ad tempus occurrerit, per stultitiae

1 quatịnus (*s.* ị *add.* e) *L* diffiniendus LUL^1F^1P 2 abstinuerunt V^1S^1d: abstulerunt *codd. VS* 5 aduersarios *U* adulterimos *V* 6 hoc forte UL^1FF^1P 7 est *om. F* quidem *om. FVSd* 9 uerum *corr. m. 2 ex* unum *F* 11 ex hoc sensu quis V^1d: ex hoc seuis (*an* senis *in L dubium*) q (quod *P*) LL^1P hoc senis que *F* ex hoc senis quod UF^1 hoc senis quod *V* ex hoc uenit quod *S* rationabiles *FVSd* 12 humanae *om. S* tamen ụẹrọ *L* tamen L^1UF^1 tunc uero *S* 14 aquilis ue *add. m. 2 F* 16 uera sunt] una forte *F* una sorte V^2 ab huius modi] ad hoc *UF* ab hoc L^1 ab his *P* innarationabilium *U* 17 mirali (li *s. l. m. 2*) *L* mirabilis FV^2 similis S^1 19 uere *S* etiam] que L^1 quę *P* stulta etiam *P* 20 de *om. U* 21 tenere *U* 22 uel *alt.*] et L^1 24 dogmatorum *U* sed—leuitatem *om. F* occurrit *S*

leuitatem uel ore profertur uel stilo etiam litterisque committitur. multos denique de his paululum admonitos talia dixisse mox paenitet. ita ea non placito quodam fixa retinebant, sed quasi undecumque rapta et non considerata profuderant. uix est autem carere istis malis, et quis est qui non labitur lingua et offendit in uerbo? sed interest quanto, interest unde, interest postremo utrum admonitus corrigat an pertinaciter defendendo etiam dogma faciat, quod leuitate, non dogmate dixerat. cum igitur omnis haereticus consequenter et stultus sit, non autem omnis stultus continuo sit appellandus haereticus, recte iudices insertum stultiloquium propria uoce Pelagium anathematizasse dixerunt, quia et si haeresis esset, procul dubio stultiloquium est. proinde quicquid illud sit, generalis uitii nomine appellauerunt. utrum autem ex aliquo dogmate ista sint dicta an uero non fixa placitaque sententia, sed facile emendabili uanitate, quoniam ille qui audiebatur quoquo modo dicta essent sua esse negauerat, discutiendum in praesentia non putarunt.

19. Nos sane cum hanc Pelagii defensionem in illa quam prius accepimus chartula legeremus, aderant quidam sancti fratres, qui se Pelagii libros exhortatorios uel consolatorios ad quandam uiduam conscriptos, cuius nomen non esset expressum, se habere dixerunt et admonuerunt requirendum, utrum illic ista quae sua negauit essent forte conscripta, quoniam hoc et ipsi se ignorare asserebant. tum uero cum

5 cf. Eccli. 19, 16; cf. Iac. 3, 2 22 Mercator in Commonitorio super nomine Caelestii IV 3 Liuaniam nominat (cf. XLVIII 102 M.)

1 etiam] autem *m. 1 F* 2 multo *m. 1 L* de iis *S* ãmonitos *LL¹FF¹* 3 ea] etiam *FV²S¹* eo *F¹VS* quondam *FV²S¹* quodnam *S* fixi *FV²S¹* 4 desiderata *FV²S¹* considerant *S* 6 ostenditur (*in mg. m. 2* offendit) *F* in *om. F* quantum *UL¹FF¹PVSd* 7 amonitus *L* 9 et consequenter stultus *S* consequenter—haereticus *om. m. 1 F¹* 11 incertum *Ud* 13 stultiloquium esset *UL¹d* 15 non *om. m 1 F* pacitaque *m. 1 F* 16 facili *m. 1 F* 17 quo modo *UL¹FF¹VSP m. 1* negauerant *F¹* in *om. F¹* 19 cum *om. m. 1 L¹* illo *m. 1 F¹* 22 est *FPVSd* 24 utrum] unum *L¹* 25 se *om. V*

idem libri ab exordio legerentur, quaesita et inuenta sunt. affirmabant autem illi qui protulerant codicem ante quattuor ferme annos se istos tamquam Pelagii libros habere coepisse nec umquam utrum eius essent ab aliquo se audisse dubitari. considerantes itaque optime nobis seruorum dei cognitam fidem de hac re non posse mentiri, restare uidebatur, ut Pelagium potius in episcopali iudicio crederemus fuisse mentitum, nisi fieri potuisse cogitaremus etiam ante annos tam multos aliquid sub eius nomine, non tamen ab illo fuisse conscriptum; neque enim isti eosdem libros ab ipso se accepisse uel quod ipsius essent ab eodem audisse dicebant. nam et mihi quidam fratres nostri nonnulla opuscula sub meo nomine in Hispaniam uenisse dixerunt, quae quidem ab eis qui alia nostra legissent non agnoscerentur, ab aliis tamen nostra esse crederentur.

20. Illud sane quod Pelagius suum esse confessus est, adhuc latebrosum est; sed puto quod in istorum gestorum consequentibus partibus elucebit. ait enim: 'posse quidem hominem esse sine peccato et dei mandata custodire, si uelit. diximus; hanc enim possibilitatem deus illi dedit. non autem diximus quod inueniatur aliquis ab infantia usque ad senectam qui numquam peccauerit, sed quoniam a peccatis conuersus proprio labore et dei gratia possit esse sine peccato, nec tamen per hoc in posterum inconuertibilis'. in his uerbis quam dicat dei gratiam prorsus latet; et iudices quidem catholici nullam aliam intellegere potuerunt, nisi quam nobis plurimum apostolica doctrina commendat. haec est enim, qua nos liberari

1 iidem *VSd* 2 protulerunt *V* 5 congnitam *U* 6 re *om.* *F*[1] 7 pelagius *L*[1] potius *om.* *L*[1] 9 tam] tamen *L*[1]*F*[1] ab] sub *F V*[2] 10 se *om.* *S* 11 audiuisse *S* 12 meo] modo *L*[1]*F*[1] *m. 1* 13 yspaniam *L* hyspaniam *FF*[1] iis *VSd* 14 agnoscentur *m. 1 F* 16 Cap. VII *S* 18 eluebit *m. 1 F* 19 hominem *om.* *S* 20 diximus enim hanc *LUL*[1]*F*[1]*PV*[2]*S*[1] enim *om.* *FVS* 24 tamen *post* hoc *FVSd* haec *V* inconuersibilis *VSd* 26 potuerant *V* plurimum *add. in mg. m. 2 F*[1] 27 commendet *F* hoc *F*

posse speramus de corpore mortis huius per Iesum VII. Christum dominum nostrum et pro qua impetranda oramus, ne intremus in temptationem. haec gratia non est natura, sed qua subuenitur fragili uitiataeque naturae; haec gratia non est legis scientia, sed ea est, de qua dicit apostolus: non irritam facio gratiam dei; nam si per legem iustitia, ergo Christus gratis mortuus est, et ideo non est littera occidens, sed spiritus uiuificans. scientia quippe legis sine gratia spiritus operatur in homine omnem concupiscentiam. peccatum enim, inquit, non cognoui nisi per legem; nam concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret: non concupisces. occasione autem accepta peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam. neque ista dicendo legem uituperat, immo etiam laudat, cum dicit: lex quidem sancta et mandatum sanctum et iustum et bonum. quod ergo bonum est, inquit, mihi factum est mors? absit, sed peccatum, ut appareat peccatum, per bonum mihi operatum est mortem. et iterum legem laudat dicendo: scimus enim quia lex spiritalis est; ego autem carnalis sum, uenumdatus sub peccato. quod enim operor ignoro; non enim quod uolo hoc ago, sed quod odi illud facio. si autem quod nolo hoc facio, consentio legi, quoniam bona est. ecce iam legem nouit et laudat eique consentit, hoc est eam bonam esse consentit, quoniam quod illa iubet hoc et ipse uult et quod illa uetat et damnat hoc et ipse odit, et tamen quod odit hoc facit.

1 Rom. 7, 24. 25   3 cf. Matth. 6, 13   5 Gal. 2, 21   7 cf. II Cor. 3, 6   10 Rom. 7, 7. 8   15 Rom. 7, 12. 13   19 Rom. 7, 14—16

2 Cap. VIII LL^1P Cap. VII FF^1UV Cap. 7 *in mg.* *S*   et] sed UL^1VS set *L*   3 natura—non est *om.* *S*   6 faciam *Vd*   si *om.* *S*   10 inquit *om.* *S*   nam] inquam LUL^1 nam (*in ras. m. 2*) *F*   11 diceretur *U*   12 peccatum *om.* *S*   14 nec L^1d ita VS^1 16 quid $LUFF^1P$ mihi *om.* FV^2 17 apparet VS^1 18 iterum legem] utrum *F*   19 dicendo legem *F*   quod *VSd*   20 uenundatus UL^1F 23 nouit UV^1S^1d: monuit LL^1FF^1PVS 24 et *om.* *VSd*

inest ergo legis sanctae scientia nec tamen sanatur uitiosa concupiscentia, inest uoluntas bona et ualet operatio mala. hinc est quod duabus inter se legibus colluctantibus, dum legi mentis lex repugnat in membris et captiuat sub lege peccati, a confitente exclamatur et dicitur: infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum.

VIII. 21. Non ergo natura, quae sub peccato uenumdata et uitio sauciata redemptorem saluatoremque desiderat, nec legis scientia, per quam fit concupiscentiae cognitio, non euictio, liberat a corpore mortis huius, sed gratia domini per Iesum Christum dominum nostrum.

VIIII. Ista est non natura moriens nec littera occidens. sed spiritus uiuificans. iam enim habebat iste naturam cum uoluntatis arbitrio — nam dicebat: uelle adiacet mihi — sed non habebat naturam cum sanitate sine uitio — nam dicebat: scio quod non habitat in me, hoc est in carne mea bonum — iam habebat cognitionem legis sanctae — nam dicebat: peccatum non cognoui nisi per legem — sed non habebat uires agendae perficiendaeque iustitiae; nam dicebat: non quod uolo hoc ago, sed quod odi hoc facio, et perficere bonum non inuenio. ideo nec uoluntatis arbitrium nec legis praeceptum, unde liberaretur de corpore mortis huius, quia utrumque iam habebat, aliud in natura, aliud in doctrina, sed gratiae dei poscebat auxilium per Iesum Christum dominum nostrum.

4 cf. Rom. 7, 23   5 Rom. 7, 24. 25   11 Rom. 7, 24. 25   15. 17 Rom. 7, 18   19 Rom. 7, 7   20 Rom. 7, 15. 18   23 Rom. 7, 24. 25

1 uitiosa *L*   3 legibus inter se *Vd*   4 mentis] meritis *V*   7 ihesū L^1 8 Cap. VIIII L^1P Cap. VIII LFF^1U Cap. 8 *in mg. S*   uenundata UL^1F 9 ne *F*   10 sit F^1PVS 11 euictio] e uitio UFV^2S^1 12 ihesum L^1 13 Cap. VIIII LFF^1U Capitulum X L^1P *Cap. num. om. VS*   ita *S*   non est L^1 16 natura *F*   17 scio—nam dicebat *om. U*   scio *om. F*   quia L^1FF^1 habebat *F*   18 cognitionis *F* cognationem *V*   19 peccatum—dicebat *m. 2 in mg.* L^1 20 non *om. m. 1 F*   21 hoc *pr. d: om. codd. VS*   24 huius *om.* F^1 25 gratia *U*   dei *om. F*

X. 22. Hanc itaque gratiam quam in catholica ecclesia notissimam nouerant episcopi crediderunt Pelagium confiteri, cum audirent eum dicere 'hominem a peccatis conuersum proprio labore et dei gratia posse esse sine peccato.' ego autem propter illum librum, quem mihi refellendum serui dei dederunt, qui discipuli eius fuerunt et, cum eundem Pelagium ualde diligerent, eius esse dixerunt, ubi hac quaestione sibi proposita, quia hoc in eo iam plurimos offenderat, quod aduersus dei gratiam loqueretur, apertissime expressit 'hanc se dicere dei gratiam, quod possibilitatem non peccandi natura nostra cum conderetur, accepit, quoniam condita est cum libero arbitrio' — propter hunc ergo librum ego, plurimi autem fratres propter eius disputationes, quas dicunt sibi esse notissimas, adhuc sumus de istorum uerborum eius ambiguitate solliciti, ne forte quid in ea lateat atque hoc se dixisse sine praeiudicio sui dogmatis exponat postea discipulis suis ita disserens: dixi quidem proprio labore et dei gratia posse hominem esse sine peccato, sed quam dicam gratiam optime nostis et legendo recolere potestis, quod ea sit, in qua creati sumus a deo cum libero arbitrio. atque ita dum eum credunt episcopi eam dixisse gratiam, non qua homines creati sumus, sed qua in nouam creaturam adoptati — hanc enim apertissime gratiam diuina scriptura commendat — ignorantes haereticum tamquam catholicum absoluerunt. suspectum enim me facit etiam illud, quod cum in eodem libro, cui respondi, apertissime dixerit 'Abel iustum numquam omnino peccasse', modo ait: 'non autem diximus quod inueniatur aliquis ab

6 Timasius et Iacobus, cf. cap. XXIII

1 Cap. XI L^1P Cap. 10 *in mg.* *S* 2 nouerunt *V* 7 diligenter $LUL^1F^1V^2$ 8 hoc] hec *U* iam] omnia L^1 9 ọṣṭẹṇḍịṭ expressit F^1 ostendit V^2S^1 13 autem (*s. l. add. m. rec.*) *U* ergo L^1 15 latent FV^2 se hoc *VSd* 17 disseretis (*m. 1 ex* disceretis) *F*, V^2 dixit *F* 19 quod ea sit] ea quod sit L^1 quod sit ea *U* qui ea sit *F* sic quod ea F^1VS quia ea sit V^2 quo *V* 22 qua *om.* *V* 23 commendat *om.* *F* 24 absoluerint LUL^1FF^1VS 25 etiam *om.* *S* cum *om.* V^2 27 inueniat *F*

infantia usque ad senectam qui numquam peccauerit, sed quoniam a peccatis conuersus proprio labore et dei gratia possit esse sine peccato'. Abel quippe iustum non a peccatis conuersum in cetera uita dixit factum esse sine peccato, sed 'quod peccatum nullum umquam fecerit'. unde si ille ipsius liber est, profecto ex ipsa responsione emendandus est. nolo enim eum dicere modo fuisse mentitum, ne forte quid in libro illo scripserit se dicat oblitum. proinde cetera uideamus. ea quippe consequuntur in ecclesiasticis gestis, quibus adiuuante domino possumus ostendere etiam Pelagio, sicut nonnullis uidetur, in illa examinatione purgato et certe apud iudices dumtaxat homines absoluto hanc talem haeresim, quam et ulterius progredi et in peius proficere nolumus, sine dubio esse damnatam.

XI. 23. Haec enim sequuntur obiecta Pelagio, quae in doctrina Caelestii discipuli eius referuntur inuenta. 'Adam mortalem factum, qui siue peccaret siue non peccaret, moriturus esset. quoniam peccatum Adae ipsum solum laeserit et non genus humanum. quoniam lex sic mittit ad regnum quemadmodum euangelium. quoniam ante aduentum Christi fuerunt homines sine peccato. quoniam infantes nuper nati in illo statu sint, in quo Adam fuit ante praeuaricationem. quoniam neque per mortem uel praeuaricationem Adae omne genus hominum moriatur neque per resurrectionem Christi omne genus hominum resurgat'. haec ita obiecta sunt, ut etiam

16 cf. Op. imperf. I 68. VI 25 (XLV 1090. 1559 M.) 21 cf. Op. imperf. I 96 (ib. 1112)

3 iustũs *L* a *om. codd. V* 5 quod *om.* F^1 ullum *FVS* nunquam *S* ipse FV^2S^1 6 emendans FV^2 7 fuisse *om. F* quod *VSd* 9 consecuntur LFF^1 ecclesiastis *V* 10 ostendere et cetera .p. sicut L^1 Pelagium *V* Pelag. V^2 Pelagio V^1 11 purgat L^1 12 absolutos FV^2 et *om.* UL^1FF^1S 13 et in peius] in penis *F* profiteri LUL^1FF^1P *m. 2, VS* nolimus UL^1d 14 dampnatum FF^1 15 Cap. XI *LFU* Cap. X F^1 Cap. XII L^1P Cap. VIII *S* Hic F^1VS secuntur LFF^1 16 celestii UFF^1 17 sine *L* peccauerit *pr.* $LUL^1F^1V^2$ peccauerit *fin.* L^1 18 laeserit] lex erit *F* 22 sunt *Vd* fecit FS^1

apud Carthaginem a sanctitate tua et ab aliis tecum episcopis dicerentur audita atque damnata. ubi quidem, ut recolis, ipse non fui, sed postea, cum uenissem Carthaginem, eadem gesta recensui, ex quibus aliqua memini; sed nescio utrum eis haec omnia teneantur. quid autem interest, utrum aliqua ibi non sint forte commemorata et ideo nec damnata, cum constat esse damnanda? deinde obiecta sunt et alia quaedam capitula commemoratione mei nominis interposita, quae mihi de Sicilia missa fuerant, cum ibi fratres catholici huiusce modi quaestionibus turbarentur, quibus per librum ad Hilarium scriptum, qui ea mihi in epistola sua consulens miserat, satis sufficienter, ut mihi uidetur, respondi. ista sunt autem: posse hominem sine peccato, si uelit, esse. infantes, etsi non baptizentur, habere uitam aeternam. diuites baptizatos, nisi omnibus abrenuntient, si quid boni uisi fuerint facere, non reputari illis neque regnum dei posse eos habere.

24. Ad haec sibi obiecta, sicut gesta testantur, Pelagius ita respondit: 'posse quidem hominem sine peccato esse dictum est', inquit, 'superius; de eo autem, quod fuerint ante aduentum domini homines sine peccato, dicimus et nos quoniam ante aduentum Christi uixerunt quidam sancte et iuste secundum scripturarum sanctarum traditionem. reliqua uero et secundum ipsorum testimonium a me dicta non sunt, pro quibus ego satisfacere non debeo; sed tamen ad satisfactionem sanctae synodi anathematizo illos qui sic tenent aut aliquando tenu-

10 Ep. 157 (cf. XXXIII 674 M.)

1 cartaginem *LL*[1]*FF*[1] 3 cum ipse *S* non—Carthaginem] non fuissem cartagini *m. 1 F* cum fuissem cartagini *m. 2 F*, *V*[2] fui, sed] fuissem *LUL*[1]*F*[1]*VS* cartaginem *LUL*[1] in Carthaginem *V* 5 eius *VS* 6 inibi *FVd* cum *om.* *F*[1]*V* 7 constet *FV*[2] 9 huiusmodi *L*[1]*VSd* 10 ylarium *L* hylarium *L*[1] hylarum *F* yllarium *F*[1] 12 respondisse *LUL*[1]*FF*[1]*VS* 15 abrenuntietur *F* uisi] nisi *S* 17 hoc *L*[1] 18 de posse *d* 19 inquit *om.* *S* 21 quidem *m. 1 F* 22 tradictionem *LU* et *om.* *F* 23 pro] quod *F* 24 satisfare *U* 25 *fin.* tenuerant *VS*[1] tenuerint *S*

erunt'. post hanc eius responsionem synodus dixit: 'ad haec praedicta capitula sufficienter et recte satisfecit praesens Pelagius anathematizans ea quae non erant eius'. uidemus igitur et tenemus non solum a Pelagio uerum etiam a sanctis episcopis, qui illi iudicio praesidebant, mala perniciosissima huius modi haeresis esse damnata: Adam mortalem factum, quod ut plenius exponeretur quomodo dictum sit, additum est: qui siue peccaret siue non peccaret moriturus esset. quod peccatum eius ipsum solum laeserit et non genus humanum. quod lex sic mittat ad regnum, quemadmodum et euangelium. quod infantes nuper nati in illo statu sint, in quo Adam fuit ante praeuaricationem. quod neque per <mortem uel> praeuaricationem Adae omne genus hominum moriatur neque per resurrectionem Christi omne genus hominum resurgat. quod infantes, etsi non baptizentur, habeant uitam aeternam. quod diuites baptizati, nisi omnibus abrenuntient, si quid boni uisi fuerint facere, non illis reputetur neque regnum dei possint habere. haec certe omnia iudicio illo ecclesiastico anathematizante Pelagio et episcopis interloquentibus constat esse damnata.

25. His autem quaestionibus et istarum sententiarum contentiosissimis adsertionibus iam usquequaque feruentibus multorum fratrum perturbabatur infirmitas. unde coacti sumus sollicitudine caritatis, quam erga ecclesiam Christi per gratiam Christi habere nos conuenit, etiam ad beatae memoriae Marcellinum, qui eos cotidie disputatores molestissimos patiebatur et me per litteras consulebat, de quibusdam istarum quaestionibus scribere et maxime de baptismo paruulorum, de quo

1 haec praedicta] haecque dicta LUL^1FF^1 hae quae dicta *VS* 2 satisfacit FV^2 4 etiam et L^1 6 huius modi] huius UL^1FVS 8 quod] quoque FV^2; *sic etiam in uers. 10. 11. 12. 14. 15* 12 mortem uel *d: om. codd. VS* 15 habent FF^1S 16 abrenuerint *V* uisi] nisi V^2S^1 19 esset *m. 1* F^1 21 contentiosissima LUL^1F^1P *m. 1* contēptiosissima *F* et contentiosissima VS^1 23 fratrum] factum L^1 25 nos habere *VSd* ad] a *F*

etiam postea te iubente in basilica Maiorum gestans quoque in manibus epistolam gloriosissimi martyris Cypriani et de hac re uerba eius recitans atque pertractans, ut error iste nefarius de quorundam cordibus auferretur, quibus persuasa fuerant quae in his gestis uidemus damnata, adiutus orationibus tuis, quantum potui, laboraui. haec sunt, quae nonnullis fratribus quidam talia sentientes ita persuadere conabantur, ut de orientalibus comminarentur ecclesiis quod, nisi qui haec tenerent, earum possent iudicio condemnari. ecce quattuordecim antistites orientalis ecclesiae in ea terra, cui dominus praesentiam suae incarnationis exhibuit, Pelagium non absoluerent, nisi ea tamquam fidei catholicae aduersa damnaret. unde si propterea est iste absolutus, quod anathematizauerit talia, procul dubio illa damnata sunt, quod multo cumulatius atque clarius in consequentibus apparebit.

26. Vnde nunc duo illa uideamus, quae noluit anathematizare Pelagius, quia etiam sua esse cognouit, sed ut illud quod in eis offendebat auferret quomodo ea sentiret exposuit. 'posse quidem', inquit, 'hominem sine peccato esse dictum est superius'. dictum sane et nos meminimus, sed ideo mitigatum et a iudicibus approbatum, quod addita est dei gratia, quae in illis capitulis tacebatur. de hoc autem altero quemadmodum responderit diligentius intuendum est. 'de illo autem', inquit, 'quod fuerint ante aduentum domini homines sine peccato dicimus et nos quoniam ante aduentum Christi uixerunt quidam

1 Sermo 294 (XXXVIII 1335 M.)

1 in basilica *om. m. 1 L* Maiorini V^1S^1 2 cipriani L^1 ciprini *m. 1 F* 4 nepharius L^1F nefandus *U* auferetur *F* 5 fuerunt *FVS* 8 comminatur *m. 1* F^1 quod] quoque *m. 1 LF* nisi] si qui LUL^1FS ni V^1S^1 hoc FUL^1 9 eorum F^1VS posse LUL^1F ecce *om. S* 11 sui *F* carnis *FVSd* exibuit *LU* absoluerentur F^1V^2 15 sequentibus FV^2 16 uidemus *U* quem (?) LUL^1 uoluit L^1 17 qui *FVd* 18 offendebant *F* sentire *V* 19 quidem] in quid V^2 inquit S^1 *om.* F^1 inquit *om. VS* 20 dictum est *V* metuimus *U* 22 illis] nullis $LUL^1F^1V^2S^1$ altera *S* 25 uixerint *F*

sancte et iuste secundum sanctarum scripturarum traditionem'. non est ausus dicere: dicimus et nos quoniam ante aduentum Christi fuerunt homines sine peccato, cum hoc illi de Caelestii dictis fuisset obiectum — sensit enim quam esset periculosum et molestum — sed ait: 'dicimus et nos quoniam ante aduentum Christi uixerunt quidam sancte et iuste'. quis hoc negauerit? sed aliud est hoc et aliud fuisse sine peccato, quia et illi sancte iusteque uiuebant, qui ueraciter tamen dicebant: si dixerimus quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus et ueritas in nobis non est. et hodie multi iuste sancteque uiuunt nec tamen in oratione mentiuntur, cum dicunt: dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. hoc ergo iudicibus placuit, quemadmodum ipse <se> dicere asseuerauit Pelagius, non quemadmodum obiciebatur dixisse Caelestius. nunc ea quae restant pertractemus, ut possumus.

XII. 27. Obiectum est Pelagio, quod diceret 'ecclesiam hic esse sine macula et ruga'. unde etiam Donatistae diuturnum nobiscum habuerunt in nostra collatione conflictum; sed illos de permixtione malorum hominum tamquam palea cum frumentis propter areae similitudinem potius urgebamus. qua similitudine etiam istis respondere possumus, nisi ecclesiam in solis bonis uellent fortassis intellegi, quos nullum omnino asserunt habere peccatum, ut possit ecclesia hic esse sine macula et ruga. quod si ita est, eadem repeto quae paulo ante memoraui: quomodo sunt membra ecclesiae, de quibus

8 I Ioh. 1, 8 12 Matth. 6, 12

2 est *om.* FV 3 celestii LL¹F *m. 2* celesti *m. 1* F 7 qua S 9 dixsimus *m. 1* F 10 sancte iusteque *m. 1* F 14 ipse se *scripsi*: ipse *codd.* VS se S²d diceret *codd.* VS adseuerauerit F non quemadmodum *corr. m. 2 ex* nunquam aliquod F¹ 16 ut possumus *om.* S 17 Cap. XII LUFF¹ Cap. XIII L P Cap. IX *in mg.* U S est *in mg.* et F 18 etiam et F 20 permisstione S paleae d 21 soli-tudinem F potius similitudine *add. m. 2 in mg.* F 22 istos F possumus F 23 fortasse FVSd 24 asserere L¹

uerax clamat humilitas: si dixerimus, quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus et ueritas in nobis non est? uel quomodo id quod eam dominus docuit orabit ecclesia: dimitte nobis debita nostra, si in hoc saeculo est ecclesia sine macula et ruga? postremo ipsi de se ipsis interrogandi sunt, utrum necne fateantur aliqua se habere peccata. quod si negabunt, dicendum est eis, quod se ipsos decipiant et ueritas in eis non sit; si autem peccatum se habere fatebuntur, quid aliud quam de ruga sua uel macula fatebuntur? non sunt ergo isti ecclesiae membra, quia illa est sine macula et ruga, hi autem cum macula et ruga.

28. Sed ad hoc obiectum uigilanti circumspectione respondit, quam sine dubio catholici iudices approbauerunt. 'dictum est', inquit, 'a nobis, sed ita, quoniam lauacro ab omni macula et ruga purgatur ecclesia, quam uelit ita dominus permanere'. ad quod synodus dixit: 'hoc et nobis placet'. quis enim nostrum, negat omnium in baptismo peccata dimitti et omnes fideles sine macula et ruga de lauacro regenerationis adscendere? aut cui christiano catholico non placet, quod et domino placet idque futurum est, ut ecclesia permaneat sine macula et ruga, quandoquidem id nunc agitur dei misericordia et ueritate, ut ad illam perfectionem, ubi sine macula et ruga in aeternum mansura est, sancta ecclesia perducatur? sed inter lauacrum, ubi omnes praeteritae maculae rugaeque tolluntur, et regnum, ubi sine macula et ruga perpetuo manebit ecclesia, tempus hoc medium est orationis, ubi necesse est dicat: dimitte nobis debita nostra. propter hoc obiectum est eos dicere

1 I Ioh. 1, 8 4. 26 Matth. 6, 12

1 quia] quoniam LUL^1S *om.* F^1 3 eum UL^1FF^1VS 4 siçuţ *L* sicut *m. 1 F*, V^2 *om.* F^1 hoc *om. V* 6 uerum nec ne *S* 7 qui *m. 1 F* 8 se *om. m. 1 F* fatentur *S* 10 menbra FF^1 12 circuminspectione *LU* 14 sed] scilicet *VS* 18 et ruga *om. F* 21 quandoquidem—ruga *add. m. 2 in mg. L* quam quidem V^2 dei] de L^1 et Dei V^1 23 perducetur LUL^1F, *m. 1 P* perduceret F^1VS 24 ubi] nisi LL^1F^1 *m. 1* 26 orationi FV^1 27 est *om. S*

'hic esse ecclesiam sine macula et ruga', utrum per hanc sententiam auderent prohibere orationem, qua diebus et noctibus ueniam peccatorum iam baptizata sibi poscit ecclesia. de quo medio tempore inter remissionem peccatorum quae fit in lauacro et permansionem sine peccatis quae futura est in regno cum Pelagio nihil est actum, nihil ab episcopis pronuntiatum, sed tantum hoc, quod breuiter significandum putauit, non se ita dixisse, ut uidebatur obiectum. cum enim hoc ait: 'dictum est a nobis, sed ita', quid uoluit uideri nisi non ita, quemadmodum dixisse ab his qui obiecerant credebatur? quid tamen secuti sint iudices, ut sibi dicerent hoc placere, id est baptismum, quo abluitur a peccatis, et regnum, ubi permanebit sine peccatis sancta quae nunc mundatur ecclesia, satis, quantum existimo, apparet.

XIII. 29. Deinde obiecta sunt de libro Caelestii, quid in unoquoque capitulo contineat, magis secundum sensum quam secundum uerba. quae quidem ille latius exequitur, sed tunc subicere omnia qui libellum aduersus Pelagium dederunt se non potuisse dixerunt. ergo in primo capitulo libri Caelestii hoc scriptum esse posuerunt: 'quoniam plus facimus quam in lege et euangelio iussum est'. ad quod Pelagius respondit: 'hoc quasi nostrum posuerunt; dictum est uero a nobis secundum apostolum de uirginitate, de qua Paulus dicit: praeceptum domini non habeo'. synodus dixit: 'hoc et ecclesia recipit'. legi ego, quo sensu id Caelestius in libro suo posuerit, si

23 I Cor. 7, 25

1 esse *add. m. 2 F* 2 audere *m. 1 F* auderent ạụḍẹṛẹṇṭ F^{1} proibere *L* dibus *m. 1 F* 3 possit *m. 1 F* 4 quo] qua $LFF^{1}S$ 7 hoc *om. F* quod *om. m. 1 L* 8 enim *om.* $UL^{1}F^{1}VS$ 9 hoc *om.* FS^{1} ait *om. S* a nobis] uobis *codd. VS* noluit $LL^{1}F^{1}V^{2}$ 10 abiecerant L^{1} obiecerunt *V* 11 transecuti *m. 1 F* sunt *S* dicerent sibi $UF^{1}VSd$ id est *om.* L^{1} 12 a quo FV^{2} 15 Cap. XIII $LUFF^{1}$ Cap. X (*in mg.* 13) *S* Cap. XIIII $L^{1}P$ 17 exsequetur VS^{1} 18 quae *S* 19 capitulo libri *m. 2 ex* in libri alteri *F* 21 et euangeliū (*s. l. m. 2*) L^{1} iusum *F* ad quod *m. 2 ex* quid FV^{2} Pelagius] postea L^{1} post *m. 1* F^{1} 23 uerginitate *U* qua *add. m. 2* L^{1} 24 dei *V* dicit *V* 25 ego] eo *F* ei V^{2} si] non *S*

tamen eum suum esse non negat. dixit enim hoc, quo uidelicet persuaderet tantam nos habere per naturam liberi arbitrii non peccandi possibilitatem, ut plus etiam quam praeceptum est faciamus, quoniam perpetua seruatur a plerisque uirginitas, quae praecepta non est, cum ad non peccandum praecepta implere sufficiat. quod autem a Pelagio responsum est, ut approbarent iudices, non sic acceperunt, tamquam omnia legis et euangelii praecepta custodiant, qui uirginitatem, quae praecepta non est, insuper seruant, sed ad hoc tantum, quod plus est uirginitas quae non est praecepta quam coniugalis pudicitia quae praecepta est et custodire istam quam illam utique plus est, cum tamen neutrum eorum habeatur sine gratia dei, quandoquidem apostolus de hac re loquens ait: uolo autem omnes homines esse sicut me ipsum; sed unusquisque proprium donum habet a deo, alius sic, alius autem sic. et ipsi domino cum dixissent discipuli: si haec hominis est causa cum uxore, non expedit nubere, uel, quod latine melius dicitur, non expedit ducere, non, inquit, omnes capiunt uerbum hoc, sed quibus datum est. hoc ergo episcopi ecclesiam recipere pronuntiarunt, quod plus sit uirginitas perseuerans, quae praecepta non est, quam nuptiarum castitas, quae praecepta est. quo autem sensu illud Pelagius siue Caelestius dixerit, iudices nescierunt.

XIIII. 30. Hinc iam obiciuntur Pelagio alia Caelestii capitula

14 I Cor. 7, 7 16. 18 Matth. 19, 10. 11

1 non *om.* *S* 2 tm̄ *LFF*^{1} tantum *V* uos *U* habere* *F* 3 est *om. m. 1 F* 6 perficiat *m. 1 F* a *om.* *L*^{1} 8 euangelia *U* euangelium *m. 1 F* 9 insuper—non est *om. m. 1 F* hec *FF*^{1}*V* 10 uirginitatis *V* quam] que *LUL*^{1}*F*^{1}*F m. 1* 11 et *om.* *S* 12 neutrum (rum *corr. m. 2*) *F* habeatur (atur *corr. m. 2*) *F* 13 de hac re apostolus *F* 14 homines omnes *L*^{1} 15 habeo *U* 16 autem *om.* *L*^{1} ipso *V* 17 hoc *FV om. S* hominis *om.* *LUL*^{1}*FF*^{1}*V post* causa *legitur apud S* 20 pronuntiatur *L*^{1} 23 Pelagius *in spat. uacuo addid. m. 2 F* dixerunt *V*^{2}*S*^{1} 24 Cap. XIIII *LUFF*^{1} Cap. XV *L*^{1}*P* Cap. XI (*in mg.* 14) *S* iam] inde *U* pelagii *L*^{1} celesti *m. 1 F*

capitalia et sine dubitatione damnanda, quae nisi anathematizasset, cum his sine dubio damnaretur. in tertio capitulo scripsisse Caelestium: 'gratiam dei et adiutorium non ad singulos actus dari. sed in libero arbritrio esse uel in lege ac doctrina', et iterum: 'dei gratiam secundum merita nostra dari, quia si peccatoribus illam det, uidetur esse iniquus', et his uerbis intulisse: 'propterea et ipsa gratia in mea uoluntate posita est, siue dignus fuerim siue indignus. si enim per gratiam omnia facimus, quando uincimur a peccato, non nos uincimur, sed dei gratia, quae uoluit nos iuuare omni modo et non potuit'. et iterum ait: 'si gratia dei est, quando uincimus peccata, ergo ipse est in culpa, quando a peccato uincimur, quia omnino custodire nos aut non potuit aut noluit'. ad ista Pelagius respondit: 'haec utrum Caelestii sint, ipsi uiderint qui dicunt ea Caelestii esse; ego uero numquam sic tenui, sed anathematizo qui sic tenet'. synodus dixit: 'recipit te sancta synodus ita uerba reproba condemnantem'. de his certe omnibus et Pelagii eadem anathematizantis manifesta responsio est et episcoporum ista damnantium absolutissima iudicatio. utrum ea Pelagius an Caelestius an uterque an neuter illorum an alii siue cum ipsis siue sub nomine illorum senserint siue adhuc sentiant, sit dubium uel occultum, satis tamen hoc iudicio declaratum est esse damnata et Pelagium simul fuisse damnandum, nisi haec etiam ipse damnaret. nunc certe post hoc iudicium, quando contra huius modi sententias disputamus, aduersus damnatam haeresim disputamus.

5 cf. Op. imperf. I 133 II 166 (XLV 1133. 1212 M.), De bono perseuer. 16, 41 (ib. 1018), Contra duas ep. Pelag. I 4, 8. 19. 37 (XLIV 554. 567 M.), Contra Iulianum Pelag. III 21, 48 (ib. 727)

4 ac] et *F* 5 nostra *om.* L^1 7 intulisset $LUFF^1S$ 8 fierem FF^1SV 10 gratia dei UL^1F^1 uoluit *ex* noluit F^1 adiuuare *FVSd* oiode *L* omnimode L^1F^1 11 uicimus F^1V uiuamus *m. 1 F* 12 ipsa (a *ex* e) L^1P 13 *pr.* aut] autem *F* 14 utrum *ex* utique *F* celestii *om. m. 1* L^1 20 ea (*corr. m. 2* a) *F* pelagius *m. 2 ex* apostolus *F* 21 alii* *F* senserunt *FVS* 23 damnatum LFF^1VS damnatūs L^1 simul| similem LUL^1 24 hoc UL^1FVS hoc *ex* hii *F* 25 contra] cum *F*

31. Dicam etiam aliquid latius. superius metuebam, cum diceret Pelagius 'adiuuante gratia dei posse esse hominem sine peccato', ne forte eandem gratiam possibilitatem diceret esse naturae a deo conditae cum libero arbitrio, sicut in libro illo est, quem tamquam eius accepi, cui respondi, et eo modo nescientes iudices falleret. nunc uero cum anathematizat eos qui gratiam dei et adiutorium non ad singulos actus dicunt dari, sed in libero arbitrio esse uel in lege atque doctrina, satis euidenter apparet eam illum dicere gratiam, quae in Christi ecclesia praedicatur, quae subministratione sancti spiritus datur, ut ad nostros actus singulos adiuuemur. unde et oramus semper adiutorium oportunum, ne inferamur in temptationem. nec illud iam metuo, ne forte ubi dixit: 'non posse esse sine peccato, nisi qui scientiam legis habuerit', atque id ita exposuit, ut ad non peccandum in legis scientia poneret adiutorium, eandem legis scientiam dei gratiam uelit intellegi. ecce anathematizat qui hoc sentiunt, ecce nec naturam liberi arbitrii nec legem atque doctrinam uult intellegi gratiam, qua per actus singulos adiuuamur. quid ergo restat, nisi ut eam intellegat quam dicit apostolus subministratione spiritus sancti dari? de qua dicit dominus: nolite cogitare quomodo aut quid loquamini; dabitur enim uobis in illa hora quid loquamini; non enim uos estis qui loquimini, sed spiritus patris uestri qui loquitur in uobis. nec illud metuendum est, ne forte ubi ait 'omnes

1 cf. pag. 72, 18   5 cf. libr. de nat. et gratia   13 cf. pag. 52, 20   20 Phil. 1, 19   21 Matth. 10, 19. 20   25 cf. pag. 56, 9

1 latius (*in ras.*) *L* laetius FV^2d 3 ne *om.* *F*   5 illo *om.* *VS*   6 falleretur *m. 1 L*, $L^1F^1V^2$ cum *om.* *S* anathematizans *scribendum suspicans*   7 dicunt] debent L^1 8 sed] si L^1 libro *m. 1 F*   9 ea *F*   12 optunū *L* optimum L^1 13 iam *om.* *S*   ubi] nisi *m. 1* F^1, V^2 14 habuit L^1F^1VS 15 exposuerit L^1 legum $LL^1F^1V^2$ scientiam *VSd*   16 eadem FV^2 scientia FV^2 gratia *F*   17 hec F^1 19 ut *add. m. 2 L om. F*   20 intelligant *F*   subministrationem *LU*   21 dari *in mg. LF*   24 loquamini *V*   loquor *U*

uoluntate propria regi', idque exposuit 'ideo se dixisse propter liberum arbitrium, cui deus adiutor est eligenti bona', etiam hic per naturam liberi arbitrii et per doctrinam legis adiutorem dixerit. cum enim recte anathematizauerit eos qui dicunt gratiam dei et adiutorium non ad singulos actus dari, sed in libero arbitrio esse uel in lege ac doctrina, profecto dei gratia uel adiutorium ad singulos actus datur excepto libero arbitiio uel lege atque doctrina, ac per hoc per singulos actus a deo regimur, quando recte agimus, nec frustra orantes dicimus: itinera mea dirige secundum uerbum tuum, ne dominetur mihi omnis iniqitas.

32. Sed quod ista sequitur, me rursus sollicitat. cum enim de quinto capitulo libri Caelestii huic fuisset obiectum, quod affirment unumquemque hominem omnes uirtutes posse habere et gratias et auferant diuersitatem gratiarum, quam apostolus docet, Pelagius respondit: 'dictum est a nobis, sed maligne et imperite reprehenderunt. non enim auferimus gratiarum diuersitatem, sed dicimus donare deum ei qui fuerit dignus accipere omnes gratias, sicut Paulo apostolo donauit'. ad hoc synodus dixit: 'consequenter et ecclesiastico sensu et ipse sensisti de dono gratiarum, quae in sancto apostolo continentur'. hic dicet aliquis: quid ergo sollicitat? an tu negabis omnes uirtutes et gratias fuisse in apostolo? ego uero, si illae accipiuntur omnes, quas uno quodam ipse apostolus commemorauit loco, quas et episcopos intellexisse arbitror, ut hoc approbarent et pronuntiarent sensu ecclesiastico dictum, non eas dubito habuisse apostolus Paulum. ait enim: et quosdam quidem posuit

10 Ps. 118, 133 27 I Cor. 12, 28

1 propria uoluntate L^1 2 dei L^1 3 adiutorium *U* 4 dixit FF^1VS 5 ad *om. m. 1* L^1 8 uel] et *S* ac] ne *F* 11 ut ne *F* mihi] in me *S* 12 ita LUL^1FF^1VS sequitur] semper *U* rursum FF^1VSd 13 fuisse *V* 15 aplis (s *s. l.*) *F* 17 auferrimus *F* gratiam *m. 1 F* 18 ea *S* 22 negabas *S* 23 e*go *F* accipiantur *d* 25 hec L^1F^1S et pronuntiarent *om. U* 26 ecclesiastico] occulto *U* eos LUL^1F^1P *m. 1,* V^2S^1

deus in ecclesia, primo apostolos, secundo prophetas, tertio doctores, deinde uirtutes, deinde donationes sanitatum, adiutoria, gubernationes, genera linguarum. quid ergo? dicemus quod haec omnia non habuerit apostolus Paulus? quis hoc audeat dicere? nam eo ipso quod apostolus erat habebat utique apostolatum. sed habebat et prophetiam. an non prophetia eius est: spiritus enim manifeste dicit, quia in nouissimis temporibus recedent quidam a fide intendentes spiritibus seductoribus, doctrinis daemoniorum et cetera? erat et doctor gentium in fide et ueritate et operabatur uirtutes et sanitates; nam mordentem uiperam manu excussit illaesa et paralyticus ad uerbum eius restituta continuo salute surrexit. adiutoria quae dicat obscurum est, quoniam uis huius uerbi late patet. quis tamen huic et istam gratiam defuisse dicat, per cuius laborem salutem hominum sic constat adiutam? quid uero eius gubernatione praeclarius, quando et per eum dominus tunc tot ecclesias gubernauit et per eius epistolas nunc gubernat? iam genera linguarum quae illi deesse potuerunt, cum ipse dicat: gratias deo quod omnium uestrum lingua loquor? quia ergo istorum omnium nihil apostolo Paulo defuisse credendum est, propterea responsionem Pelagii omnes gratias ei donatas esse dicentis iudices approbauerunt. sed sunt et aliae gratiae, quae hic commemoratae non sunt. neque enim, quamuis esset apostolus Paulus multum excellens membrum Christi corporis, nullas plures et ampliores

7 I Tim. 4, 1 10 I Tim. 2, 7 11 cf. Act. 28, 3 12 cf. Act. 14, 10 19 I Cor. 14, 18 25 cf. I Cor. 6, 15

1 ecclesiam *S* 2 deinde *alt. om. F* dominationes *L*[1] donationes (*in mg. m. 2* al dominationes) *F*[1] 4 habuit *VS* 5 audet *V* 6 habebatque *pr. V* 7 prophetia (etia *in spat. uac. add. m. 2*) *F* 9 intendentibus *m. 1 F* 10 et cetera *om. VSd* erat] ipse erat *d* pe (*pro* ipse) erat *V* praeterea erat *SV*[1] 11 mortem *L*[1]*F m. 1* 13 obscurum *om. m. 1 F*[1] 14 uerbi] ut ibi *V* latet *L* huic *in spat. uac. m. 2 add. F* 16 ad uitam *L*[1]*F* ad gubernationem *F* praeclarius est *S* 20 linguas *LL*[1] linguas *S* 21 Paulo *om. S* 22 datas *m. 1 L* dicentes *F* 25 corporis xpi *L*[1]*FF*[1]*VSd* hillas *in* nullas *m. 2 F*

gratias accepit ipsum totius corporis caput, siue in carne siue in anima hominis, quam creaturam suam uerbum dei in unitatem personae suae, ut nostrum caput esset et corpus eius essemus, assumpsit. et re uera si esse possent in singulis omnia, frustra de membris corporis nostri ad hanc rem data similitudo uideretur. sunt enim quaedam communia omnibus membris, sicut sanitas, sicut uita; sunt autem alia etiam singulis propria, unde nec auris sentit colores nec oculus uoces. propter quod dicitur: si totum corpus oculus, ubi auditus? si totum auditus, ubi odoratus? quod quidem non ita dicitur, tamquam impossibile deo sit et auribus praestare sensum uidendi et oculis audiendi. quid tamen faciat in Christi corpore, quod est ecclesia, et quam diuersitatem ecclesiarum uelut per membra diuersa ut essent dona etiam singulis propria, significauerit apostolus certum est. quapropter et qua causa hi qui illud obiecerunt auferri noluerint distantiam gratiarum et qua causa episcopi propter Paulum apostolum, in quo dona omnia, quae loco uno commemorauit, agnoscimus, id quod respondit Pelagius potuerint approbare iam clarum est.

33. Quid est ergo, unde me de hoc capitulo sollicitum factum esse praedixi? hoc uidelicet, quod ait Pelagius 'donare deum ei, qui fuerit dignus accipere, omnes gratias, sicut Paulo apostolo donauit'. nihil essem de hac eius responsione sollicitus, nisi quod attinet ad hanc causam, cuius maxime cura gerenda est, ne scilicet gratia dei nobis tacentibus et tantum malum dissimulantibus obpugnetur. cum ergo non ait donare deum cui uoluerit, sed ait 'donare deum ei, qui fuerit dignus accipere, omnes gratias', non potui, cum legerem,

9 I Cor. 12, 17   12 cf. Col. 1, 18

1 quam ipsum *susp.* *S*   2 unitate *VS*   3 ut] et *S*   4 si *om.* *S*   7 etiam] et *F*[1]*V*[2]   8 oculos *m. 1* *F*   9 *pr.* si* *F*   11 īpole (le *s. l. m. 2*) *L*   et *fin. om.* *S*   15 apostolus *in mg.* *L*   incertum *S*   quae *LL*[1]*FF*[1]   16 noluerunt *codd.* *VS*   19 potuerunt *FF*[1]*VS*   22 ei qui] eq̧ *F* ei qḑ *F*[1]   23 ratiōe *U*   24 nisi *in mg.* *L* *om.* *F*   25 gerendi *F*   scilicet] .s. (*s. l.*) *L* *om.* *UF*   28 ał potuit *S*[1]   legere *F*

non esse suspiciosus. ipsum quippe gratiae nomen et eius nominis intellectus aufertur, si non gratis datur sed eam qui dignus est accipit. an forte quis dicet apostolo me facere iniuriam, quia eum gratia dignum fuisse non dico? immo tunc facio et illi iniuriam et mihi poenam, si quod dicit ipse non credo. an ille gratiam non ita definiuit, ut eam sic gratis appellatam quod daretur ostenderet? nempe ipse dixit: si autem gratia, iam non ex operibus, alioquin gratia iam non est gratia. unde item dicit: ei autem qui operatur merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum. quisquis ergo dignus est, debitum est ei. si autem debitum est, gratia non est; gratia quippe donatur, debitum redditur. gratia ergo donatur indignis, ut reddatur debitum dignis; ipse autem facit, ut habeant quaecumque redditurus est dignis qui ea quae non habebant donauit indignis.

34. Hic forte dicet: ego non ex operibus, sed ex fide dixi apostolum dignum fuisse, cui tantae illae gratiae donarentur; non enim opera, quae bona ante non habuit, sed tamen fides eius hoc meruit. quid enim? putamus quod fides non operetur? immo ipsa ueraciter operatur, quae per dilectionem operatur. quantumlibet autem opera infidelium praedicentur, eiusdem apostoli sententiam ueram nouimus et inuictam: omne quod non est ex fide, peccatum est. ideo uero saepe dicit non ex operibus, sed ex fide nobis iustitiam deputari cum potius fides per dilectionem operetur, ne quisquam

7 Rom. 11, 6 9 Rom. 4, 4 21. 26 Gal. 5, 6 24 Rom. 14, 23

1 suspectus (*in mg. m. 2* suspiciosus) *L* suspectus (*s. l.* .i. suspiciosus) *L*¹ suspectus *UFF*¹*VS* 2 eum *L*¹ 3 accipere *U* dicit *L*¹ 4 quia— iniuriam *om. F* gratiam *U* inmo *L* 5 qui *F* ipse dicit *VSd* 6 an] ante *FV*² diffiniuit *LUL*¹*F*¹ ut eam sic quod daretur gratis appellatam ostenderet *d* 7 quo *UL*¹*FF*¹*VS* ostenderetur *FV*² 8 autem] ante *L*¹ 9 ita *S* dixit *VSd* 15 qui] qua *F* 17 Hič *L* hinc *UL*¹ hoc *FF*¹*VSd* 19 nō *alt. add. m 2 L*¹ 20 operaretur *S* 25 saepe] ipse *S*

existimet ad ipsam fidem meritis operum peruenire, cum ipsa sit initium, unde bona opera incipiant, quoniam, ut dictum est, quod ex ipsa non est, peccatum est. hinc et ecclesiae dicitur in Cantico canticorum: uenies et transies ab initio fidei. quapropter quamuis bene operandi gratiam fides impetret, ipsam certe fidem ut haberemus, nulla fide meruimus, sed in ea nobis danda, in qua dominum sequeremur, misericordia eius praeuenit nos. an ipsam nobis nos dedimus et ipsi nos ipsos fideles fecimus? prorsus etiam hic clamabo: ipse fecit nos et non ipsi nos, nisi uero aliud apostolica doctrina commendat, ubi ait: dico autem per gratiam dei, quae data est mihi, omnibus qui sunt in uobis, non plus sapere, quam oportet sapere, sed sapere ad temperantiam, sicut unicuique deus partitus est mensuram fidei. hinc est quippe et illud: quid enim habes quod non accepisti? quando et hoc accepimus, unde et incipit quicquid in nostris actibus habemus boni.

35. Quid est ergo quod idem dicit apostolus: bonum certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui; de cetero superest mihi corona iustitiae, quam reddet mihi dominus in illo die, iustus iudex, si haec non redduntur dignis, sed donantur indignis? hoc qui dicit, parum considerat coronam reddi non potuisse digno, nisi gratia donata esset indigno. ait enim: bonum certamen certaui; sed idem ipse ait: gratias deo, qui dedit nobis uictoriam per

4 Cant. 4, 8 7 cf. Ps. 58, 11 9 Ps. 99. 3 11 Rom. 12, 3 15 I Cor. 4, 7 18 II Tim. 4, 7. 8 25 I Cor. 15, 57

2 incipiunt *Vd* 3 quod—non est *om. S* huic *F*[1]*V*[2] hoc *F* 4 ueniens *FV*[2]*S*[1] transiens *L* transiens *FV*[2]*S*[1] 5 *init.* fides *F* fide *V*[2] 6 habemus *UL*[1]*FF*[1]*S*[1]*V* 7 sequemur *V* 8 praeueniet *FF*[1]*P* prouenit *V* 10 nisi] nihil *FF*[1] *m. 1, VSd* apostoli ea *L*[1]*FF*[1]*V* apostoli illa *S* 12 qui] que *F* 14 pertitus *F* 15 huic *L*[1] quid] quod *m. 1 F*[1] 16 hic *UFV* id. *V*[1] *alt.* et *om. F*[1]*VSd* 19 consumaui *LUL*[1]*F*[1] 20 quem *L*[1] 21 si] an *S* 23 reddere (*in mg.* i) *L, UF*[1]*VS* reddirę (i *ex* e) *L*[1] data *F*[1]*VSd* 25 ipse *om. F*

dominum nostrum Iesum Christum. ait: cursum consummaui; sed ipse idem ait: non uolentis neque currentis, sed miserentis est dei. ait: fidem seruaui; sed idem ipse ait: scio enim cui credidi et certus sum quia potens est depositum meum seruare in illum diem, id est commendatum meum; nam codices nonnulli non habent 'depositum', sed quod est planius 'commendatum'. quid autem commendamus deo, nisi quae oramus ut seruet. in quibus et ipsa est fides nostra? nam quid aliud apostolo Petro dominus commendauit orando, unde illi ait: ego rogaui pro te, Petre, ne deficiat fides tua, nisi ut eius deus seruet fidem, ne temptationi cedendo deficeret? quocirca, o beate Paule, magne gratiae praedicator, dicam nec timeam — quis enim mihi minime succensebit ista dicenti quam tu, qui ea dicenda dixisti et docenda docuisti? — dicam, inquam, nec timeam: redditur quidem meritis tuis corona sua, sed dei dona sunt merita tua.

36. Redditur ergo debitum praemium apostolo digno, sed ipsum apostolatum indebitum gratia donauit indigno. an hoc me dixisse paenitebit? absit; eius enim testimonio ab hac inuidia defensabor nec me quisquam uocabit audacem, nisi qui fuerit ausus ipsum uocare mendacem. ipse clamat, ipse testatur, ipse, ut in se dei dona commendet nec in se ipso, sed in domino glorietur, non solum nulla se habuisse dicit

2 Rom. 9, 16 4 II Tim. 1, 12 10 Luc. 22, 32 24 cf. I Cor. 1, 31

1 consumaui UL^1F 2 idem ipse *F* 3 ipse idem *VSd* 5 in eum LUL^1F^1 6 non *om. V* 7 sed] si *U* quod] qui *F* 8 qui LUL^1FF^1 quod V^1S 9 ipsi *V* ipsis V^1S^1 11 seruaret *d* 12 temtationi L^1 deficeretur *m. 1* F^1 o beate] obē *m. 1 L* obeτe (τe *s. l. m. 2*) *L* obendiente L^1 13 magnae *VS om.* L^1 ne *U* neque *S* 14 minus V^1d succensebit** *F* qui *ex* que F^1 ea *om. S* 15 unquam *U, m. 1* F^1, *om. F* neque *S* 19 apl'm *L* apostolum UL^1VSP *m. 1* aplm̄ FF^1; meritis *uel* apostolo *susp. S* in debitum *V* gratiae *V* 21 defensabor *m. 2 ex* responsabor *F* neque *S* 23 neque *S* non V^1 24 gloriatur *codd. VS*

merita bona, ut apostolus fieret, sed etiam mala merita sua dicit, ut dei gratiam manifestet et praedicet. non sum, inquit, idoneus uocari apostolus. quod quid est aliud quam: non sum dignus? nam hoc plerique latini codices habent. hoc est nempe quod quaerimus, nempe isto munere apostolatus illae omnes gratiae continentur. non enim decebat aut oportebat apostolum non habere prophetiam aut non esse doctorem aut non clarescere uirtutibus donationibusque sanitatum aut adiutoria non praebere aut ecclesias non gubernare aut linguarum generibus non excellere: omnia haec unum nomen apostolatus amplectitur. ipsum igitur consulamus, ipsum potius audiamus; dicamus ei: sancte Paule apostole, Pelagius monachus dignum te dicit fuisse, qui acciperes omnes gratias apostolatus tui; tu ipse quid dicis? non sum, inquit, dignus uocari apostolus. itane, ut honorem deferam Paulo, Pelagio magis de Paulo credere audebo quam Paulo? non faciam; me namque potius onerabo quam illum honorabo, si fecero. audiamus etiam, cur non sit dignus uocari apostolus: quia persecutus sum, inquit, ecclesiam dei. si sensum sequeremur, quis non istum a Christo damnandum censeret potius quam uocandum? quis ita diligat praedicatorem, ut non detestetur persecutorem? optime ergo ipse atque ueraciter, non sum, inquit, dignus uocari apostolus, quia persecutus sum ecclesiam dei. faciens igitur tantum mali unde meruisti tantum boni? audiant

2. 14. 18 I Cor. 15, 9

1 fuerit (*in mg.* fieret) *L* 3 quid] quidem *U* quam] quod *FV*[2] 4 plurimique *L*[1] codices latini *VS* 6 dicebat *m. 1 F, V*[2]*S*[1] 8 claresceret *F* ad uictoriam *F* 9 ecclesias] oculos *F* 10 hic *U* hoc *L*[1] apostolatus (osto *in ras.*) *F*[1] appellatus *F* 12 sancte *in ras. m. 2 F* paule *s. l. m. 2 F* apostole *om. U* te dignum *F* 13 fuisse dicit *F* 15 deferam honorem *FVSd* 17 honerabo *LF*[1] *m. 1* illud *m. 1 F* 18 cur] cui *V* 19 sequeremus *m. 1 F* quis—quis ita *add. m. 2 F* 20 istam *LUF*[1]*P m. 1, VS* dāpnatū (tā ?) *L* dampnandum *F*[1] damnandam *m. 1 PV* censeretur *F*[1]*PV om. L*[1] sed potius *L*[1] quam *om. LUL*[1]*FF*[1]*VP m. 1* 21 non *om. U* 23 sū *add. m. 2 L*[1] 24 bonum *F*

respondentem omnes gentes: sed gratia dei sum id quod sum. numquid aliter est gratia commendata, nisi quia est indigno data? et gratia eius, inquit, in me uacua non fuit. hoc et aliis praecipit, ut etiam arbitrium uoluntatis ostendat, ubi ait: praecipientes autem et rogamus, ne in uacuum gratiam dei suscipiatis. unde autem probat quod gratia eius in eo uacua non fuit nisi ex eo quod sequitur: sed plus omnibus illis laboraui? proinde gratiam non laborauit ut acciperet, sed accepit, ut laboraret; atque ita unde ad accipienda debita praemia fieret dignus, gratiam gratis accepit indignus. nec ipsum sane laborem sibi ausus est arrogare. cum enim dixisset: plus omnibus illis laboraui, continuo subiecit: non ego, sed gratia dei mecum. o magnum gratiae praeceptorem, confessorem, praedicatorem! quid est hoc: plus laboraui. non ego? ubi sese extulit aliquantum uoluntas, ibi continuo uigilauit pietas et tremuit humilitas, quia se agnouit infirmitas.

37. Merito, quod gesta indicant, etiam hoc usus est testimonio sanctus Iohannes Ierosolymitanae antistes ecclesiae, sicut interrogatus quae apud illum ante iudicium gesta fuerint coepiscopis nostris, qui simul in illo iudicio praesidebant, ipse narrauit. ait enim tunc quibusdam susurrantibus et dicentibus, quod 'sine dei gratia' diceret Pelagius 'posse hoc perfici', id est, quod superius dixerat, 'esse posse hominem sine pec-

1. 3 I Cor. 15, 10 5 II Cor. 6, 1 8. 12. 13. 15 I Cor. 15, 10 19 cf. Orosii Apolog. 3, 6. 4, 1 sqq. (CSEL V 607 sqq.)

2 nunquid *FF*^{1} 3 eius] enim *F*^{1} 4 et] etiam *F*^{1}*SV* et ut *L* 5 rogauius *F* 7 fuerit *L*^{1} 8 illi *S* proinde gratiam (*exp. m. 2*) non laborauit ut gratiam (gratiam *m. 2 add.*) acciperet *F* proinde non gratiam laborauit ut acciperet gratiam *L*^{1} proinde non gratiam laborauit ut acciperet *U* proinde non laborauit ut gratiam acciperet *F*^{1}*VSd* 12 laboraui illis *UF* 15 ubi] nisi *L*^{1}*F*^{1} 16 aliquando *L*^{1} uigilauerit *F* 18 Cap. XII *S* 19 ihcrosolomitane *F* hierosolimitane *L*^{1} ierosolimitane *LU* ierosolitane *F*^{1} 20 quae *om. S* fiunt *F* 23 gratia dei *S* diceretur *LUF*^{1} dicetur *F* hoc] hominem *d* 24 id est] idem *VS*^{1} supra *F*

cato: culpans', inquit, 'super hoc et intuli, quia et apostolus Paulus multum laborans, sed non secundum suam uirtutem, sed secundum gratiam dei dixit: amplius omnibus illis laboraui. non ego autem, sed gratia dei mecum, et iterum: non est uolentis neque currentis sed miserentis dei, et illud: nisi dominus aedificauerit domum, in uanum laborauerunt qui aedificant eam et alia multa similia diximus', inquit, 'de scripturis sanctis'. illis autem non suscipientibus quae dicebantur a nobis de sanctis scripturis, sed adhuc susurrantibus dixit Pelagius: 'et ego sic credo: anathema sit qui dicit absque adiutorio dei posse hominem ad profectum omnium uenire uirtutum'.

XV. 38. Haec narrauit episcopus Iohannes audiente Pelagio, qui utique posset honorifice dicere: fallitur sanctitas tua, non bene meministi, non dixi ad ista testimonia, quae de scripturis commemorasti 'ego sic credo', quoniam non ea sic intellego, quod gratia dei sic laboret cum homine, ut quod non peccat, non uolentis neque currentis, sed miserentis sit dei.

XVI. 39. Sunt enim quaedam expositiones epistolae Pauli, quae scribitur ad Romanos, quae ipsius Pelagii esse dicuntur, ubi hoc, quod scriptum est: non uolentis neque currentis, sed miserentis est dei, 'non ex persona Pauli' asserit 'dictum, sed eum uoce interrogantis et redarguentis usum fuisse, cum hoc diceret, tamquam hoc dici utique non deberet'. non ergo, cum episcopus Iohannes plane istam sententiam esse apostoli agnouit eamque ideo commemorauit, ne Pelagius sine dei

3 I Cor. 15, 10 5. 18. 21 Rom. 9, 16 6 Ps. 126, 1 19 cf. Mercatoris Common. adu. haer. Pel. et Cael. 2 (XLVIII 111 M.)

1 culpam *UL¹FF¹VS* hoc *in spat. uac. add. m. 2 F* et] etiam *F¹F m. 2, VSd* 2 suam *add. m. 2 L¹* 3 illius omnibus *S* 5 nolentis *F¹* 6 hedificauerit *U* 10 si *F* 11 abque *U* 12 perfectum *U* 13 Cap. XVI *L¹P* Cap. 15 *in mg. S* Haec] Et *F* 14 utique *om. VS* senitas *m. 1 F* serenitas *m. 2 F* 18 neque] non *L¹* sit *om. LUL¹FF¹V* 19 Cap. XVII *L¹P* Cap. 16 *in mg. S* quedam (e *ex* i) *L¹* 20 scribit *V* 24 diceret] dre̅t *LU* 25 esse *om. FVS* 26 cognouit *VS*

gratia non peccare quemquam putaret, et dixit respondisse Pelagium: 'et ego sic credo', neque cum hoc praesens audiret, respondit: non sic credo. oportet ut illam expositionem peruersam, ubi hoc non sensisse apostolum, sed potius redarguisse intellegi uoluit, aut suam neget aut corrigere atque emendare non dubitet. nam quicquid dixit episcopus Iohannes de absentibus fratribus nostris siue coepiscopis Herote scilicet ac Lazaro siue de presbytero Orosio siue de aliis, quorum ibi non sunt nomina expressa, credo quod intellegat ad eorum praeiudicium non ualere. si enim praesentes essent, possent eum fortasse, absit ut dicam, conuincere de mendacio, sed forte commemorare, quid forte fuisset oblitus aut in quo eum fefellerit latinus interpres, etsi non studio mentiendi, certe alienae linguae minus intellectae nonnulla difficultate, praesertim quia non [in] gestis agebatur, quae improbi ne mentiantur, boni autem ne aliquid obliuiscantur utiliter instituta sunt. si quis autem memoratis fratribus nostris ex hoc aliquid quaestionis intulerit eosque ad iudicium episcopale uocauerit, sibi, ut poterunt, aderunt: nobis hic laborare quid opus est, quando ne ipsi quidem iudices post coepiscopi nostri narrationem aliquid inde pronuntiare uoluerunt?

XVII. 40. Cum ergo Pelagius praesens ad illa testimonia scripturarum dixisse se ita credere tacitus agnouerit, quomodo illud apostoli testimonium paulo superius recolens et inueniens eum dixisse: non sum dignus uocari apostolus, quia persecutus sum ecclesiam dei, sed gratia

8 cf. Orosii Apologet. 6, 1 (CSEL V 610, 2 sqq.) 25 I Cor. 15, 9. 10

1 non] nec F^{1} 2 ego sic] eius sicut *U* neque—credo *in mg. m. 2 F* 4 sensisse] fuisse $FV^{2}S^{1}$ 5 aut] ut *VS* negat FV^{2} 7 herote saƚ *F* Herotesal *V* scilicet *om. VSd* 9 sint F^{1} 10 posset F^{1} 12 obitus *m. 1 F* aut] atque *U* eum in quo *F* 13 etsi non] et sine $LUL^{1}FFV$ 15 in *suadent. Ben. inclusi; cf. 55* gestis agens agitatur *V; S coni:* haec in gestis agebantur 18 nouerit *F* reuocauerit *S* 19 potuerunt *FV* adder̃ LF^{1} adderunt *U* addere L^{1} hoc *F om. V* quid laborare *F* 22 Cap. XVIII $L^{1}P$ Capitulum F^{1} *Cap. num. om. S* ergo *om. V* 23 dixisset *V* tactus *F* quomodo] quo minus *VS*

dei sum id quod sum, non uidit non se dicere debuisse. cum ageretur de abundantia gratiarum, quas idem accepit apostolus, dignum fuisse qui acciperet, cum ipse se non solum dixerit, sed et aliam causam reddens probarit indignum et eo ipso gratiam uere gratiam commendauerit? sed si forte illud iam dudum a sancto Iohanne narratum cogitare uel meminisse non potuit, recentissimam suam responsionem respiceret et quae paulo ante de Caelestio sibi obiecta anathematizauerit aduerteret. nempe enim inter illa est, quod obiectum est dixisse Caelestium 'dei gratiam secundum merita nostra dari'. si ergo ueraciter hoc Pelagius anathematizauit, quid est quod dicit gratias omnes apostolo secundum meritum datas? an aliud est dignum esse accipere, aliud secundum meritum accipere? et potest aliqua subtilitate disputationis ostendere dignum esse aliquem, sed non mereri? uerumtamen Caelestius uel quis alius, cuius omnes superiores anathematizauit sententias, nec de hoc uerbo eum nebulas obtendere atque in eis latere permittit. urget enim et dicit: 'et ipsa gratia in mea uoluntate est posita, siue dignus fuerim siue indignus'. si ergo recte hoc a Pelagio ueraciterque damnatum est, ubi dicitur 'dei gratiam secundum merita et dignis dari', quo corde cogitauit quoue ore protulit quod ait: 'dicimus donare deum ei qui fuerit dignus accipere omnes gratias'? quis non ista si diligenter aduerterit, fiat de illius responsione uel defensione sollicitus?

41. Cur ergo, ait aliquis, hoc iudices approbarunt? fateor. ideo iam ipse ambigo; sed nimirum aut breue dictum eorum audientiam et intentionem facile subterfugit aut aliquo modo

1 ịḍ *L om. U* 2 habundantia *LUL*^{1}*FF*^{1} 3 aplm̃ *FS*^{1} 4 probaret *m. 1 F, V* et et *F* 5 uere] nē *F*^{1} 9 enim *codd. VS:* etiam *d* inter] in terra *V* inter illa *V*^{1} 12 apostolum *LFV* apostolus *L*^{1} merita *US* 13 *alt.* aliud—accipere *in mg. m. 2 F*^{1} 17 ostendere *S* 19 posita est *FVSd* fierem *LUL*^{1}*FF*^{1} 20 hoc *om. m. 1 L*^{1} 22 hore *F* quod] et *U* quid *V* 26 approbauerint *F* approbauerunt *VSd* 28 audientieam *m. 1 F*

id recte posse accipi existimantes, cuius de hac re confessiones liquidas sibi habere uidebantur, paene de uno uerbo nihil ei controuersiae mouendum putarunt. quod et nobis forsitan contigisset, si cum eis in illo iudicio sedissemus. si enim pro eo, quod positum est 'dignus', positum esset 'praedestinatus' uel aliquid eius modi, nihil certe scrupuli tangeret atque angeret animum. et tamen si dicatur eum qui per electionem gratiae iustificatur nullis quidem praecedentibus meritis bonis, sed destinatione dignum uocari, sicut electus uocatur, utrum uel certe uel minima offensione intellegentiae dici possit, difficile iudicatur. nam quantum ad me attinet, ab hoc uerbo facile transirem, nisi me liber ille, cui respondi, ubi omnino nullam dicit dei gratiam nisi naturam nostram cum libero arbitrio, gratiam creaturam, de ipsius Pelagii sensu sollicitum redderet, ne forte hoc uerbum non de neglegentia locutionis, sed de diligentia dogmatis curarit inserere. iam ea quae restant nouissima ita iudices commouerunt, ut ante responsionem Pelagii damnanda censerent.

XVIII. 42. Nam in sexto capitulo Caelestii libri positum obiectum est 'filios dei non posse uocari, nisi omni modo absque peccato fuerint effecti', unde secundum ipsum dictum est neque apostolum Paulum esse filium dei, qui dixit: non quod iam acceperim aut quod iam perfectus sim; in septimo capitulo 'obliuionem et ignorantiam non subiacere peccato, quoniam non secundum uoluntatem eueniunt, sed secundum necessitatem', cum Dauid dicat: delicta iuuen-

22 Phil. 3, 12 26 Ps. 24, 7

3 controuersiam euomendum $LL^1FF^1VS^1P$ *m. 1* controuersiae euomendum *U* controuersiam commouendam *S* 4 si *fin.*] sic *U* 5 praedistinatus *V* 6 aliquid uel eiusmodi LUL^1F^1 aliquid huiusmodi *Vd* 9 uocari *alt.* L^1 11 indacatur F^1V ab] ad *F* 12 libri* *F* respondit *S* 14 gratiam creaturam *om.* *S* sensum LUL^1V sensu* *F* 15 uerbo *FV* 16 inserere] miscere *S* 18 censere LUL^1FF^1 censeri *V* 19 Cap. XVIIII L^1P Cap. XIII *S* Capitulum FF^1 23 profectus *V* 24 capitulo *om.* *V* 25 uoluntatem *om.* *V*

tutis meae ne memineris et ignorantiae meae et cum in lege sacrificia pro ignorantia sicut pro peccato offeruntur; in decimo capitulo 'non esse liberum arbitrium, si dei indigeat auxilio, quoniam in propria uoluntate habet unusquisque aut facere aliquid aut non facere'; in duodecimo capitulo 'uictoriam nostram non ex dei esse adiutorio, sed ex libero arbitrio', quod inferre dictus est his uerbis: 'nostra est uictoria, quoniam propria uoluntate arma suscepimus, sicut ex contrario nostrum est quando uincimur, quoniam armari propria uoluntate contempsimus', et de apostolo Petro posuit testimonium 'diuinae nos esse consortes naturae', et syllogismum facere dicitur: 'quoniam si anima non potest esse sine peccato, ergo et deus subiacet peccato, cuius pars, hoc est anima, peccato obnoxia est'. in tertio decimo capitulo dicit: 'quoniam paenitentibus uenia non datur secundum gratiam et misericordiam dei, sed secundum meritum et laborem eorum, qui per paenitentiam digni fuerint misericordia'.

XVIIII. 43. His recitatis synodus dixit: 'quid ad haec quae lecta sunt capitula dicit praesens Pelagius monachus? hoc enim reprobat sancta synodus et sancta dei catholica ecclesia'. Pelagius respondit: 'iterum dico quia haec et secundum ipsorum testimonium non sunt mea. pro quibus, ut dixi, satisfactionem non debeo. quae uero mea esse confessus sum, haec recte esse affirmo; quae autem dixi non esse mea, secundum iudicium sanctae ecclesiae reprobo anathema dicens omni contrauenienti et contradicenti sanctae catholicae ecclesiae

2 cf. Leu. 4. 2. 3 (13. 14. 22. 23. 27. 28) 10 II Petr. 1, 4

1 meae *om.* *V* 2 offerantur V^1d 3 nisi FV^2 4 aut] autem *UF* 7 inferius *S* dictum *FVS* difficile L^1 est *fin.* *om.* *S* 8 ex propria F^1V^2 suscipimus LL^1F e *FVSd* uestrum *m. 1 F* 11 silogismum LUL^1F^1 silogissimum *F* 16 merita FF^1VSd qui *om.* *S* 17 fuerunt *V* 18 Cap. XX L^1P *Cap. num. om.* *S* Capitulum FF^1 haec] hoc UF^1 19 hec L^1 20 catholica *om.* *U* 21 hoc *FV* 22 mea] in ea L^1 satisfactione UL^1 23 hoc *FV* 24 recta *P m. 2*, *Vd* 26 et *om.* *S* contradicenti *om.* *S* catholicae *om.* F^1

doctrinis. ego enim in unius substantiae trinitatem credo et omnia secundum doctrinam sanctae catholicae ecclesiae; si quis uero aliena ab hac sapit, anathema sit'.

XX. 44. Synodus dixit: 'nunc quoniam satisfactum est nobis prosecutionibus praesentis Pelagii monachi, qui quidem piis doctrinis consentit, contraria uero ecclesiasticae fidei reprobat et anathematizat, communionis ecclesiasticae eum esse et catholicae confitemur'.

XXI. 45. Si ista sint gesta, quibus amici Pelagii gaudent eum esse purgatum, nos, quoniam erga se nostram quoque amicitiam prolatis etiam familiaribus epistolis nostris atque in hoc iudicio recitatis, quas insertas continent gesta, satis probare curauit, salutem quidem eius in Christo cupimus et optamus, de ista uero eius purgatione, quae magis creditur quam liquido demonstratur, gaudere temere non debemus. neque hoc dicens iudicum arguo uel neglegentiam uel coniuentiam uel, quod ab eis longe abhorrere certissimum est, impiorum dogmatum conscientiam, sed eorum iudicio pro merito approbato atque laudato Pelagius tamen apud eos quibus amplius certiusque notus est non mihi uidetur esse purgatus. illi enim tamquam de ignoto iudicantes his praesertim absentibus, qui contra eum libellum dederant, hominem quidem diligentius examinare minime potuerunt, haeresim tamen ipsam, si eorum sequantur iudicium qui pro eius peruersitate certabant, penitus peremerunt. illi autem qui bene sciunt quae

4 Cap. XXI L^1P Capitulum FF^1 *om.* *S* 5 persecutionibus *codd.* *VS; cf. cap. XXXV* 6 consensit *V* ecclesiastice LUL^1 eccce (ce *s. l.*) F^1; *cf. cap. XXXV* 7 ecclesiae *PVS* et *om. codd. VS; cf. cap. XXXV* 9 Cap. XXII L^1P Capitulum FF^1 Cap. XIV *S* Si] Sed *FP* ita *V* 11 probatis *S* 12 quasi *codd.* VS^1 incertas FVS^1 continent gesta *om.* F^1 probare] probe LL^1 13 curarit *S* curauerit V^2 15 gaudere—neglegentiam *in mg. m. 2* L^1 gaudere] qui audere L^1 temere *om.* L^1 16 hec F^1 iudicium LUL^1P *m. 1* cohibentiam $LUL^1FF^1S^1$ 17 abhorrentem L^1 abōrerē *L* ab errore *F* 19 aprobato *F* 20 artiusque FV^2S^1 notum *m. 1 P* 23 heresym *L* 24 cecabant LL^1 secabant F^1V^2

Pelagius docere consueuerit, siue qui eius disputationibus restiterunt siue qui ex ipso errore se liberatos esse gratulantur, quomodo possunt eum non habere suspectum, quando eius non simplicem confessionem praeterita errata damnantem, sed talem defensionem legunt, quasi numquam aliter senserit, quam isto iudicio in eius est responsionibus approbatum?

XXII. 46. Nam, ut de me ipso potissimum dicam, prius absentis et Romae constituti Pelagii nomen cum magna eius laude cognoui; postea coepit ad nos fama perferre, quod aduersus dei gratiam disputaret. quod licet dolerem et ab eis mihi diceretur quibus crederem, ab ipso tamen tale aliquid uel in eius aliquo libro nosse cupiebam, ut, si inciperem redarguere, negare non posset. postea uero quam in Africam uenit, me absente nostro, id est Hipponensi litore exceptus est, ubi omnino, sicut comperi a nostris, nihil ab illo huius modi auditum est, quia et citius, quam putabatur, inde profectus est. postmodum eius faciem Carthagine, quantum recolo, semel uel iterum uidi, quando cura collationis, quam cum haereticis Donatistis habituri eramus, occupatissimus fui; ille uero etiam inde ad transmarina properauit. interea per ora eorum qui eius discipuli ferebantur dogmata ista feruebant, ita ut Caelestius ad ecclesiasticum iudicium perueniret et reportaret dignam sua peruersitate sententiam. salubrius sane aduersus eos agi putabamus, si hominum nominibus tacitis ipsi refutarentur et redarguerentur errores atque ita metu potius ecclesiastici iudicii corrigerentur homines quam ipso iudicio

1 consueuit *Fd* consuerit *U* 2 resisterunt *F* que *m. 1* F^1 5 confessionem F^1*Vd* aliter *om. m. 1 F* 6 est *ex* esse *F* 7 Capitulum XXIII L^1P Capitulum FF^1 Cap. 22 *in mg. S* prius] ipsius *S* 8 et] a *S* Roma *S* 9 congnoui *F* capit *m. 1 F* proferre F^1V^2 10 dolorem FF^1V 11 credē *L* credere L^1UFF^1 tantum *F* 12 noscere *F* 13 affricam F^1 14 ypponensi LUL^1 yponensi F^1 ipponensi *F* lictore UF^1 15 comperi *om. V* a nostris] nostis V^1 al sicut nostis S^1 illo] ab quo *S* 17 eius] enim F^1 carthagini *FV* cartagine F^1 18 cura] circa *S* 20 inde *om. VSd* hora *F* 23 sua *ex* sue F^1 24 si *om. F*

punirentur. nec libris igitur aduersus mala illa disserere nec popularibus tractatibus cessabamus.

XXIII. 47. Cum uero mihi etiam liber ille datus esset a seruis dei. bonis et honestis uiris Timasio et Iacobo, ubi apertissime Pelagius obiectam sibi a se ipso tamquam ab aduersario, unde iam grandi inuidia laborabat, de dei gratia quaestionem non aliter sibi soluere uisus est, nisi ut naturam cum libero arbitrio conditam dei diceret gratiam, aliquando idque tenuiter nec aperte ei coniungens uel legis adiutorium uel remissionem etiam peccatorum: tum uero sine ulla dubitatione mihi claruit, quam esset christianae saluti uenenum illius peruersitatis inimicum. nec sic tamen operi meo, quo eundem librum refelli, Pelagii nomen inserui, facilius me existimans profuturum, si seruata amicitia adhuc eius uerecundiae parcerem, cuius litteris iam parcere non deberem. hinc est, quod nunc moleste fero, in hoc iudicio dixisse illum quodam loco: 'anathematizo illos qui sic tenent aut aliquando tenuerunt'. suffecerat dicere: qui sic tenent, ut eum crederemus esse correctum; cum uero addidit: aut aliquando tenuerunt, primum quam iniuste damnare immeritos ausus est, qui illo. quem siue aliis siue ipso doctore didicerant, errore caruerunt? deinde quis eorum qui eum ista non solum aliquando tenuisse uerum etiam docuisse nouerunt, non immerito suspicetur simulate anathematizasse qui haec tenent, cum eodem modo anathematizare non dubitauit qui haec aliquando tenuerunt. in

1 ille *F* dedisserere *F*[1] 3 Cap. XXIIII *L*[1]*P* Capitulum *FF*[1] Cap. XV *S* Cum] Dum *LL*[1]*F*[1] 4 fimisasio *V* Timasio uel Primasio *V*[2]*S*[1] 5 obiectum *F* 7 iussus *F*[1] 9 idque tenuiter] id quod tenuerit *LUL*[1]*F* id quod tenuit *F*[1]*SV* a parte *F* cum iungens *F*[1] 10 etiam] eius *FV*[2] peccatorum *om.* *U* 13 eumdem *U* 14 perfuturum *F* 15 percerem *m. 1* *L*[1] cuius] cum *S* parere *VS*[1] debere *S* 17 aut] qui *F* 18 subfecerat *F* sufficerat *V* 19 esse *om. m. 1* *F*[1] aut] et *F*[1] 20 illo] illa siue *V*[1] 21 qui *FVS* siue ipso] sine ipso *L*[1] didicerent *F* errorem *F*[1] 23 uerum] unde *F* merito *VSd* suspicitur *V* suspicatnr *V*[1] 24 simulacre *L*[1] hoc *F* 25 hoc *FV*

quibus eum ipsum recordabuntur magistrum? ecce, ut alios taceam, Timasium et Iacobum quibus oculis, qua fronte conspiciet suos, aut dilectores et aliquando discipulos, ad quos librum scripsi, ubi libro eius respondi? qui certe quemadmodum mihi rescripserint, tacendum et praetereundum non putaui, sed exemplum litterarum subter adnexui.

XXIIII. 48. 'Domino uere beatissimo et merito uenerabili patri episcopo Augustino Timasius et Iacobus in domino salutem. Ita nos refecit et recreauit gratia dei ministrata per uerbum tuum, ut prorsus germane dicamus: misit uerbum suum et sanauit eos, domine beatissime et merito uenerabilis pater. sane ea diligentia uentilasse sanctitatem tuam textum eiusdem libelli reperimus, ut ad singulos apices responsa reddita stupeamus, siue in his quae refutare, detestari ac fugere deceat christianum siue in illis in quibus non satis inuenitur errasse, quamuis nescio qua calliditate in ipsis quoque gratiam dei credidit supprimendam. sed unum est quod nos in tanto beneficio afficit, quia tarde hoc tam praeclarum gratiae dei munus effulsit, siquidem contigit absentes fieri quosdam, quorum caecitati ista tam perspicuae ueritatis illustratio deberetur, ad quos etsi tardius non diffidimus propitio deo eandem gratiam peruenire, qui uult omnes homines saluos fieri et ad agnitionem ueritatis uenire. nos uero, etsi olim spiritu caritatis, qui in te est, docti subiectionem eius abiecerimus erroris, in hoc etiam nunc gratias agimus, quod haec quae ante credidimus nunc aliis aperire

4 cf. libr. De nat. et gratia 7 Ep. 168 (cf. XXXIII 741 M.) 10 Ps. 106, 20 22 I Tim. 2, 4

1 quibus *om.* L^1 recordabantur UFF^1VS 2 Fimasium *V* 3 aut (u *add. m. rec.*) *U* autem F^1V^2 et V^1*d; Engelbrecht pro* aut *susp.* ante 7 Cap. XXV L^1P Capitulum FF^1 Cap. XVI *S* 9 creauit F^1 10 germani *V* 12 ea *ex* ad F^1 sanitatem *V* 13 a *m. 1 F* 14 redita *F* debita *S* detestare *m. 1* F^1 16 caliditate UL^1FF^1 17 suppremendam L^1F^1 supremendam *F* 19 dei *om. m. 1* L^1 effulxit *U* effluxit F^1V^2 contingit *S* 20 ista *om.* UL^1FF^1VS 21 diffidius UF^1 24 claritatis VS^1 subsecutionem *m. 1* F^1 25 abiecimus *U* 26 hoc L^1 hǫc *U*

didicimus uiam facilitatis uberiore sanctitatis tuae sermone pandente. et alia manu: incolumem beatitudinem tuam nostrique memorem misericordia dei nostri glorificet in aeternum'.

XXV. 49. Si ergo et iste ita confiteretur in hoc errore se fuisse aliquando ut hominem praeoccupatum, sed nunc anathematizare qui haec tenent, quisquis ei non gratularetur tenente iam illo uiam ueritatis, ipse amitteret uiscera caritatis. nunc uero parum est, quod se non confessus est ab ea peste liberatum, sed anathematizauit insuper liberatos, qui eum sic diligunt, ut etiam ipsum cupiant liberari. in quibus et isti sunt, qui beneuolentiam suam erga illum significauerunt his ad me datis litteris suis; nam et ipsum praecipue cogitabant, cum dicerent hoc se affici, quod tarde illum librum scripserim. 'siquidem contigit', inquiunt, 'absentes fieri quosdam, quorum caecitati ista tam perspicuae ueritatis illustratio deberetur, ad quos etsi tardius', inquiunt, 'non diffidimus propitio deo eandem gratiam peruenire'. nomen quippe uel nomina ipsi quoque adhuc tacenda putauerunt, ut uiuente amicitia error potius moreretur amicorum.

50. At nunc si Pelagius deum cogitat, si non est ingratus eius misericordiae, qui eum ad episcoporum iudicium propterea perduxit, ut haec anathemata defendere postea non auderet iamque detestanda et abicienda cognosceret, gratius accipiet litteras nostras, quando expresso nomine ulcus sanandum

1 didimus *U* facillitatis *F* felicitatis *S* 2 precidente *F*[1] praesidente *V*[2]*S*[1] nostrique *corr. m. 2 ex* nunquam *F* uestrique *m. 1 F*[1] 3 merorem *L*[1] merem *m. 1 F*[1] clarificet *S* 4 Cap. XXVI *L*[1]*P* Capitulum *FF*[1] Cap. XVII *S* ista *L*[1] confitetur ita *FV* confiteatur ita *S* confiteretur ita *d* 5 praeoccipatum *F* 6 tenet *S* quisquis ei] quis enim *F* 7 uertas *F*[1] amittere *V* 8 est *pr. om. U* liberatur *L*[1] 11 beniuolentiam *L*[1]*F*[1] 12 praecipue *om. S* cogebant *S* 13 eumdicere *F* 14 contingit *L*[1]*S* 15 perspicuąe *F*[1] 16 diffidi' *L* diffidius *U* 17 adhuc *om. F* 18 portauerunt *V* potitius *F* 20 Capitulum XXVII *L*[1]*P* Aurelii Augustini de gestis Pelagii idem capitulum XXV incipit feliciter *U* Alias hic incipit cap. 25 *V* Cap. 25 *S* 22 produxit *S* 23 ambitienda *F* accepit *L*[1] accipit *m. 1 F*[1], *LU* 24 literasque nostras *V* nostras *ex* uestras *F*

potius aperimus, quam illas, ubi, cum dolorem facere timeremus, tumorem, quod nos paenitet, augebamus. si autem mihi fuerit iratus, quam inique irascatur attendat et, ut uincat iram, tandem aliquando dei postulet gratiam, quam in hoc iudicio confessus est singulis nostris actibus necessariam, ut ueram consequatur illo adiuuante uictoriam. quid enim ei prosunt tantae eius laudes in epistolis episcoporum, quas pro se commemorandas uel etiam legendas atque allegandas putauit? quasi eum haec peruersa sentire omnes qui uehementes et quodam modo ardentes ad bonam uitam exhortationes eius audiebant facile scire potuerant.

XXVI. 51. Et ego quidem in epistola mea, quam protulit, non solum ab eius laudibus temperaui, sed etiam, quantum potui, sine ullius commotione quaestionis de dei gratia recte sapere admonui. dixi eum quippe in salutatione dominum, quod epistolari more etiam non christianis quibusdam scribere solemus neque id mendaciter, quoniam omnibus ad salutem, quae in Christo est, consequendam debemus quodam modo liberam seruitutem. dixi dilectissimum, quod et nunc dico et si iratus fuerit, adhuc dicam, quoniam nisi erga eum dilectionem tenuero, illo irascente ipse mihi magis nocebo. dixi desiderantissimum, quoniam ualde cupiebam cum praesente aliquid colloqui; iam enim audieram contra gratiam, qua iustificamur, quando hinc aliqua commemoratio fieret, aperta eum contentione conari. denique litterarum ipsarum breuis

1 ubi, cum] ubicumque *m. 1 F* ubi cum forte *m. 1 P* dolore FF^1VS 3 uingeat *F* 4 in hoc] nichil *F* ī h' iudiͦ *L* in huiusmodi *U* 8 atque] uel etiē *V* 9 *pro* quasi *susp. Engelbrecht* quia *uel* quoniam eum] cum L^1FVS hoc *m. 1* U, F^1 sentiret LUL^1F^1VS sentires *F* 11 audebant L^1 potuerunt *VS* potuerint V^1S^1d 12 Cap. XXVIII L^1P Capitulum FF^1 Cap. XVIII *S* Et *om.* FV^2 14 ullius] eius F^1VSd commonitione L^1P *m. 1* commemoratione *m. 2 P* de *om. m. 1* F^1 15 eum] enim LUL^1FF^1SV 16 quod *om. m. 1 F* 17 quoniam] quam LUL^1FF^1V quia V^1 19 nunc tunc LUL^1, *m. 1* FF^1 20 uirtus *m. 1* *F*, S^1 uirtus *al* natus V^2 22 desideratissimum *libri praet. F* 23 audiebam *S* 24 aperte FV^2 25 contemptione *F* coerceri *S*

textus hoc indicat; nam cum egissem gratias, quod me scriptis suis exhilarasset certum faciendo de sua salute ac suorum, quos utique si correctos uolumus, etiam corporali salute saluos uelle debemus, mox ei bona optaui a domino retribui non ad salutem corporis pertinentia, sed ea potius, quae putabat esse uel forte adhuc putat in solo arbitrio uoluntatis et propria potestate posita, simul optans et propter hoc uitam aeternam. deinde quia litteris suis, quibus respondebam, talia quaedam in me bona multum benigneque laudauerat, etiam ibi petiui ab eo, ut pro me oraret, quo potius a domino talis fierem, qualem me esse iam crederet, ut eum sic admonerem, contra quod ille sapiebat, ipsam quoque iustitiam, quam in me laudandam putauerat, non esse u o l e n t i s n e q u e c u r r e n t i s, s e d m i s e r e n t i s d e i. hoc est totum, quod breuis illa epistola mea continet eaque intentione dictata est; nam ita se habet.

XXVII. 52. 'Domino dilectissimo et desiderantissimo fratri
XXVIII Pelagio Augustinus in domino salutem. Gratias ago plurimum, quod me litteris tuis exhilarare dignatus es et certum facere de salute uestra. retribuat tibi dominus bona, quibus semper sis bonus, et cum illo aeterno uiuas in aeternum, domine dilectissime et desiderantissime frater. ego autem, etsi in me non agnosco praeconia de me tua, quae tuae benignitatis epistola continet, beneuolo tamen animo erga exiguitatem meam ingratus esse non possum, simul admonens, ut potius ores pro me, quo talis a domino fiam, qualem me iam esse arbi-

13 Rom. 9, 16 17 Ep. 146 (cf. XXXIII 596 M.)

2 exilarasset $LUFF^1$ faciendum *F* 3 sic *V* correptos *m. 1 F* nolumus L^1 salute ạc̣ ṣụọṛụṃ *F* 4 uelle] esse LUL^1F^1 ei] enim F^1V^2 et *S* 6 uel *corr. m. 2 ex* cum *F* 7 simul—aeternam *om. S* 9 laudarāt *F* et L^1 11 sic *om. F* 12 quod] quem *S* 14 breui LUL^1FF^1 17 Cap. XXVIIII L^1P Capitulum FF^1 Cap. XXI (*in mg.* 27) *S* desideratissimo *libri praet. F* 18 *ante* gratias *add.* XXVIII $LUFF^1V$, *in mg.* 28 *S* 19 tuis *om. S* exilarare LL^1F exilerare F^1 22 desideratissime *libri praet.* FF^1 24 beniuolo UL^1F^1 25 possem *V* res *S* 26 fiam *ex* sciam *m. 2 F*

traris. et alia manu: memor nostri incolumis domino placeas, domine dilectissime et desiderantissime frater'.

XXVIIII. 53. In ipsa quoque subscriptione quod posui, ut domino placeat, magis hoc esse significaui in eius gratia quam in sola hominis uoluntate, quando id nec hortatus sum nec praecepi nec docui, sed optaui. quemadmodum uero si hortarer aut praeciperem uel docerem, pertinere hoc et ad liberum arbitrium demonstrarem nec tamen dei gratiae derogarem, ita, quia optaui, dei quidem commendaui gratiam, non tamen arbitrium uoluntatis extinxi. ut quid ergo in hoc iudicio protulit hanc epistolam, secundum quam, si ab initio sapuisset, nullo modo fortassis licet a bonis fratribus, sed tamen peruersitate disputationum eius offensis ad episcopale iudicium uocaretur? porro autem sicut ego rationem de hac mea epistola reddidi, ita de suis, si esset necesse, redderent quorum allegauit dicentes uel quid putauerint uel quid ignorauerint uel qua ratione scripserint. proinde Pelagius, de quorumlibet sanctorum amicitia se iactauerit, quorumlibet de suis laudibus litteras legerit, quaelibet purgationis suae gesta protulerit, nisi ea, quae contra dei gratiam, qua uocamur et iustificamur, posuisse in libris suis idoneorum testium fide probatur, confessus anathematizauerit ac deinde contra haec ipsa scripserit et disputauerit, nequaquam his, quibus plenius notus est, uidebitur esse correctus.

XXX. 54. Iam enim quae post hoc iudicium consecuta sint, quae hanc suspicionem magis augeant, non tacebo. peruenit

1 deo *LU* 2 desideratissime *libri praeter FF*[1] pạṭẹṛ frater (*corr. m. 2*) *L*[1] 3 Cap. XXX *L*[1]*P* Capitulum *FF*[1], *in mg.* Cap. 29 *S* 5 in *om. S* neo *F m. 1* oratus *LUL*[1], *m. 1 FF*[1] 6 ortarer *L, m. 1 F* 7 et *del. assignat V*[1] 9 ita quia] itaque *U* 10 extincxi *L, m. 1 F*[1] pertulit *m. 1 L*[1] 12 tamen *om. U* 13 dispositionum *FF*[1]*PS* 15 redderentur *LL*[1]*F*[1]*PV*[2] alligant *codd.* allegant *VS* 19 quēlibet *L* purgationes *V* 21 lris *LF* litteris *UL*[1]*F*[1] literis *S* testibus *m. 1 F* 22 deinde] demum *V*[2]*S*[1] contra ipsa haec ipsa *S* 25 Cap. XXXI *L*[1]*P* Capitulum *FF*[1] Cap. XIX *S* Nam *F* sunt *S* 26 *in mg.* Cap. 30 *S*

in manus nostras nonnulla epistola, quae ipsius Pelagii diceretur scribentis ad amicum suum quendam presbyterum, qui eum litteris, sicut eadem epistola continetur, benigne admonuerat, ne per eius occasionem se aliquis a corpore ecclesiae separaret. ibi inter cetera, quae inserere longum est nec opus est, ait Pelagius: 'quattuordecim episcoporum sententia definitio nostra comprobata est, qua diximus posse hominem sine peccato esse et dei mandata facile custodire, si uelit. quae sententia', inquit, 'contradictionis os confusione perfudit et omnem in malum conspirantem societatem ab inuicem separauit'. siue ergo istam epistolam Pelagius uere scripserit siue sub eius nomine a quocumque conficta sit, quis non uideat, quemadmodum hic error et de iudicio, ubi conuictus atque damnatus est, tamquam de uictoria glorietur? sic enim posuit haec uerba, quemadmodum leguntur in libro eius, qui capitulorum uocatur, non quemadmodum obiecta sunt in iudicio uel eius etiam responsione repetita. nam et illi qui obiecerunt nescio qua incuria minus posuerunt uerbum, de quo non parua est controuersia. posuerunt enim eum dixisse posse hominem, si uelit, esse sine peccato et dei mandata custodire, si uelit; de facilitate nihil est dictum. deinde ipse respondens ait: 'posse quidem hominem esse sine peccato et dei mandata custodire si uelit, diximus'. neque ipse dixit 'facile custodire', sed tantummodo 'custodire'. ita alio loco inter illa, de quibus me Hilarius consuluit atque rescripsi, sic obiectum est: posse hominem esse sine peccato, si uelit. ad quod ipse ita respondit: 'posse quidem

1 diceretur (ur *in ras. m. 2*) *F* 2 sum *m 1 F* 3 lris̄ *L* 5 separet L^1 separaretur *m. 1 F, VS* 6 .P. = Pelagius] post L^1 pelagius post *P* sententias L^1P nostra definitio *S* 7 diximus (imus *in spatio uacuo add. m. 2*) *F* 9 contradictiones *P* os̄ *F* omnes *P* hos *S* 11 Pelagius *om. S* 12 quocunque L^1 confitta *L* 13 ibi *m. 1 F* 17 eius *om. S* 18 iniuria *S* 20 et dei—uelit *om.* LUL^1FF^1VS 21 de—peccato *om. m. 1* F^1 facillitate *F* deinde (al dictum) *S* 22 custodiere F^1 23 nec L^1 ne F^1 ipsi *m. 1* L^1 custodiere *m. 1* F^1 24 ilarius *LU* ylarius *F* yllarius F^1 25 consuluit (*s. l. m. 2*) L^1 rescripsit L^1 sicut L^1

hominem sine peccato esse dictum est superius'. neque hic ergo uel ab eis qui obiecerunt uel ab ipso qui respondit additum est 'facile'. superius etiam in narratione sancti Iohannis episcopi ita commemoratum est: 'illis', inquit, 'instantibus et dicentibus, quia haereticus est; dicit enim quoniam potest homo, si uoluerit, esse sine peccato, et de hoc interrogantibus nobis eum respondit: non dixi quoniam recipit natura hominis ut impeccabilis sit; sed dixi quoniam qui uoluerit pro propria salute laborare et agonizare, ut non peccet et ambulet in praeceptis dei, habere eum hanc possibilitatem a deo. tunc quibusdam susurrantibus et dicentibus, quod sine dei gratia diceret Pelagius posse hoc perfici, culpans', inquit, 'super hoc et intuli, quia et apostolus Paulus multum laborans, sed non secundum suam uirtutem, sed secundum gratiam dei dixit: amplius omnibus illis laboraui. non ego autem, sed gratia dei mecum' et cetera quae iam commemoraui.

55. Quid sibi ergo uult, quod in hac epistola ita gloriari ausi sunt, ut non solum possibilitatem non peccandi, sed etiam facilitatem, sicut in libro capitulorum eiusdem Pelagii positum est, iudicantibus quattuordecim episcopis se persuasisse iactarent, cum totiens eadem adiecta gestis atque repetita nusquam hoc habere inueniantur? quomodo enim etiam ipsi defensioni et responsioni Pelagii non est hoc uerbum contra-

15 I Cor. 15, 10   16 cf. pag. 94, 1 sqq.

1 hoc *UF*   2 uel ab eis] *abiis (1 *er.?*) *F*   ab] ubi LUL^1F^1 ab *in ras. F*   3 superius *ex* sumus *m. 2 F*   5 esto LL^1FF^1V 7 eum] cum *U*   respondere (*inter alt.* e *et* r *ras*) L^1 non] ut FV^2 dixit *U*   recepit *Sd*   8 ut *om. F*   impassibilis *m. 1 F*, V^2 9 pro *om.* LUL^1FF^1VS 12 gratia dei *F*   dicente LUL^1FF^1VS .p. LL^1FF^1 pelagio *UVS*   posset V^1S^1 hoc] hominem *d*   culpam LUL^1FF^1 culpaui S^1 13 hoc *om* LUL^1FF^1VS et] etiam *d om.* F^1VS intuli] et mutili V^2 14 suam *om. m. 1* L^1 15 dixit—gratia *add. in mg. m. 2 F*   18 Quod L^1 19 non *fin. om. V*   20 facultatem *S*   22 eadem *om. P*   adiecta] adicta LL^1 addicta *m. 1 U* abdicta FV^2U *m. 2* edicta F^1VS dicta V^1 obiecta *d*   atque *om.* V^1

rium, cum et episcopus Iohannes sic eum apud se respondisse dixerit, ut eum uellet intellegi posse non peccare, qui uoluerit pro salute sua laborare et agonizare, et ipse iam gestis agens seque defendens proprio labore et dei gratia dixerit hominem posse esse sine peccato? quomodo ergo facile fit, si laboratur ut fiat? puto enim omnem sensum hominum nobiscum agnoscere, quod ubi labor est, facilitas non est et tamen epistola carnalis uentositatis et elationis uolat et gestorum tarditate procurata celeritate praecedens in manus hominum praeuolat, ut quattuordecim episcopis orientalibus placuisse dicatur non solum posse esse hominem sine peccato et dei mandata custodire, sed et facile custodire nec nominato deo iuuante, sed tantum 'si uelit': ut uidelicet tacita, pro qua uehementissime pugnabatur, diuina gratia restet, ut sola in epistola legatur infelix et se ipsam decipiens uelut uictrix humana superbia, quasi non hoc se dixerit culpasse Iohannes episcopus et uelut giganteos montes aduersus supereminentiam gratiae caelestis structos tribus diuinorum testimoniorum tamquam fulminum ictibus deiecisse aut uero cum illo etiam ceteri episcopi iudices uel mente uel ipsis auribus ferrent Pelagium dicentem 'posse quidem hominem sine peccato esse et dei mandata custodire, si uelit, diximus', nisi continuo sequeretur: 'hanc enim possibilitatem deus illi dedit' — quod nesciebant illi eum dicere de natura, non de illa, quam in apostolica praedicatione nouerant, gratia — ac deinde coniun-

17 cf. Eph. 3, 19

1 si *FV*[2] sic *in ras. F*[1] 2 diserit *FV*[2] disserit *S*[1] ut eum] et cum *S* 3 iam] in *V*[1]*S*[1] 4 proprioque *L*[1] 5 esse posse *S* quomodo] quō *L* quo *L*[1] fiat *S* 7 quid *m. 1 F*[1] 8 in epistola *LL*[1]*FF*[1]*VS* in *delendum adnotat V*[1]*S*[1] epistola *om. U* 10 ut] et *V* 12 sed—custodire *om. LL*[1]*FF*[1]*VS* 13 sed] si *U* uidet *L*[1]*F*[1] *m. 1* pro] de *FV*[2]*S*[1] 14 pugnabantur *U* pugnabat *L*[1] in sola *S* 15 ipsa *m. 1 F*[1] 16 h'nā *m. 1 F*[1] hec *F*[1]*V*[2] 18 stratos *S* 19 fluminum *LL*[1]*FF*[1]*VP m. 1* illo *om. m. 1 F* 20 ceteri *om. F* ferent *F*[1] 21 pelegium *m. 1 F*[1] 23 qui *FV*[2] 25 coniungeret (ret *corr. m. 2*) *F*[1]

geret: 'non autem diximus, quod inueniatur aliquis ab infantia usque ad senectam qui numquam peccauerit, sed quoniam a peccatis conuersus proprio labore et dei gratia possit esse sine peccato'. quod etiam sua sententia declararunt dicentes eum recte respondisse hominem cum adiutorio dei et gratia posse esse sine peccato, quid aliud metuentes, nisi ne hoc negando non possibilitati hominis, sed ipsi dei gratiae facere uiderentur iniuriam? nec tamen definitum est, quando fiat homo sine peccato, quod fieri posse adiuuante dei gratia iudicatum est, non est, inquam, definitum, utrum in hac carne concupiscente aduersus spiritum fuerit uel sit uel futurus sit aliquis iam ratione utens et uoluntatis arbitrio, siue in ista frequentia hominum siue in solitudine monachorum, cui non sit iam necessarium non propter alios, sed etiam propter se ipsum dicere in oratione: dimitte nobis debita nostra, an uero tunc perficiatur hoc donum, quando similes ei erimus, quando uidebimus eum sicuti est, quando dicetur non a pugnantibus: uideo aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae, sed a triumphantibus: ubi est, mors, uictoria tua? ubi est, mors, aculens tuus? quod non inter catholicos et haereticos, sed inter ipsos catholicos fortasse pacifice requirendum est.

XXXI. 56. Quomodo igitur credi potest Pelagium — si tamen haec epistola eius est — et dei gratiam, quae neque natura est cum libero arbitrio neque legis scientia neque tantum remissio peccatorum, sed ea quae in singulis nostris est actibus necessaria, ueraciter fuisse confessum et ueraciter

10 cf. Gal. 5, 17 15 Matth. 6, 12 16 I Ioh. 3, 2 18 Rom. 7, 23 19 I Cor. 15, 55

1 q *F* 2 utque *m. 1 F*[1] 4 quod—peccato *add. m2 in mg. F*[1] qui *FV*[2] 5 dei *om. F*[1] 7 dei (i *add. m. 2*) *F* 8 uideretur *S* 9 iuuante *F*[1] 10 diffinitum *LUL*[1] 11 concupiscentie *FF*[1] concupiscentiae *VS* 13 hominum] luminum *V* 17 oppugnantibus *pro* a pugn. *m. 1 F*[1] 18 uidebo *U* 21 quid *m. 1 F* inter *alt. om. F* catholicos ipsos *S* 22 fortasse] pacifice *V* 23 Cap. XXXII *L*[1]*P* Capitulum *FF*[1] Cap. XX, *in mg. 31 S* 24 nec *L*[1] 25 nec (*bis*) *L*[1] 27 necessario *F*

anathematizasse quisquis contra ista sentiret, quando in epistola sua et facilitatem posuit non peccandi, de qua nulla in hoc iudicio quaestio fuit, quasi iudicibus etiam de hoc uerbo placuerit, et gratiam dei non posuit, quam confitendo et addendo poenam ecclesiasticae damnationis euasit?

XXXII. 57. Est et aliud quod silere non debeo. in chartula defensionis suae, quam mihi per quendam Charum nostrum Hipponensem ciuem, orientalem autem diaconum misit, fecit aliquid, quod aliter se habeat, quam gestis episcopalibus continetur. quod autem habent gesta, longe melius est ac firmius et omnino enodatius pro catholica ueritate contra illius haeresis pestem. nam cum eandem chartulam legerem, priusquam ad nos gesta uenissent, nesciebam <eum> ea ipsa uerba posuisse, quibus cum sibi adesset usus est in iudicio; pauca enim et non multum aliter se habent, de quibus non nimis curo.

XXXIII. Moleste autem ferebam, quod aliquarum sententiarum Caelestii, quas eum gestis anathematizasse perspicuum est, seruasse sibi defensionem potest uideri. nam earum quasdam suas negauit esse tantummodo dicens pro eis non se debere satisfactionem, anathematizare autem in eadem chartula noluit. quae istae sunt: 'Adam mortalem esse factum, qui siue peccaret siue non peccaret, esset moriturus. quod peccatum Adae solum ipsum nocuerit et non genus humanum. quod lex sic mittat ad regnum caelorum quemadmodum et euangelium. quod infantes nuper nati in illo statu sint, in quo fuit Adam

21 cf. contra Iulianum Pelag. I 5, 19 (XLIV 653 M.)

1 contraria *S* 2 non] nec *L*[1] 4 et̨ etiam *L*[1] potuerit *U* poūit *F*[1] posuerit *V*[2]*S*[1] 6 Cap. XXXIII *L*[1]*P* Capitulum *FF*[1] Cap. XX, *in mg.* 32 *S* Ast *F* et *om.* *LUL*[1]*F*[1]*P* quod silere] qui si lege *F* 7 carum *UL*[1]*FF*[1] nostrum] numerum *U* uestrum *FV*[2]*S*[1] 9 continere *U* continetur (tur *corr.*) *F*[1] 10 gesta *om. m. 1 F* atque *F* 12 pestis *S* 13 eum *ex coni. Engelbrecht* 14 cum] eum *F* ibi *S* 16 Cap. XXXIIII *L*[1]*P*, *in mg. 33 S* Capitulum *FF*[1] 17 perspicum *L*[1] 19 quaedam sua *LUL*[1]*FF*[1]*VS* dicens tantummodo *F*[1]*VSd* 21 uoluit *m. 1 P*, *FVS* qui] quod *F*[1]*V*[2]*S*[1] 23 qui *m. 1 F* 25 in *alt. om.* *LL*[1]*FF*[1]

ante praeuaricationem. quod neque per mortem uel praeuaricationem Adae omne genus humanum moriatur neque per resurrectionem Christi omne genus humanum resurgat. infantes, etiamsi non baptizentur, habere uitam aeternam. diuites baptizatos, nisi omnibus abrenuntiauerint, si quid boni uidentur facere, non illis reputari neque habituros illos regnum caelorum'. ad ista quippe in chartula illa ita respondit: 'haec omnia secundum ipsorum testimonium a me dicta non sunt nec pro eis debeo satisfactionem'. in gestis autem ad eadem ipsa ita locutus est: 'secundum ipsorum testimonium a me dicta non sunt. pro quibus ego satisfacere non debeo; sed tamen ad satisfactionem sanctae synodi anathematizo eos qui sic tenent aut aliquando tenuerunt'. cur ergo non ita et in illa chartula scriptum est? non multum, ut opinor, atramenti nec litterarum nec morae nec ipsius chartulae, si ita fieret, impenderetur. sed quis non credat id fuisse procuratum, ut tamquam pro gestorum illorum breuiatione ista charta usquequaque discurreret? ubi putaretur non esse ablatam quamlibet earum sententiarum defendendi licentiam, quod ei tantummodo obiectae nec eius probatae fuissent, non tamen anathematizatae atque damnatae.

58. Postea etiam de libro Caelestii capitula sibi obiecta in eadem chartula multa congessit neque his interuallis, quae continent gesta, duas responsiones, quibus eadem capitula anathematizauit, sed unam simul omnibus subdidit. quod studio breuitatis factum putarem, nisi plurimum ad id quod nos mouet interesse perspicerem. ita enim clausit: 'iterum dico

2 nec *L*[1] 7 iste *F* illa *om.* *LUL*[1]*FF*[1] 9 eis q̣ụịḅụș *U* ade adē *F* ad*eadem *F*[1] 10 ipsam *FF*[1] ita *om.* *F* testimonium *om.* *S* 14 attramenti *LL*[1] uiramenti *F* 15 nec *alt.*] ne *S* ipī *L* ipsi *UL*[1]*FF*[1]*VSP* *m. 1* 17 charta] cāτa *L* curata *L*[1] usquequo *F* 18 curreret *P* non putaretur *VS* non esse (ał deest particula non) *S*[1] 20 obiectae *om.* *U* eius] ei *codd.* *S* approbatae *S* anathematizare atque dampnare *U* 22 *post* obiecta *sequitur:* nec ei probare fuissent (*m. 2 s. l. add.* uacat) *L*[1] 23 nec *L*[1] 25 una *codd.* unam *V*[1]*Sd* qui *F*[1]

quoniam ista et secundum eorum testimonium non sunt mea. pro quibus, ut dixi, satisfactionem non debeo; quae autem mea esse confessus sum, haec recte me dicere affirmo; quae autem dixi mea non esse secundum iudicium sanctae ecclesiae reprobo anathema dicens omni contrauenienti sanctae et catholicae ecclesiae doctrinis, similiter et his qui falsa fingentes nobis calumniam commouerunt'. hunc ultimum uersum non habent gesta; sed nihil ad rem de qua solliciti esse debemus. sint enim prorsus anathema et hi qui falsa fingentes eis calumniam commouerunt. sed cum primum legi: 'quae autem dixi mea non esse secundum iudicium sanctae ecclesiae <reprobo' factum illud esse iudicium ecclesiae> nesciens, quoniam hic tacitum est et gesta non legeram, nihil aliud existimaui quam eum fuisse pollicitum hoc se de his sensurum esse capitulis, quod ecclesia iam non iudicasset, sed quandoque iudicaret, et ea se reprobaturum, quae illa non iam reprobasset, sed quandoque reprobaret, ut ad hoc pertineret etiam quod adiunxit 'anathema dicens omni contrauenienti uel contradicenti sanctae catholicae ecclesiae doctrinis'. uerum autem, ut gesta testantur, iam de his ecclesiasticum iudicium ab episcopis quattuordecim factum erat, secundum quod iudicium se dixit ista omnia reprobare et anathema dicere his qui talia sentiendo contra iudicium ueniunt, quod iam factum fuisse gesta indicant. iam enim dixerant iudices: 'quid ad haec quae lecta sunt capitula dicit praesens Pelagius monachus? haec enim reprobat sancta synodus et sancta dei catholica ecclesia'. sed hoc qui nesciunt et istam chartam legunt, putant aliquid illorum licite posse

1 mea] in ea *F*   3 hoc L^1F 4 secundum] scelerum *U*   5 omne *F*   6 que *m. 1* F^1 fingentes] fiet gentes LL^1F^1 *m. 1*   nobis] eis *P*   7 calumpniam UFF^1 11 reprobo—ecclesiae *om. codd. VS*   12 hinc *F*.   14 esse *om. VS*   16 ịạṃ illa *U*   iam non *Pd*   iam *om. UV*   reprobaret LUL^1FF^1V 17 ad hoc pertineret] hec pertinent F^1 huc pertinent *S* se pertinent etiam V^2 quae SV^2 adiuxit F^1 adiungit *S*   18 se dicente *codd. VS* dicere V^1 19 autem] tamen *S*   23 iudicant F^1V^2 24 leta L^1 27 cātā *L* creaturam *U* creatam L^1

defendi, tamquam non fuerit iudicatum catholicae contrarium esse doctrinae paratumque se Pelagius dixerit id de his rebus sapere, quod ecclesia non iudicauit, sed iudicauerit. non itaque sic scripsit in ea de qua nunc agimus chartula, ut cognosceretur quod habet gestorum fides, omnia scilicet illa dogmata, quibus eadem haeresis proserpebat et contentiosa conualescebat audacia, ecclesiastico iudicio praesidentibus quattuordecim episcopis esse damnata. quam rem si, ut est, innotescere timuit, se potius corrigat quam nostrae licet serae uigilantiae qualicumque succenseat. si autem hoc eum timuisse falsum est et sicut homines suspicamur, ignoscat, dum tamen ea quae gestis, quibus auditus est, anathematizata et reprobata sunt de cetero oppugnet, ne parcendo illis non solum haec antea credidisse, sed credere uideatur.

XXXIIII. 59. Proinde istum librum in tam graui et grandi causa non frustra fortasse prolixum ob hoc ad tuam uenerationem scribere uolui, ut, si tuis sensibus non displicuerit, auctoritate potius tua, quae longe maior est quam nostrae exiguitatis industria, quibus necessarium existimauerit innotescat ad eorum uanitates contentionesque opprimendas, qui putant absoluto Pelagio iudicibus episcopis orientalibus illa dogmata placuisse, quae aduersum christianam fidem et dei gratiam, qua uocamur et iustificamur, perniciosissime pullulantia christiana semper ueritas damnat et istorum etiam quattuordecim episcoporum auctoritate damnauit, quae simul et Pelagium, nisi ab illo essent anathematizata, damnasset. nunc iam, quoniam reddidimus homini curam fraternae caritatis et de illo ac pro illo nostram sollicitudinem fideliter prompsimus,

23 cf. Rom. 8, 30

2 paratumque *V^1Sd:* paratumqui *codd.* 3 iudicauit] iudicauerit *LUL^1FF^1VP m. 1* ita *S* 4 in ea *UPV^1d:* tñ *L* tamē *L^1FF^1VS* agnosceretur *UVd* 6 contēptiosa *L* contemptiosa *UF^1* contempnosa *F* audaci *LUL^1FF^1VP m. 1* 8 est ut *F^1V^2* se *corr. m. 2 ex uoce* ex *F* 10 tenuisse *F^1VS^1* 13 hoc *UL^1F^1* 15 Cap. XXXV *L^1P* Cap. XXI, *in mg.* 34 *S* 19 necessarium] non causarum *m. 1 F* 20 contēptionesque *F* 22 dei *om. S* 26 illo] eo *S* dampnassent *FV^2* 27 reddimus *LUL^1FF^1V* 28 promissionum *LUL^1FF^1V* promisimus *S*

uideamus quomodo breuiter possit aduerti etiam illo, quod clarum, apud homines absoluto haeresim tamen ipsam diuino iudicio semper damnabilem etiam iudicio quattuordecim episcoporum orientalium esse damnatam.

XXXV. 60. Haec est illius iudicii postrema sententia. synodus dixit: 'nunc quoniam satisfactum est nobis prosecutionibus praesentis Pelagii monachi, qui quidem piis doctrinis consentit, contraria uero ecclesiae fidei reprobat et anathematizat, communionis ecclesiasticae eum esse et catholicae confitemur'. duo quaedam satis perspicua de Pelagio monacho sancti episcopi iudices suae sententiae breuitate complexi sunt: unum quidem, piis eum consentire doctrinis, alterum autem, eccle siae fidei reprobare et anathematizare contraria. Pelagius propter haec duo communionis ecclesiasticae et catholicae pronuntiatus est. quibus ergo uerbis eius interim, quantum homines in praesentia de manifestis iudicare potuerunt, utrumque claruerit omnia breuiter recapitulando uideamus. in his enim sibi obiectis, quae sua non esse respondit, dictus est reprobare et anathematizare contraria. breuiter ergo totam istam causam ita, si possumus, colligamus.

61. Quoniam necesse erat impleri quod praedixit apostolus Paulus: oportet et haereses esse, ut probati manifesti fiant in uobis, post ueteres haereses <inlata est> etiam modo

22 I Cor. 11, 19

1 breuiter quomodo *S* quod clarum est apud homines *parenthesis loco S* 3 et *F* 5 Cap. XXXVI *L*¹*P* Capitulum *FF*¹ Cap. XXII, *in mg.* 35 *S* 6 quoniam *m. 2 P*,*V*²*Sd:* quotiens *LUL*¹*FV* quociens *F*¹ quoties *m. 1 P* persecutionibus *FV*²*S*¹ 7 praesentibus *LUL*¹*FF*¹*V* monachii *F*¹ 8 fidei *om. codd. VS; cf. cap. XX* 10 s̅c̅e̅ *m. 1 F* 12 piis *add. m. 2 in spat. uac. F* 13 Pelagius *om. LUFF*¹*VS* 14 propter *om. L*¹ ecc^ce *L* ecclesie *U* 16 p̄sēτa *L* praesenti *L*¹ 17 uidemus *m. 1 F* 18 enim *om. F*¹*V* 22 h'es est *F* 23 haereses multas (multas *om. F*¹) etiam modo haeresis non *sqq. codd.; V in textu haec uerba omittit, adnotat autem:* multas etiam modo haeresis, addendum: orta est aut aliquid simile; *S in textu:* multae enim modo haereses, *adnotat;* adde inuentae sunt uel quid simile; *scripsi* inlata est: inuecta etiam modo haeresis est *d Engelbrecht prop.:* post uet. haer. multas ecce iam oritur *sqq.*

haeresis non ab episcopis seu presbyteris uel quibusque clericis, sed a quibusdam ueluti monachis, quae contra dei gratiam, quae nobis est per Iesum Christum dominum nostrum, tamquam defendendo liberum arbitrium disputaret et conaretur euertere christianae fidei firmamentum, de quo scriptum est: per unum hominem mors et per unum hominem resurrectio mortuorum; sicut enim in Adam omnes moriuntur, sic et in Christo omnes uiuificabuntur, et in actibus nostris dei adiutorium denegaret dicendo, ut non peccemus impleamusque iustitiam, posse sufficere naturam humanam, quae condita est cum libero arbitrio, eamque esse dei gratiam, quia sic conditi sumus, ut hoc uoluntate possimus, et quod adiutorium legis mandatorumque suorum dedit et quod ad se conuersis peccata praeterita ignoscit. in his solis esse dei gratiam deputandam, non in adiutorio nostrorum actuum singulorum; posse enim hominem esse sine peccato et mandata dei facile custodire, si uelit.

62. Ista haeresis cum plurimos decepisset et fratres, quos non deceperat, conturbaret, Caelestius quidam talia sentiens ad iudicium Carthaginensis ecclesiae perductus episcoporum sententia condemnatus est. deinde post aliquot annos Pelagio, qui magister eius perhiberetur, cum ista haeresis fuisset obiecta, ad episcopale iudicium etiam ipse peruenit recitatisque omnibus quae in libello contra eum dato Heros et Lazarus episcopi Galli posuerant illis quidem absentibus et de aegritudine unius eorum excusantibus Pelagium ad omnia respondentem quattuordecim episcopi prouinciae Palaestinae

3 Rom. 7, 25 6 I Cor. 15, 21

1 quibuscumque *UVd* 2 sed *U*V^2*d:* uel *L*L^1*F*F^1*PV* 4 disputant *S* 5 conantur *S* christianae fidei firmamentum (fundamentum *S*) euertere *VSd* firmatum *m. 1 F* 8 etiam *S* 9 denegant *S* 11 est *om. m. 1 F* 12 hec *F* 13 possumus *LU*L^1*F*$F^1$$V^2$ 14 conuersus L^1*F m. 1* 15 esse *om. F* 16 actunm *m. 1* L^1 20 cartaginensis L^1*F*F^1 21 pelagius *F* 23 etiam *om. F* 24 č *L* circa L^1

secundum responsiones eius alienum a peruersitate huius haeresis pronuntiarunt, eam tamen haeresim sine ulla dubitatione damnantes. approbauerunt enim secundum quod ille ad ea quae obiecta sunt respondebat: 'adiuuari hominem per legis scientiam ad non peccandum, sicut scriptum est: legem in adiutorium dedit illis'. non tamen ex hoc eandem legis scientiam illam dei gratiam esse iudicauerunt, de qua scriptum est: quis me liberabit de corpore mortis huius? gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum, nec ideo dixisse Pelagium 'omnes uoluntate sua regi', ut non eos regeret deus; respondit enim hoc se dixisse propter liberum arbitrium, cui deus adiutor est eligenti bona, hominem uero peccantem ipsum esse in culpa quasi liberi arbitrii. approbauerunt etiam 'iniquis et peccatoribus in die iudicii non esse parcendum, sed aeternis eos ignibus puniendos', quoniam hoc se ille secundum euangelium dixisse respondit, ubi scriptum est: isti ibunt in supplicium aeternum, iusti autem in uitam aeternam. non autem dixerat omnes peccatores ad aeternum pertinere supplicium, ut merito contra apostolum dixisse uideretur, qui quosdam saluos ait futuros, sic tamen quasi per ignem. 'regnum caelorum' ideo approbauerunt 'etiam in ueteri testamento esse promissum', quoniam testimonium dedit de propheta Daniele, ubi dictum est: et accipient sancti regnum altissimi, hoc loco uetus testamentum intellegentes ab illo appellatum non illud solum quod factum est in monte Sina, sed scripturas omnes canonicas ante aduentum domini ministratas. 'posse' autem 'hominem esse sine peccato,

5 Es. 8, 20 8 Rom. 7, 24. 25 17 Matth. 25, 46 20 I Cor. 3, 15 23 Dan. 7, 18

1 eius *om. m. 1* L^1 3 quae LUL^1F^1VS q̄ḍ *F* 4 obiecta *ex* oblita *m. 2 F* respondeat *F* 5 ad non] a domino *m. 1 F* 6 eadem legis scientia LUL^1FF^1VS 7 iudicauerunt] approbauerunt V^1S^1d 11 hec F^1V 12 uero] non L^1F^1 *m. 1* 13 approbarunt *Vd* 15 hec L^1SV^2 16 ille *m. 2 add.* L^1 19 ut *om.* F^1 21 quasi] ait LUL^1FF^1V 22 et F^1V^2 uetere *d* 27 administratas *VS*

si uelit', non sic approbatum est, quomodo ab illo in libro suo positum uidebatur, tamquam hoc in sola potestate esset hominis per liberum arbitrium — hoc quippe arguebatur sensisse dicendo 'si uelit' — sed quomodo nunc ipse respondit, immo quomodo id breuius et apertius iudices episcopi sua interlocutione commemorauerunt, hominem cum adiutorio dei et gratia posse esse sine peccato. nec tamen definitum est, quando istam perfectionem sancti assecuturi sint, utrum in corpore mortis huius an quando absorbebitur mors in uictoriam.

63. Ex his etiam, quae Caelestium dixisse uel scripsisse tamquam dogmata discipuli eius sunt obiecta Pelagio, sua quaedam et ipse cognouit, sed aliter se quam obiciebantur sensisse respondit. hinc est illud, 'quod ante aduentum Christi uixerunt quidam sancte ac iuste'; Caelestius autem dixisse perhibebatur 'quod sine peccato fuerint'. item obiectum est dixisse Caelestium 'ecclesiam esse sine macula et ruga'; Pelagius autem dixit 'dictum a se quidem, sed ita, quoniam lauacro ab omni macula et ruga purgatur ecclesia, quam uelit dominus ita permanere'. item illud dictum a Caelestio 'quoniam plus faciamus quam in lege et euangelio iussum est'; Pelagius autem 'de uirginitate hoc se dixisse' respondit, 'de qua Paulus dicit: praeceptum domini non habeo'. item obiectum est affirmare Caelestium 'unumquemque hominem posse habere omnes uirtutes et gratias', ac sic auferri diuersitatem gratiarum, quam apostolus docet; Pelagius autem respondit 'non se auferre gratiarum diuersitatem, sed dicere

9 cf. Cor. 15, 54 23 I Cor. 7, 25

2 uidebitur V^2S^1 esse LL^1FF^1V 4 tunc V^1S^1 5 aptius L^1 suo L^1 7 nec] haec V tamen] mihi F 8 assecuti FV^2 assequituri S sunt FV^1Sd 9 an quando *ex* antequam F 11 hiis LFF^1 iis d 13 ipsa P a se LUL^1FF^1P *m. 1* obiciebatur LUL^1F^1S afficiebantur V^2 14 illum F Christi aduentum S 18 quidem (e *corr.*) FF^1 sed] si F 19 quam] quia FV^2S^1 22 hec F *om.* VSd 23 domini] d' L dei U dici L^1 25 si *m. 1* F^1 26 apli' F

donare deum ei, qui fuerit dignus accipere, omnes gratias, sicut Paulo apostolo donauit'.

64. Has ex nomine Caelestii quattuor sententias non sic approbauerunt episcopi iudices, sicut eas Caelestius sensisse dicebatur, sed sicut de his respondit Pelagius. uiderunt enim, quod aliud sit sine peccato esse, aliud sancte ac iuste uiuere, sicut etiam ante aduentum Christi quosdam uixisse scriptura testatur, et quamuis non sit hic ecclesia sine macula et ruga, tamen eam et lauacro regenerationis ab omni macula rugaque purgari et eam ita uelle dominum permanere — nam et ita permanebit, quia sine macula et ruga utique in aeterna felicitate regnabit — et quod perpetua uirginitas, quae praecepta non est, sine dubio plus sit quam coniugalis pudicitia, quae praecepta est, quamuis in multis uirginitas perseueret, qui tamen non sunt sine peccato, et quod eas omnes gratias, quas loco uno commemorat, habuerit apostolus Paulus. quas tamen eum dignum fuisse accipere aut non secundum merita, sed potius secundum praedestinationem aliquo modo intellegere potuerunt — ipse enim dicit: *non sum dignus*, uel: *non sum idoneus uocari apostolus* — aut eorum intentionem subterfugit uerbum, quod Pelagius quemadmodum posuerit ipse uiderit. haec sunt, in quibus episcopi Pelagium pronuntiauerunt piis consentire doctrinis.

65. Nunc similiter recapitulando illa paulo attentius uideamus, quae illum contraria reprobare et anathematizare dixerunt. in hoc enim potius tota haeresis ista consistit. exceptis ergo illis, quae in adulatione nescio cuius uiduae in libris suis posuisse dictus est, quae ille neque in libris suis esse neque

19 I Cor. 15, 9

2 sic F^1V^1 3 in quatuor LUL^1FF^1S 5 respondet L^1 uidetur F^1VS 6 ac] et *VSd* 7 quodam *F* 8 sit *om.* LUL^1FF^1V; *in corrigendis add.* sit *V* 9 rigaque *F* 10 uel L^1 12 quod *om.* *U* 15 qui *F* omnes eas *S* 16 habuit L^1FVSd eum *om.* *F* 20 intentione LUL^1 26 tota *om.* *FS* haeresi *S* ista] tota *S* consentit LUL^1F^1 28 neque *fin.*] ne F^1

talia umquam se dixisse respondit et eos qui talia saperent, non tamquam haereticos, sed tamquam stultos anathematizauit, haec sunt, quibus haeresis illius dumeta cotidie pullulare, immo iam siluescere dolebamus: 'Adam mortalem factum, qui siue peccaret siue non peccaret, moriturus esset. quod peccatum Adae ipsum solum laeserit et non genus humanum. quod lex sic mittat ad regnum quemadmodum et euangelium. quod infantes nuper nati in illo statu sint, in quo Adam fuit ante praeuaricationem. quod neque per mortem uel praeuaricationem Adae omne genus hominum moriatur neque per resurrectionem Christi omne genus hominum resurgat. quod infantes, etsi non baptizentur, habeant uitam aeternam. quod diuites baptizati, nisi omnibus abrenuntient, si quid boni uisi fuerint facere, non eis reputetur neque regnum dei posse habere. quod gratia dei et adiutorium non ad singulos actus detur, sed in libero arbitrio sit et in lege atque doctrina. quod dei gratia secundum merita nostra detur et propterea et ipsa gratia in hominis sit posita uoluntate, siue dignus fiat siue indignus. quod filii dei non possunt uocari, nisi omnino absque peccato fuerint effecti. quod obliuio et ignorantia non subiacet peccato, quoniam non eueniant secundum uoluntatem, sed secundum necessitatem. quod non sit liberum arbitrium, si indigeat auxilio dei, quoniam propriam uoluntatem habeat unusquisque aut facere aliquid aut non facere. quod uictoria nostra ex dei non sit adiutorio, sed ex libero arbitrio. quod ex illo, quod ait Petrus diuinae nos esse consortes naturae, consequens sit, ut ita possit esse

26 II Petr. 1, 4

1 nūquam *F* se] de F^1 2 *alt.* tamquam] tamen tamquam *LUL¹F* 3 dumeta] dum ea *codd. V* quotidie *UP* 4 pullare F^1 debeamus *F* 5 esset *om. S* 6 ipsi *F* et *om. S* 8 sint] non sunt *F* 9 nec *F* 11 humanum F^1 12 in infantes *F* hant̃ *L* 14 uisi] nisi VS^1 reputentur *m. 1* F^1 imputetur *S* 15 possunt *FVS* possint *d* 16 a *F* 17 nr̄a *s. l. m. 2* L^1 18 et *alt. om. SVd* 19 pont̃ *F* possint *d* 20 qui *F* 21 subiaceant *d* subiaceat *S* 22 qui *F* 25 dei adiutorio non sit sed L^1 27 esset *F* consequentis *F* conueniens *U*

anima sine peccato quemadmodum deus'. hoc enim in undecimo capitulo libri non quidem habentis auctoris sui titulum, sed qui perhibetur esse Caelestii his uerbis positum ipse legi: 'quomodo quispiam', inquit, 'illius rei consortium suscipit, a cuius statu et uirtute esse extraneus definitur'? ideo fratres, qui haec obiecerunt, sic eum intellexerunt, tamquam eiusdem naturae animam et deum et partem dei dixerit animam; sic enim acceperunt, quod eiusdem status atque uirtutis eam esse cum deo senserit. in extremo autem obiectorum positum est: 'quod paenitentibus uenia non detur secundum gratiam et misericordiam dei, sed secundum meritum et laborem eorum, qui per paenitentiam digni fuerint misericordia'. haec omnia et si quae argumentationes ad ea confirmanda interpositae sunt sua negantem et anathematizantem Pelagium iudices approbauerunt et ideo pronuntiauerunt eum contraria ecclesiasticae fidei reprobando et anathematizando damnasse. ac per hoc quomodolibet ea Caelestius posuerit aut non posuerit uel Pelagius senserit aut non senserit, tanta mala tam nouae huius haeresis illo ecclesiastico iudicio damnata gaudeamus et deo gratias agamus laudesque dicamus.

66. De his autem quae post hoc iudicium ibi nescio quo cuneo perditorum, qui ualde in peruersum perhibentur Pelagio suffragari, incredibili audacia perpetrata dicuntur, ut dei serui et ancillae ad curam sancti Hieronymi presbyteri pertinentes sceleratissima caede afficerentur, diaconus occideretur, aedificia monasteriorum incenderentur, uix ipsum ab hoc impetu atque

24 cf. Ep. 43 Innocentii ad Iohannem Hierosolymitanum et ep. 42 ad Hieronymum (CSEL XXXV 97. 98. 96 sq.)

1 deus *om. m. 1 F* enim *om. V* 2 auctoritatis *U* 4 suscepit *Vd* a cuius] alicuius *F*[1]*V* 5 ueritate *U* diffinitur *LUL*[1]*F*[1] 6 obiacerunt *F* eius *L*[1] eisdem *F*[1]*V* 7 dixeř *L* dixerunt *UL*[1]*FF*[1] 8 enim] eum *VS* ea *F*[1] 9 senserint *LUL*[1]*F*[1]*V* senserunt *F* 10 qui *F* 16 ac] et *VS* 17 aut] an *L* 20 agimus *F* 21 a nescio quo (*m. 2*) *P*, *V*[2]*Sd* an nescio quo *F* 22 perhiberetur *F*[1]*V* 24 ancillae domini *S* ieronimi *UF* hieronimi *LL*[1] presbiteri *LUL*[1] 25 caede *m. 2 ex* corde *F* hedificia *LUF*

incursu impiorum in dei misericordia turris munitior tueretur, tacendum nobis potius uideo et expectandum quid illic fratres nostri episcopi de his tantis malis agendum existiment, quibus eos dissimulare posse quis credat? impia quippe dogmata huiusce modi hominum a quibuslibet catholicis, etiam qui ab illis terris longe absunt, redarguenda sunt, ne ubicumque nocere possint, quo peruenire potuerint; impia uero facta, quorum cohercitio ad episcopalem pertinet disciplinam, ubi committuntur, ibi potissimum a praesentibus uel in proximo constitutis diligentia pastorali et pia seueritate plectenda sunt. nos itaque tam longe positi optare debemus his causis talem illic finem dari, de quo non sit necesse ubilibet ulterius iudicare, sed quem nobis potius praedicare conueniat, ut animi omnium, qui illorum scelerum fama usquequaque uolitante grauiter uulnerati sunt, dei misericordia consequente sanentur. unde iam huius libri terminus iste sit, qui, ut spero, si sensibus tuis placere meruerit, adiuuante domino utilis erit legentibus tuo quam meo nomine commendatior et tua diligentia plurimis notior.

9 cf. Innocentii Ep. 41 (CSEL XXXV 92)

1 mitior *m. 1 F* 2 potius *om. m. 1* L^1 et *om. F* 3 a quibus *d* 4 dissimulari *V* 6 adsunt LUL^1FF^1 nec LF^1V ubique *S* 7 nocere] ncče *L* necesse UL^1F^1 possit *U* quo *om. m. 1* L^1 8 cohercio (tio *V*) *FV* coerctio *P* coertio *S* 11 obtare *L* opștare L^1 12 alterius LUL^1 indicare *F* 13 quae F^1VSd 14 usquequo *F* 15 domini UL^1F consequentes anentur *F* 16 si] sit F^1 19 Explicit liber sci aug ad scm aureliu epm de gestis Pelagii heretici contra aduersarios gre dni nri ihu xpi. Incipit conciliū cartaginis contra Pelagiu uł Celestium discipulum eius *L* Aurelii Augustini episcopi de gestis Pelagii heretici contra aduersarios gratie domini nostri Iesu Christi liber explicit feliciter. Incipit concilium Carthaginis contra Pelagium uel Celestium discipulum eius incipit feliciter *U* Liber Aurelii Augustini de gestis Pelagii contra aduersarios gratie domini nostri ihesu xpi finit L^1 Explicit liber sancti Augustini ad sanctum Aurelium episcopum de gestis Pelagii heretici contra aduersarios gratiae domini nostri ihesu xpi FF^1VS

III.

S. Aureli Augustini

de gratia Christi et de peccato originali.

M = codex Mediolanensis S. 55 A s. XI—XII.
C = codex Casalinus 83 (73) qui in bibl. ciuit. Bourges asseruatur s. XI—XII.
Ch = codex Cheltenhamensis 23021 s. XII.
T = codex Trecensis 201 s. XII.
P = codex Parisinus 2093 s. XII.
V = codex Vaticanus lat. 500 s. XV.
b = editio princeps Basileae 1506 apud Io. Amerbachium.
d = editio Benedictinorum a S. Mauro 1696.

III.

DE GRATIA CHRISTI ET DE PECCATO ORIGINALI LIBRI DVO.

LIBER PRIMVS. DE GRATIA CHRISTI.

I. 1. Quantum de uestra corporali et maxime spiritali salute gaudeamus, sincerissimi fratres dilecti a deo Albina, Piniane et Melania, quia effari non possumus, uobis cogitandum credendumque dimittimus, ut ea de quibus nos consuluistis potius iam loquamur. festinante etenim perlatore inter occupationes nostras multo apud Carthaginem quam ubicumque alibi densiores quantum deus donare dignatus est, ut potuimus, ista dictauimus.

II. 2. Scripsistis mihi cum Pelagio uos egisse, ut quaecumque aduersus eum dicerentur scripto damnaret, eumque dixisse audientibus uobis: 'anathemo qui uel sentit uel dicit gratiam dei, qua Christus uenit in hunc mundum peccatores saluos facere, non solum per singulas horas aut per singula momenta, sed etiam per singulos actus nostros non esse necessariam et qui hanc conantur auferre poenas sortiantur aeternas'. quisquis haec audit et sensum eius ignorat, quem in libris suis satis euidenter expressit, non illis quos

16 I Tim. 1, 15

2 finit lib̄ III de baptismo paruulorum. Inc̃ ad Pinianū lib I *M* Inc̃ lib̄ Aurelii Auḡ epi̅ de gra̅ xpi̅ contra Pelagiū et Celestiū *C* Inc̃ lib̄ prim' Aurelii Augustini epi̅ contra Pelagium et Cęlestium de gra̅ xpi̅ et de peccato originali ad Albinā Pinianū et Melaniā *ChTP* 5 et corporali *MC* 6 gaudemus *C* dilectissima deo albina *V* Albine *b* 7 Melanie *b* 8 committimus *bd* 9 enim *b* 10 cartaginem *ChTP* 12 tractauimus *C* 14 dampnaret *CChT* 15 anathematizo *CVd* sentit] dixit *M* 19 sortiuntur *TPCh m. 1, b* 21 illos *V*

dicit inemendatos sibi fuisse subreptos aut omnino suos negat, sed in illis quos litteris suis quas Romam misit commemorat, omnino eum putat hoc sentire quod ueritas habet; quisquis autem quid in eis apertius dicat aduertit, debet habere etiam ista uerba suspecta, quia, etsi gratiam dei, qua Christus uenit in mundum peccatores saluos facere, in sola peccatorum remissione constituat, potest huic sensui uerba ista coaptare dicens ideo eam per singulas horas, per singula momenta et per actus singulos necessariam, ut semper in memoria retinentes et reminiscentes dimissa nobis esse peccata non peccemus ulterius adiuti non aliqua subministratione uirtutis, sed uiribus propriae uoluntatis quid sibi remissione peccatorum praestitum fuerit per actus singulos recordantis. item quoniam solent dicere nobis in eo Christum ad non peccandum praebuisse adiutorium, quia iuste ipse uiuendo iusteque docendo reliquit exemplum, possunt etiam ad hoc ista uerba coaptare, ut dicant per singula momenta, per singulos actus necessariam nobis esse huius modi gratiam, id est ut in omni conuersatione nostra intueamur dominicae conuersationis exemplum. peruidet autem fides uestra a confessione gratiae, de qua quaestio est, quam sit distinguenda ista confessio et tamen obtegi potest istorum ambiguitate uerborum.

III. 3. Sed quid mirum? quandoquidem ipse Pelagius, cum episcopalibus gestis sine ulla recusatione damnauerit eos, qui dicunt gratiam dei et adiutorium non ad singulos actus dari, sed in libero arbitrio esse uel in lege atque doctrina — ubi putabamus eius de hac re omnes tergiuersationes esse consumptas — damnauerit etiam eos, qui docent gratiam dei secundum merita nostra dari, tamen in libris, quos edidit pro

5 I Tim. 1, 15 24 cf. pag. 84, 3 sqq.

2 in litteris *C* 4 aptius *b* aduerti* *M* 6 remissione peccatorum *Vd* 7 ista uerba *b* 11 adiutorium *M* 13 recordantibus *V* recordantes *b* 14 in eo nobis *M* 16 iusteque docendo *in ras. M* iusteque dicendo *b* 18 modi *om. V* 22 ista *V* 23 quoniamquidem *V* 26 ubi] si *V* 27 esse *in ras. M*

libero arbitrio, quorum mentionem facit in epistula, quam Romam misit, nihil aliud sentire monstratur quam id quod damnasse uidebatur. nam gratiam dei et adiutorium, quo adiuuamur ad non peccandum, aut in natura et libero ponit arbitrio aut in lege atque doctrina, ut uidelicet, cum adiuuat deus hominem, ut declinet a malo et faciat bonum, reuelando et ostendendo quid fieri debeat adiuuare credatur, non etiam cooperando et dilectionem inspirando, ut id quod faciendum esse cognouerit faciat.

4. Nam cum tria constituat atque distinguat, quibus diuina mandata dicit inpleri: possibilitatem, uoluntatem, actionem — possibilitatem scilicet, qua potest homo esse iustus, uoluntatem, qua uult esse iustus, actionem, qua iustus est — horum trium primum, id est possibilitatem datam confitetur a creatore naturae nec esse in nostra potestate, sed eam nos habere, etiamsi nolimus, duo uero reliqua, id est uoluntatem et actionem nostra esse asserit atque ita nobis tribuit, ut nonnisi a nobis esse contendat. denique gratia dei non ista duo, quae nostra omnino uult esse, id est uoluntatem et actionem, sed illam, quae in potestate nostra non est et nobis ex deo est, id est possibilitatem, perhibet adiuuari, tamquam illa quae nostra sunt, hoc est uoluntas et actio, tam sint ualentia ad declinandum a malo et faciendum bonum, ut diuino adiutorio non indigeant, illud uero, quod nobis ex deo est, hoc sit inualidum, id est possibilitas, ut semper gratiae adiuuetur auxilio.

IIII. 5. Sed ne quis forsitan dicat nos uel non recte intellegere quae loquitur uel maleuolo animo in alium sensum quae non ita dicta sunt uertere, ipsa iam uerba eius accipite. 'nos', inquit, 'sic tria ista distinguimus et certum uelut in ordinem

6 I Petr. 3, 11 (cf. Ps. 33, 15; 36, 27)

4 in libero *C* 6 declinat *b* faciat *om. V* 10 distingat *C* 11 et actionem *b* 14 confitetur datam *C* 16 nolumus *b* 17 nobis ita *C* 18 esse a nobis *ChP* gratia* *Ch* in ista *Ch* 19 in nostra *C* uult omnino *TP* id est *om. P* 20 nostra est *C* non *om. V* 23 uolentia *m. 1 ChT* 28 maliuolo *CTPb* 29 eius uerba *b*

digesta partimur. primo loco posse statuimus, secundo uelle, tertio esse; posse in natura, uelle in arbitrio, esse in effectu locamus. primum illud, id est posse ad deum proprie pertinet, qui illud creaturae suae contulit, duo uero reliqua, hoc est uelle et esse ad hominem referenda sunt, quia de arbitrii fonte descendunt. ergo in uoluntate et opere bono laus hominis est, immo et hominis et dei, qui ipsius uoluntatis et operis possibilitatem dedit quique ipsam possibilitatem gratiae suae adiuuat semper auxilio; quod uero potest homo uelle bonum atque perficere, solius dei est. potest itaque illud unum esse, etiamsi duo ista non fuerint, ista uero sine illo esse non possunt. itaque liberum mihi est nec uoluntatem bonam habere nec actionem, nullo autem modo possum non habere possibilitatem boni; inest mihi, etiamsi noluero, nec otium sui aliquando in hoc natura recipit. quem nobis sensum exempla aliqua faciant clariorem. quod possumus uidere oculis, nostrum non est, quod uero bene aut male uidemus, hoc nostrum est; quod loqui possumus, dei est, quod uero bene aut male loquimur, nostrum est. et ut generaliter uniuersa complectar: quod possumus omne bonum facere, dicere, cogitare, illius est, qui hoc posse donauit, qui hoc posse adiuuat; quod uero bene uel agimus uel loquimur uel cogitamus, nostrum est, quia haec omnia uertere in malum etiam possumus. unde, quod propter calumniam uestram saepe repetendum est, cum dicimus posse hominem esse sine peccato, et confessione possibilitatis acceptae laudamus deum, qui nobis hoc posse largitus est, nec est ibi ulla laudandi hominis occasio, ubi solius dei causa tractatur; non enim de uelle nec de esse, sed tantummodo de eo quod potest esse disseritur'.

V. 6. Ecce est totum dogma Pelagii in libro eius tertio pro

2 affectu *CV* 4 illut *C* (*saepius*) 9 homo potest *b* 11 ullo *M* 15 hoc] illo *b* 16 facient *Vbd* 17 *pr.* est *om.* *V* 18 quod loqui—nostrum est *om.* *CChTPVbd; cf. pag. 139, 10* 21 uero *om.* *C* 23 etiam in malum *b* calumpniam *CT* 24 nostram *b* hominem posse *Vbd* 25 et *om.* *CChTP* 30 tertio eius *P*

libero arbitrio his omnino uerbis diligenter expressum, quo tria ista, unum quod est posse, alterum quod est uelle, tertium quod est esse, id est possibilitatem, uoluntatem, actionem, tanta curauit subtilitate distinguere, ut quandocumque legimus uel audimus eum diuinae gratiae adiutorium confiteri, ut a malo declinemus bonumque faciamus, siue in lege atque doctrina siue ubilibet constituat, sciamus quid loquitur nec erremus aliter eum intellegendo quam sentit. scire quippe debemus, quod nec uoluntatem nostram nec actionem diuino adiuuari credit auxilio, sed solam possibilitatem uoluntatis atque operis, quam solam in his tribus nos habere affirmat ex deo, tamquam hoc sit infirmum, quod deus ipse posuit in natura, cetera uero duo, quae nostra esse uoluit, ita sint firma et fortia et sibi sufficientia, ut nullo indigeant eius auxilio, et ideo non adiuuet ut uelimus, non adiuuet ut agamus, sed tantummodo adiuuet ut uelle et agere ualeamus. contra autem apostolus cum timore, inquit, et tremore uestram ipsorum salutem operamini. et ut scirent, quia non tantum in eo quod operari possint — hoc etenim in natura et in doctrina iam acceperant — sed etiam in eo quod operantur diuinitus adiuuantur, non ait: deus est enim qui operatur in uobis posse, tamquam ipsi iam et uelle et operari per se ipsos habeant nec in his duobus adiutorio eius indigeant, sed ait: deus est enim qui operatur in uobis et uelle et perficere, uel, sicut in aliis et maxime graecis codicibus legitur, et uelle et operari. uidete si non apostolus gratiae dei futuros aduersarios sancto spiritu tanto ante praeuidit et haec duo, id est et uelle et operari, quae iste ita nostra esse uoluit,

17 Phil. 2, 12 23 Phil. 2, 13

3 accionem *C* 4 subtilitate curauit *b* 5 eum *om. CChTPVbd* 7 quod *MCP* loquimur *m. 1 T* 12 ipse deus *b* 13 uelit *b* 16 adiuuat *b* 17 urm *CChT m. 1* operamini salutem *Vbd* 19 possent *M* enim *Vbd* 20 adiuuentur *b* 21 nobis *V* 22 *pr.* et *om. b* 24 enim est *Vbd* 25 maxime et *M* 28 *pr.* et *om. C* operari per se ipsos *C* iste *om. M*

tamquam ipsa diuinae gratiae non adiuuentur auxilio, deum in nobis dixit operari.

VI. 7. Neque hinc Pelagius incautos fallat et simplices uel etiam se ipsum, quoniam cum dixisset: 'ergo in uoluntate et opere bono laus hominis est', uelut correxit atque addidit: 'immo et hominis et dei'. non enim hoc propterea dixit, quia secundum sanam doctrinam intellegi uoluit, quod et uelle et operari deus operetur in nobis, sed cur hoc dixerit satis euidenter ostendit continuo subiungendo: 'qui ipsius uoluntatis et operis possibilitatem dedit'. hanc autem possibilitatem in natura eum ponere de uerbis eius superioribus clarum est. sed ne nihil de gratia dixisse uideretur, adiunxit: 'quique ipsam possibilitatem gratiae suae adiuuat semper auxilio'; non ait: ipsam uoluntatem uel ipsam operationem — quod si diceret, non abhorrere a doctrina apostolica uideretur — sed ait: 'ipsam possibilitatem', illud uidelicet ex tribus, quod in natura locauit, 'gratiae suae adiuuat semper auxilio', ut scilicet in uoluntate et actione non ideo laus sit et dei et hominis, quia sic uult homo, ut tamen deus uoluntati eius ardorem dilectionis inspiret, et sic operatur homo, ut tamen deus cooperetur — sine cuius adiutorio quid est homo? — sed ideo ad hanc laudem adiunxit et deum, quia nisi natura esset in qua nos condidit, qua uelle et agere possemus, nec uellemus nec ageremus.

8. Hanc autem naturalem possibilitatem quod adiuuari dei gratia confitetur, non est hic apertum uel quam dicat gratiam uel quatenus ea naturam sentiat adiuuari; sed sicut aliis locis, in quibus euidentius loquitur, intellegi potest, non uult aliud accipi quam legem atque doctrinam, qua naturalis possibilitas adiuuetur.

VII. Nam quodam loco ait: 'hic nos imperitissimi hominum

2 dicit *b* 3 Pelagius hic *b* 5 laus] locus *M* 8 dixit *b* 12 adiun*xit *T* 15 aborrere* *C* 18 *med.* et *om.* *C* 19 sic] si**sicut *M* si sic *CChTPVb* eius uoluntati deus *TPb* 21 cuius] eius *b* quis *Vb* 22 adiuncxit *T* 25 quam *V*

putant iniuriam diuinae gratiae facere, quia dicimus eam sine uoluntate nostra nequaquam in nobis perficere sanctitatem — quasi deus gratiae suae aliquid imperauerit et non illis, quibus imperauit, etiam gratiae suae auxilium subministret, ut quod per liberum homines facere iubentur arbitrium, facilius possent implere per gratiam' — et tamquam explicaturus quam dicat gratiam secutus adiunxit dicens: 'quam nos non, ut tu putas, in lege tantummodo, sed et in dei esse adiutorio confitemur'. quis non hic desideret ut ostendat quam uelit intellegi gratiam? propter hoc enim maxime de illo expectare debemus, ut dicat hoc quod dicit non in lege tantummodo se gratiam confiteri. sed nobis hac expectatione suspensis quid addiderit intuemini. 'adiuuat enim nos deus', inquit, 'per doctrinam et reuelationem suam, dum cordis nostri oculos aperit; dum nobis, ne praesentibus occupemur, futura demonstrat; dum diaboli pandit insidias; dum nos multiformi et ineffabili dono gratiae caelestis illuminat'. deinde sententiam suam quadam uelut absolutione concludens 'qui haec dicit', inquit, 'gratiam tibi uidetur negare an et liberum hominis arbitrium et dei gratiam confitetur'? in his omnibus non recessit a commendatione legis atque doctrinae, hanc esse adiuuantem gratiam diligenter inculcans et hoc exequens quod proposuerat, cum diceret: 'sed in dei esse adiutorio confitemur'. denique dei adiutorium multipliciter insinuandum putauit commemorando doctrinam et reuelationem et oculorum cordis adapertionem et demonstrationem futurorum et apertionem diabolicarum insidiarum et multiformi atque ineffabili dono gratiae caelestis illuminationem, ad hoc utique, ut diuina praecepta et promissa

2 nostra] naturae *V* 4 subministrat *MCChTP* 6 dicant *T* 7 sequutus *m. 1 Ch* 8 dei] legis *M* 10 de] ab *V* 11 hoc] homo *M* qui *MC* quid *Ch* se] sed *M* 12 hae *M* 13 inquit deus *b* 14 apperit *T* 15 dum *bis leg. P* 20 omnibus his *C* 21 gratiam adiuuantem *C* 22 exsequens *MPbd* 23 sed et in legis esse arbitrio confitemur adiutorium *M* confitemur adiutorium *C* dei] legis *M om. VCh m. 1* 24 adiutorium *om. MCTPVCh m. 1* 27 multiformem atque ineffabilem *b* 28 ut] et *M*

discamus. hoc est ergo gratiam dei ponere in lege atque doctrina.

VIII. 9. Hinc itaque apparet hanc eum gratiam confiteri, qua demonstrat et reuelat deus quid agere debeamus, non qua donat atque adiuuat, ut agamus, cum ad hoc potius ualeat legis agnitio, si gratiae desit opitulatio, ut fiat mandati praeuaricatio; ubi enim non est lex, ait apostolus, nec praeuaricatio, et: concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret: non concupisces. ac per hoc usque adeo aliud est lex, aliud gratia, ut lex non solum nihil prosit, uerum etiam plurimum obsit, nisi adiuuet gratia, et haec ostendatur legis utilitas, quoniam quos facit praeuaricationis reos, cogit confugere ad gratiam liberandos et ut concupiscentias malas superent adiuuandos. iubet enim magis quam iuuat, docet morbum esse, non sanat; immo ab ea potius quod non sanatur augetur, ut attentius et sollicitius gratiae medicina quaeratur, quia littera occidit, spiritus autem uiuificat. si enim data esset lex, quae posset uiuificare, omnino ex lege esset iustitia; in quantum tamen etiam lex adiuuet, adiungit et dicit: sed conclusit scriptura omnia sub peccato, ut promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus. itaque lex, inquit, paedagogus noster fuit in Christo Iesu. hoc ipsum ergo superbis est utile sub peccato artius manifestiusque concludi, ne ad faciendam iustitiam de liberi arbitrii quasi propriis uiribus praesumatur, sed omne os obstruatur et reus fiat omnis mundus deo, quia non iustificabitur ex lege omnis caro coram illo; per legem enim cognitio pec-

7 Rom. 4, 15 8 Rom. 7, 7 17 II Cor. 3, 6 18 Gal. 3, 21 20 Gal. 3, 22. 24 26 Rom. 3, 19—21

3 hic *CChTP* 4 debemus *b* 6 oppitulatio *C* 7 lex *om. m. 1 C* 10 aliud est gratia *Vd* 11 adiuuat *C* hic *V* 12 quos] quod *M* 14 iuuet *V* 16 quā *C* sollicicius *C* solicitius *T* 18 quae omnino *M* quo *V* iustificare *ChC m. 2, b* 20 etiam *Ch om. b* 24 utilis *M* 27 iustificatur *CChTP*

cati. nunc autem sine lege iustitia dei manifestata est, testificata per legem et prophetas. quomodo ergo sine lege manifestata, si per legem testificata? non itaque sine lege manifestata, sed sine lege iustitia, quia iustitia dei est, id est quae nobis non ex lege sit, sed ex deo, non quae illo imperante cognoscendo timeatur, sed quae illo donante diligendo teneatur, ut et qui gloriatur in domino glorietur.

VIIII. 10. Quid ergo est, quod iste legem atque doctrinam deputat gratiam, qua iuuamur ad operandam iustitiam, quae ut multum adiuuet, ad hoc adiuuat ut gratia requiratur? nemo enim legem potest implere per legem; plenitudo enim legis caritas, caritas autem dei non per legem diffusa est in cordibus nostris, sed per spiritum sanctum qui datus est nobis. proinde per legem gratia demonstratur, ut lex per gratiam compleatur. quid enim iuuat Pelagium, quia diuersis uerbis eandem rem dicit, ut non intellegatur in lege atque doctrina gratiam constituere, qua possibilitatem naturae asserit adiuuari? quantum autem existimo, ideo ueretur intellegi, quia damnauit eos, qui dicunt gratiam dei et adiutorium non ad singulos actus dari, sed in libero arbitrio esse uel in lege atque doctrina, et tamen latere se putat, cum aliis atque aliis locutionibus uersat significationem legis atque doctrinae.

X. 11. Et alio quippe loco, cum diu asseruisset non adiutorio dei, sed ex nobis ipsis in nobis effici uoluntatem bonam, opposuit sibi ex apostoli epistola quaestionem atque ait: 'et quomodo', inquit, 'stabit illud apostoli: deus est enim qui operatur in uobis et uelle et perficere'? deinde ut hanc oppositionem ueluti solueret, quam uidebat dogmati suo uehementer esse contrariam, secutus adiunxit: 'operatur in nobis uelle quod bonum est, uelle quod sanctum est, dum nos

7 I Cor. 1, 31 11 Rom. 13, 10 12 Rom. 5, 5 27 Phil. 2, 13

3 manifestata est *C* ita *b* 7 et *om. M* 11 potest legem *Vbd* 15 pellagium *T* 22 loquutionibus *m. 1 Ch* 26 posuit *MCChTP* 27 inquies *M* 28 nobis *CT* 30 sequutus *PCh m. 1* adiuncxit *T*

terrenis cupiditatibus deditos et mutorum more animalium tantummodo praesentia diligentes futurae gloriae magnitudine et praemiorum pollicitatione succendit; dum reuelatione sapientiae in desiderium dei stupentem suscitat uoluntatem; dum nobis' — quod tu alibi negare non metuis — 'suadet omne quod bonum est'. quid manifestius nihil aliud eum dicere gratiam, qua deus in nobis operatur uelle quod bonum est, quam legem atque doctrinam? in lege namque et doctrina sanctarum scripturarum futurae gloriae atque praemiorum promittitur magnitudo, ad doctrinam pertinet etiam quod sapientia reuelatur, ad doctrinam pertinet cum suadetur omne quod bonum est. et si inter docere et suadere uel potius exhortari distare aliquid uidetur, etiam hoc tamen doctrinae generalitate concluditur, quae quibusque sermonibus uel litteris continetur; nam et sanctae scripturae et docent et exhortantur et potest esse in docendo et exhortando etiam hominis operatio. sed nos eam gratiam uolumus isti aliquando fateantur, qua futurae gloriae magnitudo non solum promittitur, uerum etiam creditur et speratur, nec solum reuelatur sapientia, uerum et amatur nec solum suadetur omne quod bonum est, uerum et persuadetur. *non enim omnium est fides*, qui audiunt per scripturas regnum caelorum dominum pollicentem, aut omnibus persuadetur quibuscumque suadetur, ut ueniant ad eum qui dicit: *uenite ad me omnes qui laboratis*; quorum autem sit fides et quibus persuadetur, ut ad eum ueniant, satis ipse demonstrauit, ubi ait: *nemo uenit ad me, nisi pater qui misit me traxerit eum*, et paulo post, cum de non credentibus loqueretur, *dixi*, inquit, *uobis*,

21 II Thess. 3, 2 24 Matth. 11, 28 26 Ioh. 6, 44 28 Ioh. 6, 65

1 debitos *M* et *om. b* 2 diligenter *M* 5 quod tamen alibi negare non metuit *V* 11 suadetur] studetur *M* 12 potius *om. m. 1 C* 13 exortari *C* 14 quibusque] quibus quia *C* 16 exortantur *CT* exortando *CP* 17 nolumus *b* iste aliquando fateatur *d* 18 futura lege *M* 20 etiam et *CTPb* suadetur solum *b* 22 dominum regnum caelorum *ChVbd* 24 ad me *post* laboratis *C* 26 uenient *b* monstrauit *M*

quia nemo potest uenire ad me, nisi fuerit ei datum a patre meo. hanc debet Pelagius gratiam confiteri, si uult non solum uocari, uerum etiam esse christianus.

XI. 12. Quid autem dicam de reuelatione sapientiae? neque enim facile quisquam sperauerit in hac uita posse peruenire ad magnitudinem reuelationum apostoli Pauli et utique in eis quid aliud credendum est ei reuelari solere, nisi quod ad sapientiam pertineret? et tamen dicit: in magnitudine reuelationum mearum ne extollar, datus est mihi stimulus carnis meae, angelus satanae, qui me colaphizet. propter quod ter dominum rogaui, ut auferret eum a me, et dixit mihi: sufficit tibi gratia mea; nam uirtus in infirmitate perficitur. procul dubio si iam summa et cui nihil esset addendum caritas in apostolo tunc fuisset, quae omnino non posset inflari, numquid necessarius esset angelus satanae, quo colaphizante reprimeretur elatio, quae in magnitudine reuelationum posset existere? quid est autem aliud elatio quam inflatio? et utique de caritate uerissime dictum est: caritas non aemulatur, non inflatur. haec itaque caritas adhuc etiam in tanto apostolo de die in diem profecto augebatur, quamdiu homo eius interior de die in diem renouabatur, perficienda sine dubio ubi iam non posset inflari. tunc autem mens eius adhuc erat, ubi inflaretur magnitudine reuelationis, donec impleretur solido aedificio caritatis; nondum enim perueniendo apprehenderat, quo proficiendo currebat.

XII. 13. Ideoque nolenti perpeti molestiam, qua eius cohiberetur elatio, antequam esset in eo caritatis ultima et summa perfectio, rectissime dicitur: sufficit tibi gratia mea; nam

8 II Cor. 12, 7—9 19 I Cor. 13, 4 21 cf. II Cor. 4, 16 29 II Cor. 12, 9

1 quia *om. m. 1 C* ad me *om. M* 2 gram (*s. l. m. 2*) debet *C* gratiam *om. C* 6 pauli apostoli pauli *C* 8 tamen] cum *b* 10 sathanae *MCChP* 14 adesset *Ch* 15 nunquid *TP* nunquam *V* 16 sathanae *MCP* 19 inflatur non emulatur *C* 23 erat adhuc *C* 27 uolenti *b*

uirtus in infirmitate perficitur; in infirmitate scilicet non, ut ille putat, carnis tantum, sed et carnis et animi, quia et animus erat in comparatione summae illius perfectionis infirmus, quando extolleretur. proinde stimulus carnis angelus satanae intellegebatur datus, quamuis esset in carnalium uel animalium nondum percipientium quae sunt spiritus dei comparatione firmissimus. quocirca si uirtus in infirmitate perficitur, quisquis se non fatetur infirmum, non perficitur. haec autem gratia, qua uirtus in infirmitate perficitur. praedestinatos et secundum propositum uocatos ad summam perfectionem glorificationemque perducit. qua gratia agitur non solum ut facienda nouerimus, uerum etiam ut cognita faciamus nec solum ut diligenda credamus, uerum etiam ut credita diligamus.

XIII. 14. Haec gratia si doctrina dicenda est, certe sic dicatur, ut altius et interius eam deus cum ineffabili suauitate credatur infundere non solum per eos, qui plantant et rigant extrinsecus, sed etiam per se ipsum, qui incrementum suum ministrat occultus, ita ut non ostendat tantummodo ueritatem, uerum etiam inpertiat caritatem. sic enim docet deus eos, qui secundum propositum uocati sunt, simul donans et quid agant scire et quod sciunt agere. unde ad Thessalonicenses sic apostolus loquitur: de caritate autem fraternitatis non opus habetis uobis scribi; nam ipsi uos a deo didicistis, ut diligatis inuicem. atque ut probaret eos a deo didicisse, subiunxit: etenim facitis illud in omnes fratres in uniuersa Macedonia, tamquam hoc sit certissimum indicium, quod a deo didiceris, si id quod didiceris feceris. isto modo sunt omnes secundum propositum

6 I Cor. 2, 14 9 II Cor. 12, 9 10 Rom. 8, 28 17 cf. I Cor. 3, 7 23 I Thess. 4, 9 26 I Thess. 4, 10

1 in *alt. om.* *C* 3 corporatione *M* 4 quando] quin *MCh in mg.* quandone *P* cui ne *Vd* 9 quia *M* 11 ait *M* 16 ineffabilis *M* 22 tessalonicenses *MChT* 23 loquitur apostolus *C* 26 didiscisse *C* subiuncxit *T* 28 didiceritis *b* didiceritis feceritis *b*

uocati, sicut scriptum est in Prophetis, docibiles dei. qui autem nouit quidem quid fieri debeat et non facit, nondum a deo didicit secundum gratiam, sed secundum legem, non secundum spiritum, sed secundum litteram, quamuis multi quod imperat lex facere uideantur timore poenae, non amore iustitiae, quam dicit apostolus iustitiam suam, quae ex lege est, tamquam sit imperata, non data; si autem data est, non dicitur iustitia nostra, sed dei, quia sic fit nostra, ut sit nobis ex deo. dicit enim: ut inueniar in illo non habens meam iustitiam quae ex lege est, sed eam quae ex fide est Iesu, iustitiam ex deo. tantum igitur inter legem distat et gratiam, ut, cum lex esse non dubitetur ex deo, iustitia tamen, quae ex lege est, non sit ex deo, sed iustitia, quae per gratiam consummatur, ex deo. quia ex lege iustitia dicitur, quae fit propter legis maledictum, iustitia ex deo dicitur, quae datur per gratiae beneficium, ut non sit terribile, sed suaue mandatum, sicut oratur in psalmo: suauis es, domine, et in tua suauitate doce me iustitiam tuam, id est, ut non formidine poenae seruiliter cogar esse sub lege, sed libera caritate delecter esse cum lege. praeceptum quippe liber facit, qui libens facit. et hoc modo quisquis discit, agit omnino quicquid agendum didicerit.

XIIII. 15. De isto docendi modo etiam dominus ait: omnis, qui audiuit a patre meo et didicit, uenit ad me. qui ergo non uenerit, non de illo recte dicitur 'audiuit quidem et didicit sibi esse ueniendum', sed facere non uult quod didicit, prorsus non recte dicitur de isto docendi modo, quo per gratiam docet deus. si enim, sicut ueritas loquitur, omnis, qui didicit, uenit, quisquis non uenit, profecto nec

1 Es. 54, 13; Ioh. 6, 45 9 Phil. 3, 9 17 Ps. 118, 68 24. 29 Ioh. 6, 45

2 nouit quid est quod *P* quidem] quid ẽşţ (*corr. m. 2*) *Ch* quod *bd* nundum *m. 1 Ch* 10 est ex lege *C* 14 consummatur] est sumatur *M* ex deo est quia *V* dicitur iustitia *C* 15 maledictum] mandatum *TPb* 21 dicit *V* agit *om. V* 22 quidquid *M* quicquit *C* 27 prorsus—didicit *om. ChV*

didicit. quis autem non uideat et uenire quemquam et non uenire arbitrio uoluntatis? sed hoc arbitrium potest esse solum, si non uenit; non autem potest nisi adiutum esse, si uenit, et sic adiutum, ut non solum quid faciendum sit sciat, sed quod scierit etiam faciat. ac per hoc, quando deus docet non per legis litteram, sed per spiritus gratiam, ita docet, ut quod quisque didicerit non tantum cognoscendo uideat, sed etiam uolendo appetat agendoque perficiat. et isto diuino docendi modo etiam ipsa uoluntas et ipsa operatio, non sola uolendi et operandi naturalis possibilitas adiuuatur. si enim solum posse nostrum hac gratia iuuaretur, ita diceret dominus: omnis, qui audiuit a patre et didicit, potest uenire ad me; non autem ita dixit, sed omnis, qui audiuit, inquit, a patre et didicit, uenit ad me. uenire posse in natura ponit Pelagius uel etiam, ut modo dicere coepit, in gratia, qualemlibet eam sentiat, 'qua ipsa', ut dicit, 'possibilitas adiuuatur'; uenire autem iam in uoluntate et opere est. non est autem consequens, ut qui potest uenire, etiam ueniat, nisi id uoluerit atque fecerit. sed omnis qui didicit a patre non solum potest uenire, sed uenit. ubi iam et possibilitatis profectus et uoluntatis affectus et actionis effectus est.

XV. 16. Quid sibi ergo uolunt exempla, nisi quia reuera nobis eius sensum fecerunt, sicut est pollicitus, clariorem? non ut ea sentire debeamus, sed ut id quod ipse sensit manifestius apertiusque noscamus. 'quod possumus', inquit, 'uidere oculis, nostrum non est; quod uero bene aut male uidemus, hoc nostrum est'. respondeat illi psalmus, ubi deo dicitur: auerte oculos meos, ne uideant uanitatem. quod etsi de oculis mentis dictum est, inde utique procedit in hos oculos

13 Ioh. 6, 45 28 Ps. 118, 37

5 facit *b* 15 pellagius *T* uellem ut modo diceret in gratia qualem eam sentiat *V* 16 qualemibet *P* adiuuetur *C* 19 adque *M* 20 est possibilitatis *V* possibilitas *m. 1 T* 21 est *om. V* 22 ergo sibi *b* nobis reuera *C* 23 pollicitus est *Vbd* 26 non *om. m. 1 T* 27 hoc *om. C* deo] de eo *b* 28 de *om. m. 1 T*

carnis uel bene uidere uel male, non quemadmodum dicuntur bene uidere sanis oculis intuentes et male lippientes, sed bene uidere ad subueniendum, male uidere ad concupiscendum. quamuis enim per hos exteriores oculos uideatur et pauper, cui subuenitur, et mulier, quae concupiscitur, tamen ex interioribus ad male uel bene uidendum misericordia uel libido procedit. cur ergo dicitur deo: auerte oculos meos, ne uideant uanitatem? cur petitur quod ad nostram pertinet potestatem, si deus non adiuuat uoluntatem?

XVI. 17. 'Quod loqui possumus', inquit, 'dei est, quod uero bene uel male loquimur, nostrum est'. non hoc docet ille, qui loquitur bene; non enim uos estis, inquit, qui loquimini, sed spiritus patris uestri qui loquitur in uobis. 'et ut generaliter', inquit, 'uniuersa complectar: quod possumus omne bonum facere, dicere, cogitare, illius est qui hoc posse donauit, qui hoc posse adiuuat'. ecce etiam hic superiorem repetit sensum, quod illorum trium, id est possibilitatis, uoluntatis, actionis, nonnisi possibilitas adiuuatur. denique adiungens, ut inpleat quod intendit, 'quod uero bene', inquit, 'uel agimus uel loquimur uel cogitamus, nostrum est'. oblitus est quod superius quasi correxerat, ubi, cum dixisset: 'ergo in uoluntate et opere bono laus hominis est', adiunxit atque ait 'immo et hominis et dei, qui ipsius uoluntatis et operis possibilitatem dedit'. cur etiam in his exemplis hoc non recordatus est, ut saltem in eorum fine diceret: quod possumus omne bonum facere, dicere, cogitare, illius est qui hoc posse donauit, qui hoc posse adiuuat; quod uero bene uel agimus uel loquimur uel cogitamus, et nostrum est et illius? non hoc dixit, sed, nisi fallor, uideor mihi uidere quod timuit.

7 Ps. 118, 37 12 Matth. 10, 20

1 dicuntur] deum *V* 2 male uidere lippientes *M* 6 bene uel male *C* 11 uel bene uel male *C* qui locuturis *MCh m. 2* quod loquuturi *m. 1 Ch* qui loquūtis (~ *add. m. 2*) *C* quod locuturi *T* 12 inquit estis *ChTP* estis inquit estis *M* 13 uestri] mei *P* 16 etiam *om. V* 17 sensum] sermonem *V* 25 finē *C* 29 quid *TVbd*

XVII. 18. Cum enim uellet ostendere quare nostrum sit, 'quia haec', inquit, 'omnia uertere etiam in malum possumus'. illud ergo timuit, ut non diceret 'et nostrum est et dei', ne sibi responderetur: si quod bene agimus, loquimur, cogitamus, ideo est et nostrum et dei, quia ille nobis hoc posse donauit, ergo et quod malum agimus, loquimur, cogitamus, et nostrum est et dei, quia illud posse ad utrumque donauit atque ita, quod absit, quemadmodum cum deo laudamur in operibus bonis, sic cum illo culpamur in malis. possibilitas quippe illa, quam dedit, tam nos facit bona posse quam mala.

XVIII. 19. De qua possibilitate Pelagius in libro primo pro libero arbitrio ita loquitur: 'habemus autem', inquit, 'possibilitatem utriusque partis a deo insitam uelut quandam, ut ita dicam, radicem fructiferam atque fecundam, quae ex uoluntate hominis diuersa gignat et pariat et quae possit ad proprii cultoris arbitrium uel nitere flore uirtutum uel sentibus horrere uitiorum'. ubi non intuens quid loquatur unam eandemque radicem constituit bonorum et malorum contra euangelicam ueritatem doctrinamque apostolicam. nam et dominus nec arborem bonam dicit posse facere fructus malos nec malam bonos; et apostolus Paulus, cum dicit radicem malorum omnium esse cupiditatem, admonet utique intellegi radicem bonorum omnium caritatem. unde si duae arbores, bona et mala duo sunt homines, bonus et malus, quid est bonus homo nisi uoluntatis bonae, hoc est arbor radicis bonae? et quid est homo malus nisi uoluntatis malae, hoc est arbor radicis malae? fructus enim harum radicum atque arborum facta sunt, dicta sunt, cogitata sunt, quae bona de bona uoluntate procedunt et mala de mala.

20 cf. Matth. 7, 18 21 cf. I Tim. 6, 10

2 etiam *om. m. 1 C* 3 ne] quasi *V* 5 ideo est et nostrum est *C* hoc nobis *C* nobis *post* posse *leg. in b* 8 bonis operibus *P* 16 nitere] ridere *V* 17 eamdemque *T* 18 constituit radicem *Ch* 23 omnium bonorum *ChP* 25 radicis—arbor *om. V* 27 radicis mala *V* enim] autem *Vbd* enim (*in mg. m. 2* autem) *Ch* radič *C*

XVIIII. 20. Facit autem homo arborem bonam, quando dei accipit gratiam; non enim se ex malo bonum per se ipsum facit, sed ex illo et per illum et in illo qui semper est bonus nec tantum ut arbor sit bona, sed etiam ut faciat fructus bonos, eadem gratia necessarium est ut adiuuetur, sine qua boni aliquid facere non potest. ipse quippe in bonis arboribus cooperatur fructum, qui et forinsecus rigat atque excolit per quemlibet ministrum et per se dat intrinsecus incrementum. malam uero arborem homo facit, quando se ipsum malum facit, quando a bono incommutabili deficit; ab eo quippe defectus est origo uoluntatis malae. qui defectus non aliam naturam malam initiat, sed eam quae bona condita est uitiat; sanato autem uitio nullum malum remanet, quia uitium naturae quidem inerat, sed uitium natura non erat.

XX. 21. Illa ergo possibilitas non, ut iste opinatur, una eademque radix est bonorum et malorum; aliud est enim caritas radix bonorum, aliud cupiditas radix malorum tantumque inter se differunt quantum uirtus et uitium. sed plane illa possibilitas utriusque radicis est capax, quia non solum potest homo habere caritatem, qua sit arbor bona, sed potest etiam cupiditatem, qua sit arbor mala. sed cupiditas hominis, quae uitium est, hominem habet auctorem uel hominis deceptorem, non hominis creatorem; ipsa est enim concupiscentia carnis et concupiscentia oculorum et ambitio saeculi, quae non est ex patre, sed ex mundo est. quis autem nesciat mundi nomine solere appellare scripturam a quibus habitatur hic mundus?

XXI 22. Caritas autem, quae uirtus est, ex deo nobis est, non ex nobis scriptura teste, quae dicit: caritas ex deo

7 cf. I Cor. 3, 7 17 cf. I Tim. 6, 10 24 I Ioh. 2, 16 29 I Ioh. 4, 7. 8

1 dei] a deo *P* 5 ut *om. M* 9 homo] hōç *C* 10 defecit *M* defficit *C* 11 uoluntatis malae origo *C* 12 initiat] nuntiat *V* est condita *Pb* 16 malorum et bonorum *C* enim est *b* 17 radix est bonorum *b* 18 quanto *M* 23 est *om. m. 1 C* 25 est *om. TP*

est, et omnis qui diligit ex deo natus est et cognouit deum, quia deus caritas est. secundum istam caritatem melius intellegitur dictum: qui natus est ex deo, non peccat et quia non potest peccare, quia caritas, secundum quam natus ex deo est, non agit perperam nec cogitat malum. cum ergo peccat homo, non secundum caritatem, sed secundum cupiditatem peccat, secundum quam non est natus ex deo, quoniam illa possibilitas, ut dictum est, utriusque radicis est capax. cum ergo dicat scriptura: caritas ex deo est uel, quod est amplius, deus caritas est, cum apertissime clamet Iohannes apostolus: ecce qualem caritatem dedit nobis pater, ut filii dei uocemur et simus, iste audiens 'deus caritas est' quare adhuc usque contendit, quod ex illis tribus tantummodo possibilitatem habeamus ex deo, bonam uero uoluntatem bonamque actionem habeamus ex nobis? quasi uero aliud sit bona uoluntas quam caritas, quam scriptura nobis esse clamat ex deo et a patre datam, ut filii eius essemus.

XXII. 23. Sed forte, ut daretur nobis, praecedentia merita nostra fecerunt, sicut iste de gratia dei sentit in eo libro, quem ad sacram uirginem scripsit, cuius etiam commemorationem fecit in litteris, quas Romam misit. ibi enim interposito Iacobi apostoli testimonio, quo ait: subditi estote deo, resistite autem diabolo, et fugiet a uobis, subiungit et dicit: 'ostendit quomodo resistere debeamus diabolo, si utique subditi simus deo eiusque faciendo uoluntatem diuinam mereamur gratiam et facilius nequam spiritui sancti spiritus auxilio resistamus'. ecce quam ueraci corde damnauit in ecclesiastico iudicio Palaestino eos, qui dicunt gratiam dei secundum merita nostra dari! an adhuc eum id sentire et apertissime

3 I Ioh. 3, 9 5 I Cor. 13, 5 9 I Ioh. 4, 7. 8 21 ep. ad Demetriadem c. 25 (XXX 40 M.) 23 Iac. 4, 7 29 cf. pag. 84, 13 sqq.

3 dictum est *C* 4 *pr.* quia] quare *V* 9 quum *M* 11 cum] ut *V* clamat *V* 15 habemus *TP* 16 habemus *TP* 21 scribit *MC ChTP* 25 resistemus *V* 26 sumus *MT*

praedicare dubitamus? quomodo ergo uerax fuit in episcopali examine illa confessio? an forte iam istum scripserat librum, ubi apertissime dicit gratiam secundum merita nostra dari, quod in orientali synodo sine ulla recusatione damnauit? confiteretur ergo sic se aliquando tenuisse, sed iam non tenere, ut de correctione eius apertissime gauderemus. nunc uero cum illi inter cetera et hoc fuisset obiectum, respondit: 'haec utrum Caelestii sint, ipsi uiderint, qui dicunt ea Caelestii esse; ego uero numquam sic tenui, sed anathematizo qui sic tenent'. quomodo numquam sic tenuit, si hunc antea condiderat librum? aut quomodo anathematizat eos qui sic tenent, si hunc librum postea condidit?

24. Sed ne forte respondeat ita se hic dixisse 'dei faciendo uoluntatem diuinam mereamur gratiam', sicut fidelibus et pie uiuentibus additur gratia, qua resistant fortiter temptatori, cum tamen gratiam etiam primitus accepissent, ut dei facerent uoluntatem, ne forte ergo ita respondeat, alia de hac re uerba eius accipite. 'qui currit', inquit, 'ad dominum et ab eo se regi cupit, id est uoluntatem suam ex eius uoluntate suspendit, qui ei adhaerendo iugiter unus secundum apostolum cum eo fit spiritus, non hoc nisi de arbitrii efficit libertate'. uidete quantam rem dixerit non effici nisi arbitrii libertate, ac per hoc sine adiutorio dei nos deo existimat adhaerere. hoc est enim 'nonnisi de arbitrii libertate', ut cum adhaeserimus eo non adiuuante, tunc iam quoniam adhaesimus, etiam adiuuari mereamur.

XXIII. Sequitur enim et dicit: 'qua qui bene utitur', id est

7 de gestis Pelagii pag. 84, 14   20 cf. I Cor. 6, 17

1 dubitauimus *M*   4 sinodo *CChTP*   5 confiteatur *V*   6 correctione (*alt.* c *in ras.*) *P* correptione *TCh m. 1*   gaudeamus *V*   8 caelestii (*bis*) *M* cęlestii (*bis*) *CT*   10 hunc] haec *V*   ante *bd* librum condiderat *C*   librum *om. V*   11 librum *ponit post* condidit *M*   13 *num.* 24 *om. b*   hoc *V*   15 gratia *om. V*   16 dii *m. 1 T*   18 deum *b*   ab eo] adō *M* a deo *CChb* ad'o *P* ad eo *T*   20 adherendo *MCTP*   27 et *om. m. 1 C*   dixit *m. 1 T*

arbitrii libertate qui bene utitur, 'ita se', inquit, 'totum tradit deo omnemque suam mortificat uoluntatem, ut cum apostolo possit dicere: uiuo autem iam non ego, uiuit autem in me Christus, ponitque cor suum in manu dei, ut illud quo uoluerit ipse declinet'. magnum profecto adiutorium diuinae gratiae, ut cor nostrum quo uoluerit deus ipse declinet! sed hoc tam magnum adiutorium, sicut iste desipit, tunc meremur, cum sine ullo adiutorio nonnisi de arbitrii libertate ad dominum currimus, ab eo nos regi cupimus, uoluntatem nostram ex eius uoluntate suspendimus eique adhaerendo iugiter unus cum illo efficimur spiritus. haec scilicet tam ingentia bona nonnisi de arbitrii secundum istum efficimus libertate, ut his praecedentibus meritis sic eius gratiam consequamur, ut cor nostrum quo uoluerit ipse declinet. quomodo est ergo gratia, si non gratis datur? quomodo est gratia, si ex debito redditur? quomodo uerum dicit apostolus: non ex uobis, sed dei donum est; non ex operibus, ne forte quis extollatur, et iterum, si autem gratia, inquit, iam non ex operibus, alioquin gratia iam non est gratia? quomodo, inquam, hoc uerum est, si opera tanta praecedunt, quae nobis adipiscendae gratiae meritum faciant, quo nobis non donetur gratuito, sed reddatur ex debito? ergone ut perueniatur ad adiutorium dei, ad deum curritur sine adiutorio dei? et ut deo adhaerentes adiuuemur a deo, a deo non adiuti adhaeremus deo? quid homini maius quidue tale poterit gratia ipsa praestare, si iam sine illa unus cum domino spiritus effici potuit nonnisi de arbitrii libertate?

3 Gal. 2, 20 5 cf. Prou. 21, 1 10. 26 cf. I Cor. 6, 17 16 Eph. 2, 8. 9 18 Rom. 11, 6

4 quod *P* 5 ipse declinet—quo uoluerit *om. b* 7 merebimur *M* 8 illo *CPCh m. 1, (s. l. m. 2) T* 11 cum illo unius efficimur *V* 12 eficimus *C* 13 hiis *PCh m. 1* 21 faciunt *m. 1 M* 22 gratuita *b* sed] non *P* praeueniatur adiutorium dei *V* 23 currit *M* 24 *alt.* a deo *om. b* 25 adherebimus *MCCh*

XXIIII. 25. Sed uellem ut iste diceret, utrum rex ille Assyrius, cuius Esther sancta mulier execrabatur cubile, quando considebat in throno regni sui et omni stola illustrationis suae indutus erat, totus auro uariegatus lapidibusque pretiosis, et erat formidolosus ualde. et eleuata facie sua inflammata in claritate intuitus est eam tamquam taurus in impetu indignationis suae; et timuit regina et conuersus est color eius per dissolutionem et inclinauit se super caput delicatae suae, quae praecedebat eam — uellem ergo diceret iste nobis, utrum rex ille ad dominum iam cucurrerat et ab eo se regi cupiuerat suamque uoluntatem ex eius uoluntate suspenderat et ei iugiter adhaerendo unus cum illo spiritus factus erat nonnisi de arbitrii libertate, utrum se totum deo tradiderat omnemque suam mortificauerat uoluntatem et cor suum in manu dei posuerat. puto non desipere, sed insanire hominem, quisquis de illo rege, qualis tunc erat, haec senserit; et tamen conuertit deus et transtulit indignationem eius in lenitatem. quis autem non uideat multo maius esse indignationem a contrario in lenitatem conuertere atque transferre quam cor neutra affectione praeoccupatum, sed inter utramque medium in aliquid declinare? legant ergo et intellegant, intueantur atque fateantur non lege atque doctrina insonante forinsecus, sed interna et occulta, mirabili ac ineffabili potestate operari deum in cordibus hominum non solum ueras reuelationes, sed bonas etiam uoluntates.

XXV. 26. Desinat itaque iam Pelagius et se ipsum et alios fallere contra dei gratiam disputando. non propter illorum unum trium, id est propter possibilitatem bonae uoluntatis

3 Esther (15, 9. 10) D 6. 7 13 cf. I Cor. 6, 17 18 cf. Esther (15, 11) D 8

2 assirius *CChTP* assuerus *cod. Colb. test. Ben.* hester *MCTP* ester *Ch* hesther *b* 3 considerabat *T* 4 uariatus *CChTPVbd* 5 et extra formis ualde et eleuata facie sua non inflammata caritate intuitus est eam *sqq. V* 6 charitate *b* 7 in *om. MCChTP* 9 se* *C* 11 deum *b* 13 inherendo *MVbd* 17 hoc *b* 19 indignationem *om. m. 1 C* 20 afflictione *TP* 21 utrumque *V* 24 ac] atque *C* 25 etiam bonas *b* 26 Pelagius iam *C* a*lios *C* 28 trium unum *Vbd*

atque operis, sed etiam propter uoluntatem atque operationem bonam erga nos gratia dei praedicanda est; nam illam possibilitatem ad utrumque ualere definit. et tamen non ideo tribuenda sunt deo etiam nostra peccata, sicut et propter eandem possibilitatem uult tribuere bona opera nostra, non ideo tantum adiutorium diuinae gratiae commendetur, quia possibilitatem adiuuat naturalem. desinat dicere: 'quod possumus omne bonum facere, dicere, cogitare, illius est qui hoc posse donauit, qui hoc posse adiuuat; quod uero bene uel agimus uel loquimur uel cogitamus, nostrum est', desinat, inquam, ista dicere. non solum enim deus posse nostrum donauit atque adiuuat, sed etiam uelle et operari operatur in nobis, non quia nos non uolumus aut nos non agimus, sed quia sine ipsius adiutorio nec uolumus aliquid boni nec agimus. quomodo enim dicitur: 'quod possumus bene agere, dei est, quod autem agimus, nostrum est', cum dicat apostolus orare se ad deum pro eis, ad quos scribebat, ne quid mali faciant et ut quod bonum est faciant? non enim ait: oramus, ut possitis nihil facere mali, sed ne quid faciatis mali, nec: ut possitis bonum facere, sed: ut bonum faciatis, quoniam de quibus scriptum est: quotquot enim spiritu dei aguntur, hi filii sunt dei, profecto ut agant quod bonum est, ab illo aguntur qui bonus est. quomodo dicit Pelagius: 'quod bene loqui possumus, dei est, quod bene loquimur, nostrum est', cum dicat dominus: spiritus patris uestri est qui loquitur in uobis? neque enim ait: non uos estis, qui dedistis uobis posse bene loqui, sed ait: non uos estis qui loquimini, nec ait: spiritus patris uestri est, qui uobis dat uel dedit posse bene loqui, sed ait: qui loquitur in uobis, non

12 Phil. 2, 13 18—20 II Cor. 13, 7 21 Rom. 8, 14 25—29 Matth. 10, 20

1 *fin.* atque] et *bd* 2 de gratia *CChTP* 5 bona *om. C* 8 *fin.* qui—adiuuat *om. b* 11 donat *V* 13 quia *om. m. 1 T* 16 male agimus *C* 19 mali facere *bd* 20 ut *om. b* 21 hii *C* hi* *Ch* 27 bene posse *CChTPVbd* 28 qui dedit uobis uel dat *C*

significans possibilitatis profectum, sed exprimens cooperationis effectum. quomodo dicit arbitrii liberi elatus assertor: 'quod possumus bene cogitare, dei est, quod autem bene cogitamus nostrum est'? cui respondit humilis gratiae praedicator: non quia idonei sumus cogitare aliquid a nobis quasi ex nobismet ipsis, sed sufficientia nostra ex deo est; non enim ait 'posse cogitare' sed cogitare.

XXVI. 27. Istam dei gratiam in diuinis eloquiis manifestam etiam Pelagius manifeste fateatur seque tamdiu contra sensisse non operiat inpudentissimo pudore, sed dolore saluberrimo aperiat, ut sancta ecclesia non turbetur peruicaci eius obstinatione, sed ueraci correctione laetetur. cognitionem et dilectionem, sicut sunt discernenda, discernat, quia scientia inflat, caritas aedificat — et tunc scientia non inflat, quando caritas aedificat — et cum sit utrumque donum dei, sed unum minus, alterum maius, non hic iustitiam nostram super laudem nostri iustificatoris extollat, ut horum duorum quod minus est diuino tribuat adiutorio, quod autem maius est humano usurpet arbitrio, et si consenserit nos gratia dei accipere caritatem, non sic sentiat, tamquam ulla merita bona nostra praecesserint. nam quae merita bona tunc habere poteramus, quando deum non diligebamus? ut enim acciperemus dilectionem, qua diligeremus, dilecti sumus, cum eam nondum haberemus. hoc Iohannes apostolus apertissime dicit: non quod nos dilexerimus deum, sed quia ipse dilexit nos, et alibi: nos diligamus, inquit, quia ipse prior dilexit nos. optime omnino atque uerissime. non enim haberemus, unde illum diligeremus, nisi hoc ab illo, cum prior nos diligeret, sumeremus. quid autem boni faceremus, nisi diligeremus? aut quo-

4 II Cor. 3, 5 13 I Cor. 8, 1 24 I Ioh. 4, 10. 25 I Ioh. 4, 19

1 prouectum *CChTP* 2 liberi arbitrii *bd* 4 respondet *bd* 5 ex] a *C* 9 fatetur *m. 1 T* 11 apperiat *T* pertinaci *Vb* 12 correptione *m. 1 T* cogitationem *TPb* 15 un' min' *T* 16 hic] sic *Vd* super] per *TPV* iustificatoris nostri *bd* 24 nos *om. TP* 25 ipse prior *b* 26 diligimus *M*

modo bonum non facimus, si diligamus? etsi enim dei mandatum uidetur aliquando non a diligentibus, sed a timentibus fieri, tamen ubi non est dilectio, nullum bonum opus inputatur nec recte bonum opus uocatur, quia omne quod non est ex fide peccatum est et fides per dilectionem operatur. ac per hoc gratiam dei, qua caritas dei diffunditur in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis, sic confiteatur qui uult ueraciter confiteri, ut omnino nihil boni sine illa quod ad pietatem pertinet ueramque iustitiam fieri posse non dubitet, non quomodo iste, qui cum dicit 'propterea dari gratiam, ut quod a deo praecipitur, facilius inpleatur', quid de illa sentiat satis ostendit, scilicet quod etiam sine illa, etsi minus facile, fieri tamen quod diuinitus praecipitur potest.

XXVII. 28. In libro quippe ad uirginem sacram, quod et supra commemoraui, cum dicit: 'diuinam mereamur gratiam et facilius nequam spiritui sancti spiritus auxilio resistamus'. significat profecto quid sapiat. ut quid enim hoc uerbum interposuit, id est facilius? an uero non erat integer sensus, ut nequam spiritui sancti spiritus auxilio resistamus? sed quantum detrimentum hoc additamento fecerit, quis non intellegat? uolens utique credi tantas esse naturae uires, quas extollendo praecipitat, ut etiam sine auxilio spiritus sancti, etsi minus facile, tamen aliquo modo nequam spiritui resistatur.

XXVIII. 29. Item in primo libro pro libero arbitrio 'cum autem tam forte', inquit, 'tam firmum ad non peccandum liberum in nobis habeamus arbitrium, quod generaliter naturae humanae creator inseruit, rursus pro inaestimabili eius benignitate cotidiano ipsius munimur auxilio'. quid opus est hoc auxilio,

4 Rom. 14, 23 5 Gal. 5, 6 6 Rom. 5, 5 15 cf. 142, 20 sqq.

1 non *s. l. T* mandatum dei *C* 2 non a diligentibus *Ch* 4 ex fide est *bd* est *om. T* 10 non posse *M* 17 resistemus *V* 18 quid ṣẹṇṭịạṭ sapiat *C* 20 spu *pr. M* 24 resistatur (tur *s. ras. m. 2*) *C* 26 firmum ẹṣṭ *C* 27 habemus *m. 1 T* 28 eius inaestimabili *b* 29 quotidiano *Pb*

si tam forte, tam firmum est ad non peccandum liberum arbitrium? sed etiam hic uult intellegi ad hoc esse auxilium, ut facilius fiat per gratiam, quod etsi minus facile tamen putat fieri praeter gratiam.

XXVIIII. 30. Item in eodem libro alio loco 'ut quod per liberum', inquit, 'homines facere iubentur arbitrium, facilius possint inplere per gratiam'. tolle 'facilius', et non solum plenus, uerum etiam sanus est sensus, si ita dicatur: ut quod per liberum homines facere iubentur arbitrium, possint inplere per gratiam; cum autem 'facilius' additur, adinpletio boni operis etiam sine dei gratia posse fieri tacita significatione suggeritur. quem sensum redarguit qui dicit: sine me nihil potestis facere.

XXX. 31. Emendet haec omnia, ne, si in rerum magnarum profunditate humana errauit infirmitas, etiam diabolica huic accedat errori uel fallacia uel animositas siue negando quod sensit siue defendendo quod perperam sensit, cum id se non debuisse sentire commemorata perspicua ueritate cognouerit. istam quippe gratiam, qua iustificamur, id est qua caritas dei diffunditur in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis, in Pelagii et Caelestii scriptis, quaecumque legere potui, nusquam eos inueni quemadmodum confitenda est confiteri, prorsus numquam eos aduerti, sicut agnoscendi sunt, agnoscere filios promissionis, de quibus dicit apostolus: non hi qui filii carnis, hi filii dei, sed filii promissionis deputantur in semen. quod enim promittit deus, non facimus nos per arbitrium seu naturam, sed facit ipse per gratiam.

32. Nam ut de Caelestii opusculis interim taceam uel libellis eius, quos iudiciis ecclesiasticis allegauit, quae uobis

12 Ioh. 15, 5 19 Rom. 5, 5 25 Rom. 9, 8 29 cf. contra duas ep. Pel. II 5 (XLIV 574 M.) et ep. Zosimi CSEL XXXV 99 sqq.

2 hic] hoc *V* 6 facilius *om. m. 1 C* 8 est] ∻ ȩst *C* 14 ne *om. T* 15 non etiam *M* 17 *alt.* sentit *b* 21 celestii *Ch* 23 nusquam *Pbd* 26 semine *b* 27 per naturam *b* 29 celestii *CCh* 30 alligauit *MTP, m. 1 CCh*

omnia cum aliis quas necessarias existimauimus litteris mittenda curauimus, quibus omnibus diligenter inspectis possitis aduertere non eum ponere dei gratiam, qua iuuamur uel ad declinandum a malo uel ad faciendum bonum praeter naturale arbitrium uoluntatis nisi in lege atque doctrina, ita ut ipsas quoque orationes ad hoc asserat necessarias, ut ostendatur homini quid concupiscat et diligat — ut ergo haec interim omittam, nempe ipse Pelagius et litteras nuper et libellum Romam fidei suae misit scribens ad beatae memoriae papam Innocentium, quem defunctum esse nesciebat. in his ergo litteris 'duo' dicit 'esse de quibus eum homines infamare conantur: unum, quod neget paruulis baptismi sacramentum et absque redemptione Christi aliquibus caelorum regna promittat, aliud, quod ita dicat posse hominem uitare peccatum, ut dei excludat auxilium et in tantum libero confidat arbitrio, ut gratiae repudiet adiutorium'. sed de baptismo paruulorum, quamuis eis dandum esse concedat, quam peruerse contra fidem christianam et catholicam sentiat ueritatem, non hic locus est ut diligentius disseramus; nunc enim de adiutorio gratiae quod instituimus peragendum est. unde ad id quod proposuit quid etiam hinc respondeat uideamus. ut enim omittamus eius inuidiosas de suis inimicis querelas, ubi ad rem uentum est, ita locutus est.

XXXI. 33. 'Ecce', inquit, 'apud beatitudinem tuam epistula ista me purget, in qua pure atque simpliciter ad peccandum et non peccandum integrum liberum arbitrium habere nos dicimus, quod in omnibus bonis operibus diuino adiuuatur semper auxilio'. cernitis utique pro intellectu, quem uobis dominus dedit, haec eius uerba soluendae non sufficere quaestioni. quaerimus enim adhuc, quo auxilio liberum adiuuari dicat arbitrium, ne

3 cf. I Petr. 3, 11

2 potui *b* 3 eum] enim *M* uel *om. V* 4 uel ad] et *V* naturalē *MC* 7 ergo haec] enim *TPV* 8 omittatur *V* libellum] alium *P* 11 duo *om. CChTPVbd* de *om. M* 13 regna caelorum *b* promitat *M* 17 peruersae *MC* 25 ad non peccandum *bd* 26 semper adiuuatur *b* iuuatur *CChTP* iuuamur *V* 27 itaque *CChTPVbd* 29 dicat adiuuari *TP*

forte, sicut solet, uelit intellegi legem atque doctrinam. si enim quaeras cur dixerit 'semper', poterit respondere, quia dictum est: et in lege eius meditabitur die ac nocte. deinde cum de hominis conditione et ad peccandum atque non peccandum naturali eius possibilitate quaedam interposuisset, adiunxit dicens: 'quam liberi arbitrii potestatem dicimus in omnibus esse generaliter, in christianis, Iudaeis atque gentilibus. in omnibus est liberum arbitrium aequaliter per naturam, sed in solis christianis iuuatur a gratia'. iterum quaerimus: qua gratia? et adhuc poterit respondere: lege atque doctrina christiana.

34. Deinde quamlibet sentiat gratiam, ipsis christianis secundum merita dari dicit, cum eos qui hoc dicunt iam in Palaestina, sicut supra commemoraui, sua illa praeclara purgatione damnauerit. nam uerba eius ista sunt: 'in illis', inquit, 'nudum et inerme est conditionis bonum' — in eis dicit, qui christiani non sunt — deinde cetera contexens 'in his uero', inquit, 'qui ad Christum pertinent, Christi munitur auxilio'. uidetis adhuc incertum esse quo auxilio secundum ea quae supra diximus. sed adhuc sequitur de his qui christiani non sunt et dicit: 'illi ideo iudicandi atque damnandi sunt, quia cum habeant liberum arbitrium, per quod ad fidem uenire possent et dei gratiam promereri, male utuntur libertate concessa. hi uero remunerandi sunt qui bene libero utentes arbitrio merentur domini gratiam et eius mandata custodiunt'. nempe manifestum est eum gratiam dicere secundum merita dari, quamlibet eam uel qualemlibet significet, quam tamen aperte non exprimit. nam cum eos remunerandos dicit, qui bene utuntur libero arbitrio, et ideo mereri domini gratiam, debitum eis reddi

3 Ps. 1, 2 14 pag. 142, 28

1 solent *M* 2 cur] quare *CChTP* 7 gentibus *P* 9 iuuatur a gratia] est natura cum gratia (*in mg.* ał est natura adiuta per gratiam) *V* a *om.* *b* 13 haec *b* 14 palestina *MCT* 17 non *om.* *m. 1* *C* 18 muniuntur *b* 20 his] illis *b* 22 finē *m. 1* *T* ạḍuenire *C* 23 hii *TP* hi* *Ch* 24 utentes libero *C* 26 dicere gratiam *bd*

fatetur. ubi est ergo illud apostoli: iustificati gratis per gratiam ipsius? ubi est et illud: gratia salui facti estis? et ne putarent 'per opera', addidit: per fidem. rursus ne ipsam fidem sine dei gratia sibi putarent esse tribuendam, et hoc, inquit, non ex uobis, sed dei donum est. nempe ergo illud, unde incipit omne quod merito accipere dicimur, sine merito accipimus, id est ipsam fidem. aut si negatur dari, quid est quod dictum est: sicut unicuique deus partitus est mensuram fidei? si autem sic dicitur dari, ut reddatur meritis, non donetur, quid est quod iterum dicit: uobis donatum est pro Christo non solum ut credatis in eum, uerum etiam patiamini pro eo? utrumque enim donatum esse testatus est, et quod credit in Christum et quod patitur quisque pro Christo. isti autem libero arbitrio sic applicant fidem, ut fidei uidelicet reddi uideatur non gratuita, sed debita gratia, ac per hoc iam nec gratia, quia nisi gratuita non est gratia.

XXXII. 35. Sed ab his litteris Pelagius ad fidei suae librum uult transire lectorem, cuius uobis commemorationem fecit, in quo ea de quibus non interrogabatur multa disseruit. sed nos de quibus cum illis agimus, ipsa uideamus. cum enim ab unitate trinitatis usque ad resurrectionem carnis, quod ab illo nemo quaerebat, disputationem quantam uoluit terminasset, 'et baptisma', inquit, 'unum tenemus, quod isdem sacramenti uerbis in infantibus quibus etiam in maioribus dicimus esse celebrandum'. hoc certe uos et a praesente audisse dixistis; sed quid prodest, quod eisdem uerbis in paruulis quibus et

1—5 Rom. 3, 24 2 Eph. 2, 8 8 Rom. 12, 3 10 Phil. 1, 29
24 Pel. lib. fid. 8 (XLV 1718 M.)

1 est *om. C* 2 ubi est illud *in ras. P* facti *om. ChTP* 5 donum dei *P* 6 unde incipit *om. V* 8 deus *om. C* 10 hoc quod *b* 12 ut patiamini *bd* patimini *m. 1 T* 13 creditur *M* 16 iam *om. m. 1 T* 18 ad—librum *in ras. m. 2 C* 19 nobis *m. 2 Ch, b* 21 agimus cum illis *bd* 23 noluit *M* uolui *m. 1 C* 24 et *in Pel. fid. libello deest* tenemus et iisdem sacram *V* 26 dixisti *C*

in maioribus celebrari dicit baptismi sacramentum, cum res a nobis, non sola uerba quaerantur? plus est quod uobis ore proprio interrogantibus respondit, uti scribitis, 'infantes in remissionem peccatorum accipere baptismum'. non enim et hic dixit 'in uerbis remissionis peccatorum', sed eos baptizari in ipsam remissionem confessus est; et tamen si ab eo quaereretis, quid peccati eis credatur remitti, non eos aliquid habere contenderet.

XXXIII. 36. Quis crederet sub hac quasi manifesta confessione sensum latere contrarium, nisi eum Caelestius aperuisset? qui in libello suo, quem Romae gestis ecclesiasticis allegauit, 'paruulos et baptizari in peccatorum remissionem' confessus est et negauit 'ullum habere originale peccatum'. sed nunc non de baptismate paruulorum, sed de adiutorio gratiae potius etiam in libello fidei suae, quem Romam misit, quid Pelagius senserit attendamus. 'liberum', inquit, 'sic confitemur arbitrium, ut dicamus nos indigere dei semper auxilio'. ecce iterum quaerimus, quo auxilio nos indigere fateatur, et iterum inuenimus ambiguum, quoniam potest respondere legem se dicere doctrinamue christianam, qua naturalis illa possibilitas adiuuetur. nos autem illam gratiam in eorum confessione requirimus, de qua dicit apostolus: n o n e n i m d e d i t n o b i s d e u s s p i r i t u m t i m o r i s, s e d u i r t u t i s e t c a r i t a t i s e t c o n t i n e n t i a e. non est autem consequens, ut qui habet donum scientiae, quo nouerit quid agere debeat, habeat etiam caritatis, ut agat.

XXXIIII. 37. Illos etiam, quos in eisdem litteris, quas misit ad sanctae memoriae papam Innocentium, libros suos

16 Pel. lib. fid. 13 (XLV 1718 M.) 22 II Tim. 1, 7

3 ut *CTP* ubi *b* 4 remissione *M* percipere *CChTPVbd* 5 dicit *b* ait *C* baptizari omissa remissione confessus est *V* 6 ipsa remissione *M* tam *M* 7 aliquit *C* 10 contrarium latere *C* celestius eum *C* apperuisset *T* 11 alligauit *V* 12 remissionem peccatorum *bd* 13 illum *M* nunc *om. TPV* nunc non de] nọṇ de (*in mg. m. 2* n̄c n) *Ch* 14 non *om. M* 17 dei indigere *CChTP* 18 fateamur *M* 22 spiritum timoris deus *C* 24 habent *M* 26 ịṇ illos *C* eidem *m. 1 M* quos *M*

uel scripta commemorat, legi praeter unam epistulam, quam se breuem misisse ad sanctum Constantium episcopum dicit, nec alicubi potui reperire hanc eum gratiam confiteri, qua non solum possibilitas naturalis uoluntatis et actionis, quam dicit nos habere etiamsi nec uolumus nec agimus bonum, sed ipsa etiam uoluntas et actio subministratione sancti spiritus adiuuatur.

XXXV. 38. 'Legant', inquit, 'illam epistulam, quam ad sanctum uirum Paulinum episcopum ante duodecim fere annos scripsimus, quae trecentis forte uersibus nihil aliud quam dei gratiam et auxilium confitetur nosque nihil omnino boni facere posse sine deo'. hanc ergo epistulam legi et inueni eum paene per totam non immorari nisi in facultate ac possibilitate naturae et paene ibi tantum dei gratiam constituere; christianam uero gratiam tanta breuitate sola nominis commemoratione perstringit, ut nihil aliud uideatur quam eam tacere timuisse. utrum tamen eam in remissione peccatorum uelit intellegi an etiam in doctrina Christi, ubi est et conuersationis eius exemplum, quod aliquot locis suorum opusculorum facit, an credat aliquod adiutorium bene agendi adiunctum naturae atque doctrinae per inspirationem flagrantissimae et luminosissimae caritatis non apparet omnino.

XXXVI. 39. 'Legant etiam', inquit, 'ad sanctum Constantium episcopum, ubi breuiter quidem, sed plane libero hominis arbitrio dei gratiam auxiliumque coniunxi'. hanc epistulam, ut superius dixi, ego non legi; sed si non est dissimilis ceteris, quae mihi nota commemorat, non habet etiam ipsa quod quaerimus.

25 cf. supra l. 2

3 potuit repire (*s. l.* ł reperiri) *P* repperire *MCTCh m. 1* eam *b* 5 uelimus nec agamus *V* 12 posse *om. V* 13 minorari *T* ac] et *bd* 17 remissionem *MChTP* remissoe *C* 18 et *om. m. 1 C* conuersionis *m. 1 T* 19 aliquod *M* locis *ante* facit *leg. in bd* 23 epm constantium *C* 24 plene *M* 25 sicut *C* 26 ego *om. bd*

XXXVII. 40. 'Legant', inquit, 'etiam quam ad sacram Christi uirginem Demetriadem in Oriente conscripsimus, et inuenient nos ita hominis laudare naturam, ut dei semper gratiae addamus auxilium'. istam sane legi mihique paene persuaserat hanc illum gratiam, de qua quaestio est, confiteri, quamuis in multis eius opusculi locis sibi ipse contradicere uideretur; sed cum in manus meas et alia uenissent, quae posterius latiusque conscripsit, uidi quemadmodum potuerit etiam illic gratiam nominare sub ambigua generalitate quid sentiret abscondens, gratiae tamen uocabulo frangens inuidiam offensionemque declinans. nam in ipsius principio, ubi ait: 'proposito insudemus operi nec mediocritate diffidamus ingenii, quod credimus et fide matris et merito uirginis adiuuari', gratiam, qua adiuuamur ad aliquid agendum, mihi uisus fuerat confiteri nec attenderam hanc eum ponere potuisse in sola reuelatione doctrinae.

41. Item in eodem opere alio loco 'quodsi etiam sine deo', inquit, 'homines ostendunt quales a deo facti sunt, uide quid christiani facere possint, quorum in melius per Christum instaurata natura est et qui diuinae quoque gratiae iuuantur auxilio'. naturam in melius instauratam remissionem uult intellegi peccatorum, quod alio loco in hoc ipso libro satis demonstrauit, ubi ait: 'etiam illi, qui longo peccandi usu quodam modo obduruere, instaurari per paenitentiam possunt'. auxilium uero diuinae gratiae potest et hic ponere in reuelatione doctrinae.

XXXVIII. 42. Item alibi in eadem epistula 'nam si etiam ante legem', inquit, 'ut diximus, ac multo ante domini nostri et saluatoris aduentum iuste quidam et sancte uixisse referuntur, quanto magis post illustrationem aduentus eius nos

1 ep. ad Demetriadem XXX 15 sqq. M 11 ib. c. 1 16 ib. c. 3 22 ib. c. 17 25 ib. c. 8

1 etiam inquit *CVbd* 5 illam *b* 10 confessionemque *V* 11 ipso *m. 1 C* 12 mediocritati *d* de mediocritate *in ep. ad Demetr.* et *om. bd* 15 in hanc *b* 17 factu *M* uide] unde *TP* 18 per *om. b* 22 peccati *m. 1 T* 23 obduruerĩ *C* obruere naturae *M; in ep. ad Demetr.:* bonum quodam modo obruere naturae 24 uero] hoc *V* 25 si etiam] et si *b* 27 scāe *M* 28 nos] instaurati *b*

id posse credendum est, qui instaurati per Christi gratiam et in meliorem hominem renati sumus, qui sanguine eius expiati atque mundati ipsiusque exemplo ad perfectiorem incitati iustitiam meliores illis esse debemus, qui ante legem fuere'! uidete quemadmodum et hic aliis quidem uerbis, sed tamen in remissione peccatorum et in exemplo Christi adiutorium gratiae constituerit. deinde subiungit et dicit: 'meliores etiam quam fuerunt sub lege dicente apostolo: peccatum uobis non dominabitur; non enim sub lege estis, sed sub gratia. et quoniam hinc', inquit, 'sufficienter, ut puto, diximus, nunc perfectam instituamus uirginem, quae ex utroque semper accensa et naturae simul et gratiae bonum morum sanctitate testetur'. et in his uerbis debetis aduertere ideo illum quod dicebat sic uoluisse concludere, ut naturae bonum intellegamus, quod cum crearemur accepimus, gratiae autem, cum Christi intuemur exemplum, tamquam ideo peccatum non indultum fuerit eis qui sub lege fuerunt uel sunt, quia exemplum Christi siue non habuerunt siue non credunt.

XXXVIIII. 43. Hoc autem istum sapere et alia uerba eius ostendunt non in hoc libro, sed in tertio pro libero arbitrio, ubi ad eum loquens contra quem disputat, quoniam ille posuerat uerba apostoli dicentis: non quod uolo ago, et: uideo aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae et cetera quae ibi dicuntur, iste respondit atque ait: 'hoc enim, quod tu de apostolo intellegere cupis, omnes ecclesiastici uiri in peccatoris et sub lege adhuc positi asserunt eum dixisse persona, qui nimia uitiorum consuetudine uelut quadam teneretur necessitate peccandi et quamuis bonum appeteret uoluntate, usu tamen praecipitaretur in malum. in

7 ib. c. 8 8 Rom. 6, 14 22 Rom. 7, 15 23 Rom. 7, 23

1 instaurati] nos *b* 3 perfectionem incitati iustitiae *CChTPVbd* perfectam iustitiam incitati *in ep. ad Demetr.* 7 melior est *M* 8 fuerant *M* fuere *b* dicento *Ch* 9 sed—hinc *in ras. m. 1 P* 16 intueremur *V* imitemur *b* 17 fuerunt] fuerint *m. 1 T* 18 habuerint *m. 1 T* 19 eius uerba *bd* 21 quoniam] quando *V* 22 uerba posuerat *C* 28 teneretur (re *m. 2 s. ras.*) *M* 29 appareret (*in mg. m. 2* appeteret) *T*

persona autem hominis unius', inquit, 'designat populum sub uetere adhuc lege peccantem, quem ab hoc consuetudinis malo dicit liberandum esse per Christum, qui credentibus sibi primo omnia per baptismum peccata dimittit, deinde imitatione sui ad perfectam incitat sanctitatem et uitiorum consuetudinem uirtutum uincit exemplo'. ecce quomodo uult intellegi adiuuari eos qui sub lege peccant, ut per gratiam Christi iustificati liberentur, tamquam eis non sufficiat sola lex propter nimiam peccandi consuetudinem, nisi Christi accedat non inspiratio caritatis per spiritum sanctum, sed intuendum et imitandum in doctrina euangelica uirtutis eius exemplum. et certe maxima hic erat causa exprimendi, quam diceret gratiam, ubi locum ipsum, de quo respondet, sic conclusit apostolus, ut diceret: infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. hanc iste cum constituit non in uirtutis eius auxilio, sed imitationis eius exemplo, quid amplius de illo sperare debemus, ubicumque gratiae nomen sub ambigua generalitate commemorat?

XXXX. 44. Item in eodem libro ad uirginem sacram, unde iam etiam supra disseruimus, ubi ait: 'subditi simus deo eiusque faciendo uoluntatem diuinam mereamur gratiam et facilius nequam spiritui sancti spiritus auxilio resistamus'. in quibus eius uerbis certe manifestum est ita eum uelle nos adiuuari gratia spiritus sancti, non quia sine illo etiam per solam naturae possibilitatem non possumus resistere temptatori, sed ut facilius resistamus. quod tamen qualecumque et quan-

14 Rom. 7, 24. 25 21 ep. ad Demetr. 25 (XXX 40 M.)

1 inquit hominis unius *bd* sub uetere] sub uertere *Ch* sub uertere *C* sub uetere (ue *in ras.*) *P* subuertere *b* 4 dimittet *m. 1 C* 8 peccandi nimiam *MC* 11 euuangelica *Ch* et certe maxima *om. V* 13 qua *C* 14 liberauit *M* 16 ipse *V* c̄ *m. 2 s. l. C* 17 eius *om. bd* de *in ras. m. 2 C* 18 ambigua* *Ch* 20 eiusdem *M* sacram uirginem *C* 21 sim' (m' *in ras. m. 2*) *C* sumus *b* 23 sc̄i sp̄s auxilio nequam spiritui *C* spiritus sancti *b* resistemus *V* 25 personam *m. 1 ChT* 27 qualecumque et *om. V*

tulumcumque adiutorium eum credibile est in hoc constituere, quod nobis additur scientia reuelante spiritu per doctrinam, quam uel non possumus uel difficile habere possumus per naturam. ista sunt quae in libro, quem scripsit ad uirginem Christi, aduertere potui, ubi uidetur gratiam confiteri. quae profecto qualia sint, utique cernitis.

XXXXI. 45. 'Legant', inquit, 'etiam recens meum opusculum, quod pro libero nuper arbitrio edere compulsi sumus, et agnoscent quam inique nos negatione gratiae infamare gestierint, qui per totum paene ipsius textum operis perfecte atque integre et liberum arbitrium confitemur et gratiam'. quattuor sunt libri operis huius. et hos legi et ex illis sumpsi quae tractanda et discutienda proposui et ut potui pertractaui, antequam ad eius has litteras, quae Romam missae sunt, ueniremus. sed in his etiam quattuor libris quaecumque pro gratia uidetur dicere, qua iuuamur, ut declinemus a malo bonumque faciamus, ita dicit, ut nullo modo a uerborum ambiguitate discedat, quam discipulis sic possit exponere, ut nullum auxilium gratiae credant, qua naturae possibilitas adiuuetur, nisi in lege atque doctrina, ita ut ipsas quoque orationes, ut in scriptis suis apertissime affirmat, ad nihil aliud adhibendas opinetur, nisi ut nobis doctrina etiam diuina reuelatione aperiatur, non ut adiuuetur mens hominis, ut id quod faciendum esse didicerit etiam dilectione et actione perficiat. ab illo enim suo manifestissimo dogmate non recedit omnino, ubi tria illa constituit, possibilitatem, uoluntatem, actionem, et solam possibilitatem dicit diuino adiuuari semper auxilio, uoluntatem autem et actionem nullo dei adiutorio existimat indigere. ipsum uero auxilium, quo possibilitatem naturalem perhibet adiuuari, in lege constituit atque doctrina, quam nobis fatetur etiam

2 spm *M* 4 *uoce* Ista *incipit cap.* XLI *b* 8 arbitrio nuper *P* 10 integrae *M* 12 his (i *in ras.*) *M* et hos legi *repetuntur in C* sn̄si *C* 20 ut *alt. om. M* 26 uolunt et *V* solam] uolunt *V* 27 semper adiuuari *b* uolunt in primis et actionem *V*

sancto spiritu reuelari, propter quod et orandum esse concedit. sed hoc adiutorium legis atque doctrinae etiam propheticis fuisse temporibus, adiutorium autem gratiae, quae proprie gratia nuncupatur, in Christi esse arbitratur exemplo, quod nihilominus ad doctrinam pertinere perspicitis, quae nobis euangelica praedicatur, ut uidelicet tamquam uia demonstrata, qua ambulare debeamus, iam uiribus liberi arbitrii adiutorio nullo alterius indigentes sufficiamus nobis, ne deficiamus in uia, quamuis et ipsam uiam contendat etiam sola inueniri posse natura, sed facilius, si adiuuet gratia.

XXXXII. 46. Hoc ergo pro meo captu intellegere potui in Pelagii scriptis, quando nominat gratiam. uidetis autem, quod qui ista sentiunt ignorantes dei iustitiam suam uolunt constituere et longe ab illa sunt, quae nobis ex deo est, non ex nobis, quam in scripturis, maxime sanctis canonicis, aduertere atque agnoscere debuerunt. sed quia eas secundum suum sensum legunt, profecto in illis nec aperta contuentur. utinam ergo saltem in catholicorum uirorum scriptis, a quibus eas recte intellectas esse non dubitant, quid sit de adiutorio diuinae gratiae sentiendum non neglegenter attenderent nec suae sententiae amore nimio praeterirent! nam iste ipse Pelagius in illo ipso recenti opusculo suo, cuius se commemoratione defendit, id est in tertio libro pro libero arbitrio, sanctum Ambrosium quemadmodum laudet accipite.

XXXXIII. 47. 'Beatus', inquit, 'Ambrosius episcopus, in cuius praecipue libris Romana elucet fides, qui scriptorum inter Latinos flos quidam speciosus enituit, cuius fidem et purissimum in scripturis sensum ne inimicus quidem ausus est

8 cf. Matth. 15, 32 13 cf. Rom. 10, 3 14 cf. Phil. 3, 9 25 cf. Aug. op. imperf. c. Iul. I 2 (XLV 1052 M.) et saepius

1 adorandum *V* concedunt *M* 3 propriae *M* 4 arbitrantur *M* 6 euuangelica *Ch* 9 contendant *M* 11 Haec *bd* in *om. m. 1 M* pelagii in scriptis *Ch* 12 quam *V* nominauit *Vb* quod hi *M* 15 scripturis etiam sanctis canonicis maxime aduertere *Vb* 16 cognoscere *P* 17 aperte *TPb* 20 diuinae *om. m. 1 C* 21 praeterierint *M* 22 recente *C* 27 pciosus *m. 1 Ch* precipuus *TPV* emanauit *V*

reprehendere'. ecce qualibus et quantis praedicat laudibus quamlibet sanctum et doctum uirum, nequaquam tamen auctoritati scripturae canonicae comparandum. quem propterea sic iste commendat, quia uidetur sibi in quodam loco librorum eius eo teste uti, quo probet hominem posse esse sine peccato. unde nunc non agitur, sed agitur de auxilio gratiae, quo ad non peccandum adiuuamur iusteque uiuendum.

XXXXIIII. 48. Audiat ergo illum uenerabilem antistitem dicentem et docentem in secundo libro expositionis euangelii secundum Lucam cooperari dominum etiam uoluntatibus nostris. 'uides utique', inquit, 'quia ubique domini uirtus studiis cooperatur humanis, ut nemo possit aedificare sine domino, nemo custodire sine domino, nemo quicquam incipere sine domino. et ideo iuxta apostolum siue manducatis siue bibitis, omnia in dei gloriam facite'. uidetis quemadmodum sanctus Ambrosius etiam illud quod solent homines dicere 'nos incipimus et deus perficit' his uerbis abstulit dicens neminem quicquam uel incipere sine deo. item in sexto libro eiusdem operis, cum de duobus illis unius feneratoris debitoribus ageret, 'secundum homines', inquit, 'plus fortasse offendit, qui plus debuerat; sed per misericordiam domini causa mutatur, ut amplius diligat qui amplius debuit, si tamen gratiam consequatur'. ecce apertissime praedicat catholicus doctor etiam ipsam dilectionem, qua quisque amplius diligit, ad beneficium gratiae pertinere.

XXXXV. 49. Ipsam denique paenitentiam, quam procul dubio uoluntas agit, domini misericordia et adiutorio fieri ut

9 Ambr. expos. euang. sec. Luc. II 84 (XV 1583 M.) 14 I Cor. 10, 31 18 Ambros. ib. VI 25

1 qualibus] quamlibet *b* 2 quemlibet *b* auctoritatis *M* 5 quo probet] quolibet *TP* quemlibet *V* sine peccato esse posse *C* 7 peccandum non *PCh m. 1* 10 deum *CTPCh m. 1* 11 utique ụṭịqụẹ *C* itaque *TPVd* est studiis *M* 13 nemo—domino *om. TPC m. 1* 15 uidetis enim *C* 19 feneratoris unius *bd* faeneratoris *MC* 20 hominem *b* debuerit *M* 21 d̄i *C* 22 gratia *M* ecce—pertinere *om. V* 24 quam *Ch*

agatur, in nono eiusdem operis libro beatus dicit Ambrosius ita loquens: 'bonae lacrimae, quae culpam lauant. denique quos Iesus respicit, plorant. negauit primo Petrus et non fleuit, quia non respexerat dominus; negauit secundo, non fleuit, quia adhuc non respexerat dominus; negauit et tertio, respexit Iesus, et ille amarissime fleuit'. legant isti euangelium et uideant dominum Iesum tunc intus fuisse, cum a sacerdotum principibus audiretur, apostolum uero Petrum foris et deorsum in atrio cum seruis ad focum nunc sedentem, nunc stantem, sicut ueracissima et concordissima euangelistarum narratione monstratur. unde non potest dici, quod corporalibus oculis eum dominus uisibiliter admonendo respexerit. et ideo quod ibi scriptum est: respexit eum dominus, intus actum est, in mente actum est, in uoluntate actum est. misericordia dominus latenter subuenit, cor tetigit, memoriam reuocauit, interiorem gratia sua uisitauit Petrum, interioris hominis usque ad exteriores lacrimas mouit et produxit affectum. ecce quemadmodum deus adiuuando adest uoluntatibus et actionibus nostris! ecce quemadmodum et uelle et operari operatur in nobis!

50. Item in eodem libro idem sanctus Ambrosius 'nam si Petrus', inquit, 'lapsus est, qui dixit: et si alii scandalizati fuerint, ego non scandalizabor, quis alius iure de se praesumat? denique Dauid quia dixerat: ego dixi in mea abundantia: non mouebor in aeternum, suam sibi iactantiam obfuisse profitetur dicens: auertisti faciem tuam et factus sum conturbatus'. audiat iste tantum uirum docentem,

1 Ambr. expos. euang. sec. Luc. X 89 3 cf. Luc. 22, 58—62 9 cf. Matth. 26, 58. 69. 71; Marc. 14, 54. 66—68; Luc. 22, 55 sq.; Ioh. 18, 16. 18. 25 13 Luc. 22, 61 19 Phil. 2, 13 20 Ambros. ib. X 91 21 Matth. 26, 33 23 Ps. 29, 7 25 Ps. 29, 8

1 decimo *b* libro *om. V* beatus ambrosius aperit ita *V* ambrosius dicit *C* 3 plorant delictum *b* 4 secundo et non *Pb* 6 legant autem *M* 10 uerissima *m. 1 T* 11 ostenditur *C* 12 ammonendo *CTCh m. 1* respexit *P* 14 in mente actum *in ras. P* *alt.* actum est *om. CTP* 15 latente *M* 16 interiore *CChTPVbd* in interiore homine *V* 17 perduxit ad fletum *V* 18 actionibus] affectionibus *V* 24 habundantia *MP* 25 obfuisse *om. m. 1 C* 26 uirum *om. P*

imitetur credentem, cuius doctrinam fidemque laudauit; audiat humiliter imitetur fideliter; non de se pertinaciter praesumat, ne pereat. quid in eo pelago uult mergi Pelagius, unde per petram liberatus est Petrus?

XXXXVI. 51. Audiat eundem antistitem dei in sexto itidem libro eiusdem operis dicentem: 'cur autem non receperint eum, euangelista ipse memorauit dicens: quia facies eius erat euntis in Hierusalem. discipuli autem recipi intra Samariam gestiebant. sed deus quos dignatur uocat et quem uult religiosum facit'. o sensum hominis dei ex ipso haustum fonte gratiae dei! 'deus', inquit, 'quos dignatur uocat et quem uult religiosum facit'. uidete, si non illud est propheticum: miserebor, cuius misertus ero, et misericordiam praestabo, cui misericors fuero, et illud apostolicum: igitur non uolentis neque currentis, sed miserentis est dei, qui, ut dicit etiam nostrorum temporum homo eius, 'quem dignatur uocat et quem uult religiosum facit'. numquid aliquis dicere audebit nondum esse religiosum, 'qui currit ad dominum et ab eo se regi cupit et uoluntatem suam ex eius uoluntate suspendit et qui ei adhaerendo iugiter unus secundum apostolum cum eo fit spiritus'? at hoc totum tam magnum religiosi hominis opus Pelagius 'non' dicit 'effici nisi arbitrii libertate'. contra autem beatus Ambrosius ipsius tam excellenter ore laudatus 'dominus deus', inquit, 'quem dignatur uocat et quem uult religiosum facit'. ergo ut currat ad dominum et ab eo se regi cupiat suamque uoluntatem ex eius uoluntate

5 Ambros. ib. VII 27 7 Luc. 9, 53 12 Ex. 33, 19; Rom. 9, 15 14 Rom. 9, 16 18 cf. 143, 18 20 cf. I Cor. 6, 17

1 audiat fideliter imitetur humiliter *C* 3 per petram] perperam *b* 6 eiusdem operis *om. V* reperint *M* 8 hyerusalem *M* iherłm *Ch* ierłm *P* intra samariam recipi *C* 10 austum *m. 1 T, MC* 11 quos (s *in ras.*) *M* 14 ero *C* igitur *om. b* 15 est *om. bd* quia *CChTPVbd* 16 etiam *om. V* eius dignatur quem uocat *V* eius] dei *C* 18 religiosum esse *C* deum *b* et *om. T* 19 uoluntate eius *C* 20 suspendat *M* aderendo *CTP* 22 dicit non *C* 23 excellenti *b* 24 inquit] non *M* 26 regi se *TP*

suspendat eique adhaerendo iugiter unus secundum apostolum cum eo fiat spiritus, deus quem uult religiosum facit: et hoc totum homo nisi religiosus non facit. quapropter nisi a deo fiat, ut hoc faciat, quis hoc facit?

XXXXVII. 52. Sed quia ista quaestio, ubi de arbitrio uoluntatis et dei gratia disputatur, ita est ad discernendum difficilis, ut, quando defenditur liberum arbitrium, negari dei gratia uideatur, quando autem asseritur dei gratia, liberum arbitrium putetur auferri, potest Pelagius ita se latebris obscuritatis huius inuoluere, ut etiam his quae a sancto Ambrosio conscripta posuimus consentire se dicat et ea se quoque sentire proclamet semperque sensisse atque ita singula conetur exponere, ut etiam eius sententiae conuenire credantur. quapropter quantum attinet ad istam de diuina gratia et adiutorio quaestionem, tria illa quae apertissime distinxit attendite: posse, uelle, esse, id est possibilitatem, uoluntatem, actionem. si ergo consenserit nobis non solam possibilitatem in homine, etiamsi nec uelit nec agat bene, sed ipsam quoque uoluntatem et actionem, id est ut bene uelimus et bene agamus, quae non sunt in homine, nisi quando bene uult et bene agit — si, ut dixi, consenserit etiam ipsam uoluntatem et actionem diuinitus adiuuari et sic adiuuari, ut sine illo adiutorio nihil bene uelimus et agamus, eamque esse gratiam dei per Iesum Christum dominum nostrum, in qua nos sua non nostra iustitia iustos facit, ut ea sit uera nostra iustitia, quae nobis ab illo est, nihil de adiutorio gratiae dei, quantum arbitror, inter nos controuersiae relinquetur.

1 cf. I Cor. 6, 17 5 cf. contra Iulianum Pelag. IV 47 (XLIV 762 M.) 23 cf. Rom. 7, 25 25 cf. Phil. 3, 9

1 suspensadat *M* unus sit *M* unus cum eo fit sp̄s d̄s *C* 2 fieri *M* d̄i *M* et—facit *om. V* 5 arbitrio lịbẹrṭạṭịṣ *C* 9 auferri putetur *C* pe*lagius *T* se *om. CV* latebras *V* 10 huius *om. b* huius se *C* 12 proclamat (a *fin. sup.* e *add.*) *T* 15 ista *b* distincxit *T* dicit *V* distinguit *C* 16 esse] et agere *V* 17 solū *C* possibilitatem dicit esse *M* 22 et sic adiuuari *om. b* 24 nos adiuuat *V* 25 iustos—iustitia *om. Vb* iustos] saluos nos *C*

XXXXVIII. 53. Illud autem propter quod sanctum sic laudauit Ambrosium, quia scilicet in scriptis eius inuenit ex laudibus Zachariae et Elisabeth posse hominem in hac uita esse sine peccato, quamquam negandum non sit, si hoc uelit deus, apud quem sunt omnia possibilia, consideret tamen diligentius quemadmodum dictum sit. dictum enim est, quantum mihi uidetur, secundum quandam inter homines conuersationem probabilem atque laudabilem, quam nullus hominum iuste posset in accusationis et criminationis querelam uocare. quam propterea in dei conspectu Zacharias et eius uxor habuisse referuntur, quia in ea homines nulla dissimulatione fallebant, sed ut apparebant hominibus, ita noti erant oculis dei. non autem dictum est hoc secundum illam perfectionem iustitiae, in qua uere atque omnimodo inmaculati perfectique uiuemus. nam et apostolus Paulus dixit secundum iustitiam, quae ex lege est, se fuisse sine querela, in qua lege etiam Zacharias sine querela conuersabatur; sed hanc apostolus iustitiam in stercoribus et detrimentis deputauit in comparatione iustitiae, quam speramus et quam nunc esurire ac sitire debemus ut ea quandoque saturemur in specie, quae nunc est in fide, quamdiu iustus ex fide uiuit.

XXXXVIIII. 54. Audiat denique ipsum uenerabilem antistitem, cum exponeret Esaiam prophetam, dicentem neminem in hoc mundo esse sine peccato, ubi nemo potest dicere 'in hoc mundo' eum dixisse uelut in dilectione huius mundi. de apostolo etenim loquebatur, qui dixit: conuersatio nostra in caelis est. hunc ergo sensum memoratus episcopus explicans, 'perfectos', inquit, 'secum multos ait apostolus in hoc adhuc mundo sitos, qui, si ad perfectionem ueram respicias, perfecti

10 cf. Luc. 1, 6 15 Phil. 3, 6 18 cf. Phil. 3, 8 19 cf. Matth. 5, 6 21 Rom. 1, 17 26 Phil. 3, 20

1 sic laudauit sanctum *bd* 2 scripturis *P* 3 zacariae *C* helizabeth *CCh* 6 est enim *CChTP* 12 noti *om. V* 19 ad *m. 1 Ch* 20 deberemus *M* 23 isaiam *P* isayam *Ch* ysayam *C* 26 dicit *b* 28 adhuc *om. m. 1 C* 29 qua (*s.* a *add.* ae) *M*

esse non poterant, quia ipse dixit: uidemus nunc per speculum in aenigmate, tunc autem facie ad faciem; nunc cognosco ex parte, tunc autem cognoscam sicut et cognitus sum. ita et inmaculati sunt in hoc mundo et inmaculati erunt in regno dei, cum utique, si minutius excutias, inmaculatus esse nemo possit, quia nemo sine peccato'. illud ergo sancti Ambrosii testimonium, quo pro sua sententia Pelagius utitur, aut secundum quendam modum dictum est, probabilem quidem, sed non minutius excussum, aut certe, si ille uir sanctus atque humilis Zachariam et Elisabeth summae atque omnimodo perfectae iustitiae, cui nihil addi iam posset, fuisse existimauit, profecto sententiam suam minutius excutiendo correxit.

L. 55. Attendat sane iste in eodem ipso loco, unde hoc Ambrosianum testimonium, quod ei placebat, assumpsit, etiam illud eum dixisse, quod 'ab initio esse inmaculatum humanae inpossibile sit naturae', ubi omnino illam naturalem possibilitatem, quam Pelagius non uult fideliter respicere peccato esse uitiatam et ideo iactanter extollit, eneruem infirmamque testatur uenerandus Ambrosius, procul dubio contra istius uoluntatem, sed non contra apostolicam ueritatem, ubi legitur: fuimus et nos aliquando natura filii irae sicut et ceteri. ipsa est enim per peccatum primi hominis, quod ex libero eius uenit arbitrio, uitiata et damnata natura, cui sola per mediatorem dei et hominum et omnipotentem medicum diuina subuenit gratia. de cuius adiutorio ad iustificationem nostram, quo deus diligentibus eum omnia cooperatur in bonum, quos prior dilexit, donans eis ut diligeretur ab eis, quia iam diu est ut disserimus, deinceps incipiamus, quantum dominus

1 I Cor. 13, 12 21 Eph. 2, 3 24 cf. I Tim. 2, 5 27 cf. Rom. 8, 28 28 cf. I Ioh. 4, 19

2 enigmate *MCP* faciae *M* 5 minucius *C* 9 minutius quidem *C* 10 adque *M* aut *P* helisabeth *Ch* helisabet *C* 14 attenda *P* 15 assūsit *C* 18 pellagius *T* 27 deum *b* cooperantur *b* 29 ut] quod *V* disseruimus *Vb*

adiuuerit, etiam de peccato, quod per unum hominem cum morte intrauit in mundum atque ita in omnes homines pertransiit aduersus istos, qui in errorem huic contrarium ueritati apertius eruperunt, quae satis esse uidebuntur exprimere.

2 Rom. 5, 12

4 erumpunt *V* uidetur *V* 5 Explicit liber primus. Inč secundus ad scm Pinianum *M* Expł lib primus. Incipit secundus *C* Explicit liber primus Aurelii Augustini epi de gra xpi ¦¦ de peccato originali contra Pelagium et Celestium Inč lib II' *Ch* Explicit liber primus Aurelii Augustini epi de gra xpi et de peccato originali contra Pelagium et Celestium. Inč liber scds *T* Explicit liber primus contra Pelagium et Celestium ad Albinam, Pinianum et Melaniam de gra xpi. Inč scds ad eosdem de peccato originali *P*

DE GRATIA CHRISTI
ET DE PECCATO ORIGINALI LIBER SECVNDVS.
DE PECCATO ORIGINALI.

I. 1. Iam nunc diligenter aduertite de baptismate paruulorum quam caute debeatis audire homines eius modi, qui neque aperte illi aetati lauacrum regenerationis et peccatorum remissionis audent negare, ne hoc christianae aures ferre non possint, et tamen opinionem suam, qua putant peccato primi hominis carnalem generationem obnoxiam non teneri, tueri et defensare persistunt, quamuis eis baptismum uideantur in peccatorum remissionem concedere. nempe ipsi a Pelagio uos praesente scripsistis audisse recitante uobis de libello suo, quem etiam Romam se misisse asserebat, quod 'isdem sacramenti uerbis' dicant 'debere baptizari infantes quibus et maiores'. quis post ista uerba putaret eis de hac re ullam mouendam esse quaestionem? aut cum faceret, cui non calumniosissimus uideretur, si non eorum manifesta uerba legerentur, ubi negant paruulos trahere originale peccatum omnesque sine ullo uitio natos esse contendunt?

II. 2. Et Caelestius quidem in hoc exstitit errore liberior usque adeo, ut neque in episcopali iudicio apud Carthaginem damnare uoluerit eos qui dicunt 'quod peccatum Adae ipsum solum laeserit et non genus humanum et quod infantes qui

2 *Hinc usque ad pag. 174, 2 etiam cod. 1974 s. XIIII scripturas* (= P[1]), *qui Parisiis in bibl. armamentarii (de l' Arsenal) asseruatur, recepimus*

10 remissionem peccatorum *b* 11 remissione *codd.* nempe uos ipsi a Pelagio *b* 12 recitauit *P*[1] 15 ista] illa *bd* 16 ut eam faceret qui non *sqq. V* cum] eis *b* cui uero calumniosissimi uiderentur *b* 17 ubi negant—*174, 17* diuites *desunt in C* 18 omnes qui *b* 20 celestius *ChT* 21 in *om. TPP*[1] cartaginem *ChTP*

nascuntur in eo statu sint, in quo Adam fuit ante praeuaricationem'. et in urbe Roma in libello suo, quem beatissimo papae Zosimo dedit, id asseuerauit expressius, 'quod paruulorum neminem obstringat originale peccatum'; de gestis enim ecclesiasticis Carthaginensibus haec eius uerba descripsimus.

III. 3. 'Aurelius episcopus dixit: sequentia recitentur. et recitatum est, quod peccatum Adae soli ipsi obfuerit et non generi humano. et cum recitatum esset, Caelestius dixit: <dixi> de traduce peccati dubium me esse, ita tamen, ut cui donauit deus gratiam peritiae consentiam, quia diuersa ab eis audiui, qui utique in ecclesia catholica constituti sunt presbyteri. Paulinus diaconus dixit: dic nobis nomina ipsorum. Caelestius dixit: sanctus presbyter Rufinus Romae qui mansit cum sancto Pammachio; ego audiui illum dicentem, quia tradux peccati non sit. Paulinus diaconus dixit: est aliquis alius? Caelestius dixit: audiui et plures dicere. Paulinus diaconus dixit: dic nomina ipsorum. Caelestius dixit: non tibi sufficit unus sacerdos? et post aliqua alio loco: Aurelius episcopus dixit: reliqua libelli legantur. et recitatum est, quod infantes qui nascuntur in eo statu sint, in quo fuit Adam ante transgressionem, usque in finem libelli minoris superius inserti'.

IIII. 'Aurelius episcopus dixit: docuisti, Caelesti, aliquando, ut dicit diaconus Paulinus, quod infantes qui nascuntur in eo statu sint, in quo fuit Adam ante transgressionem? Caelestius dixit: exponat quid dixit 'ante transgressionem'. Paulinus diaconus dixit: tu nega te hoc docuisse. unum est e duobus: aut neget se docuisse aut iam damnet istud. Caelestius dixit: iam dixi, exponat quomodo dixit 'ante transgressionem'.

13 cf. Mar. Mercat. common. adu. haeres. Pelag. 2 (XLVIII 111 M.) 23 cf. de gestis Pel. pag. 78, 11

1 eodem *P*[1] 2 romana *P*[1] 4 originalem *P*[1] 5 cartaginensibus *Ch* 7 ipsi soli *bd* 8 generi] gra *P*[1] dixi *om. MChTPP*[1]*b* 9 me dubium *b* 11 presbiteri *MChTP* 12 nobis *om. ChTPP*[1] 13 Romae] nomine *P* 17 Caelestius dixit *om. P*[1] 23 dixit *Tbd* 24 fuit] fiat *P*[1] 25 et ponat *b* 26 hoc te *ChTPP*[1]*Vbd* ex *b*

Paulinus diaconus dixit: nega te illa docuisse. Aurelius episcopus dixit: rogo, quid collegerim ego ex huius obiectione, dico, Adam constitutus in paradiso quod ante dicatur inexterminabilis factus, postea per transgressionem praecepti factus sit corruptibilis. hoc dicis, frater Pauline? Paulinus diaconus dixit: hoc, domine. Aurelius episcopus dixit: status certe infantum hodie baptizandorum utrum talis sit, qualis fuit ante transgressionem Adae, an certe de eadem origine peccati, de qua nascitur, transgressionis culpam trahat, hoc uult diaconus Paulinus audire. Paulinus diaconus dixit: utrum docuit hoc an non neget. Caelestius dixit: iam de traduce peccati dixi, quia intra catholicam constitutos plures audiui destruere necnon et alios astruere, licet quaestionis res sit ista, non haeresis. infantes semper dixi egere baptismo ac debere baptizari. quid quaerit aliud'?

4. Nempe cernitis sic Caelestium concessisse paruulis baptismum, ut in eos primi hominis transire peccatum, quod lauacro regenerationis abluitur, noluerit confiteri, quamuis et negare non ausus sit et propter hanc dubitationem suam non damnauerit eos qui dicunt 'quod peccatum Adae ipsum solum laeserit et non genus humanum et quod infantes qui nascuntur in eo statu sint, in quo Adam fuit ante praeuaricationem'.

V. 5. In libello autem, quem Romae edidit, qui gestis ibi ecclesiasticis allegatus est, ita de hac re loquitur, ut hoc se credere ostendat, unde hic dubitare se dixerat. nam uerba eius ista sunt: 'infantes autem', inquit, 'debere baptizari in remissionem peccatorum secundum regulam uniuersalis ecclesiae et secundum euangelii sententiam confitemur, quia dominus statuit

28 cf. Ioh. 3, 5

2 rego *P*¹ huiusmodi *b* 3 quando *V* ante] autem *P*¹ 5 corporalis *P*¹ 7 infantium *P*¹ 8 adam *ChTPP*¹ 12 constitus *V* 13 et *om. m. 1 T* 14 baptismū *M* 15 quaeritis *V* 16 consensisse *TPP*¹*b* 17 transire primi hominis *bd* 18 regeneratōne *P*¹ 22 sunt *m. 1 T* 23 ro || medidit *M* 26 remissione *M*

regnum caelorum nonnisi baptizatis posse conferri. quod quia uires naturae non habent, conferri necessarium est per gratiae libertatem'. si nihil de hac re deinceps diceret, quis non eum crederet confiteri etiam infantibus in baptismo originalia peccata dimitti dicendo eos in remissionem peccatorum baptizari oportere? hinc ergo est et illud quod scripsistis sic uobis respondisse Pelagium 'quod eisdem quibus et maiores sacramenti uerbis baptizentur infantes' uosque fuisse laetatos id quod cupiebatis audisse et tamen adhuc de uerbis eius nos maluisse consulere.

VI. 6. Attendite itaque quid Caelestius apertissime dixerit, et ibi uidebitis quid uobis Pelagius occultauerit. Caelestius quippe adiungit et dicit: 'in remissionem autem peccatorum baptizandos infantes non idcirco diximus, ut peccatum ex traduce firmare uideamur. quod longe a catholico sensu alienum est, quia peccatum non cum homine nascitur, quod postmodum exercetur ab homine, quia non naturae delictum, sed uoluntatis esse monstratur. et illud ergo confiteri congruum, ne diuersa baptismatis genera facere uideamur, et hoc praemunire necessarium est, ne per mysterii occasionem ad creatoris iniuriam malum antequam fiat ab homine tradi dicatur homini per naturam'. hunc sensum suum uobis aperire Pelagius uel timuit uel erubuit, quem discipulus eius palam sine ullius obscuritatis ambagibus apud sedem apostolicam profiteri nec timuit nec erubuit.

7. Sed multum misericors memoratae sedis antistes, ubi eum uidit ferri tanta praesumtione praecipitem tamquam furentem, donec, si posset fieri, resipisceret, maluit eum sensim suis interrogationibus et illius responsionibus colligare quam destricta feriendo sententia in illud abruptum, quo iam pro-

2 conferre *b* necesse *bd* 5 remissione *M* 6 quos *m. 1 Ch* scripsisti *P* 8 baptizantur *bd* laetos fuisse *b* 13 remissione *M* 14 iccirco *PCh m. 1* 17 non *om. m. 1 ChT* dilectū *m. 1 T* 18 demonstratur *b* 20 miṇịsterii *Ch* misterii *TP* 23 illius *M* 24 *pr.* non *TP* 27 fieri *b* 28 sensum *P* 30 districta *ChTPP*[1]*Vbd* ferendo *b* pendere *b*

pendere uidebatur, inpellere. ideo autem non dixi: aperte ceciderat, sed propendere uidebatur, quia superius in eodem libello suo de huius modi quaestionibus locuturus ante praedixerat: 'si forte ut hominibus quispiam ignorantiae error obrepsit, uestra sententia corrigatur'.

VII. 8. Hanc eius praelocutionem uenerabilis papa Zosimus tenens egit cum homine, quem falsae doctrinae uentus inflauerat, ut ea quae illi a diacono Paulino fuerant obiecta damnaret atque ut sedis apostolicae litteris, quae a sanctae memoriae suo praecessore manauerant, praeberet assensum. at ille noluit quidem diaconi obiecta damnare, sed beati papae Innocentii litteris non est ausus obsistere, immo 'se omnia, quae sedes illa damnaret, damnaturum esse' promisit. atque ita uelut phreneticus, ut requiesceret, tamquam leniter fotus a uinculis tamen excommunicationis nondum est creditus esse soluendus. sed interposito duorum mensium tempore, donec rescriberetur ex Africa, resipiscendi ei locus sub quadam medicinali sententiae lenitate concessus est, quoniam reuera, si deposita peruicaciae uanitate quod promiserat uellet attendere et easdem litteras quibus se consensurum esse responderat diligenter legeret, sanaretur. sed posteaquam ex Africano episcoporum concilio rescripta directa sunt, quid fuerit consecutum, ut iustissime in eum sententia proferretur, cuncta legite, quia cuncta transmisimus.

VIII. 9. Vnde etiam Pelagius, si se ipsum et sua scripta sine dolo cogitat, non recte dicit eadem sententia se non debuisse retineri. fefellit enim iudicium Palaestinum, propterea ibi uidetur esse purgatus; Romanam uero ecclesiam, ubi eum

8 cf. CSEL XXXV 108

1 inpellere—uidebatur *om.* *P* 4 abrepsit *M* obrepserit *b* 8 damnarent *M* 13 esse se *b* 14 freneticus *MChTP* 16 mensum *M* 17 rescribetur P^1 18 concessus—uanitate *in mg.* *M* quia *V* 19 quid MP^1Ch *m. 1* promiserit *M* 20 consessurum P^1 21 affricano *TP* 22 consequutum *TP* 24 transmissimus *T* 27 detineri *bd* palestinum *T* 28 purgandus $TP P^1 V$

esse notissimum scitis, fallere usquequaque non potuit, quamuis et hoc fuerit utcumque conatus; sed, ut dixi, minime ualuit. recoluit enim beatissimus papa Zosimus, quid imitandus praecessor eius de ipsis senserit gestis. attendit etiam quid de illo sentiret praedicanda in domino Romanorum fides, quorum aduersus eius errorem pro ueritate catholica studia consonantia concorditer flagrare cernebat, inter quos ille diu uixerat et quos eius dogmata latere non poterant, qui Caelestium eius esse discipulum sic nouerant, ut fidelissimum et firmissimum possent de hac re testimonium perhibere. quid ergo de Palaestinae synodi gestis, quibus se Pelagius absolutum esse gloriatur, sanctus papa Innocentius iudicarit, quamuis et in litteris eius, quas nobis rescripsit, legere possitis et commemoratum, cum uenerabili papae Zosimo synodus Africana respondit, quod uestrae caritati cum ceteris instructionibus misimus, tamen nec in hoc opere praetereundum uidetur.

VIIII. Cum enim nos in epistula, quam ei quinque episcopi scripsimus, eorundem gestorum Palaestinorum, quorum ad nos iam fama peruenerat, commemorationem fecissemus dicentes in Oriente, ubi degit, gesta ecclesiastica facta esse, quibus putatur esse purgatus, atque ad hoc inter cetera ille rescriberet, 'cum sint', inquit, 'aliqua in ipsis posita gestis, quae obiecta partim ille uitando suppressit, partim multa in se uerba retorquendo tota obscuritate confudit, aliqua magis falsa quam uera ratione, ut ad tempus poterat uideri, purgauit negando alia, alia falsa interpretatione uertendo. sed utinam, quod optandum magis est, iam se ille ad ueram catholicae fidei uiam ab illo suo errore conuertat et cupiat uelitque purgari considerans coti-

5 cf. Rom. 1, 8 17 cf. Aug. epist. 177, 2 (XXXIII 765 M.) 21 cf. Aug. epist. 183, 3 sq. et CSEL XXXV 94

1 sitis *m. 1 T* 2 fieri *M* utrumque *MChPb* 5 senserit *TPP*^{1}*V* 7 flagrare cernebat] flagrarēt *V* 9 nouerunt *M* 11 synodis *MTP*^{1} 13 possetis *P* commemoratum fuerit *M* 14 eum *b* papa *P* affricana *TP* responderit *V* 21 scriberet *TP* 23 in se multa *ChTPP*^{1} 24 falsis argumentis *M et CSEL 94, 14* uenerationc *M* 25 *alt.* alia *om. P*^{1} 27 illo sui tramitis errore *CSEL 94, 17*

dianam dei gratiam adiutoriumque cognoscens, ut uideatur uere et approbetur ab omnibus manifesta ratione correctus non gestorum iudicio, sed ad catholicam fidem corde conuerso. unde non possumus illorum nec approbare nec culpare iudicium, cum nesciamus utrum uera sint gesta aut, si uera sint, constet magis supterfugisse quam se tota ueritate purgasse'. uidetis certe in his uerbis quemadmodum papa beatissimus Innocentius non tamquam de incognito loqui uideatur; uidetis qualem tulerit de illius purgatione sententiam; uidetis quid successor eius sanctus papa Zosimus recolere debuerit, sicut recoluit, ut in eo sui praecessoris iudicium remota cunctatione firmaret.

X. 11. Iam nunc diligenter attendite, unde monstretur quod Palaestinos Pelagius fefellerit iudices, ut alia taceam, in hac ipsa quaestione de baptismate paruulorum, ne forte cuipiam in eo quod diximus eum sensum, in quo liberior Caelestius fuit, uobis occultasse Pelagium, cum et ipse non aliter sentiat, calumniari potius uel suspicari quam certum aliquid comprehendisse uideamur. nempe iam superius satis claruit propterea Caelestium noluisse damnare quod dicitur 'Adae peccatum ipsi soli obfuisse, non generi humano et infantes qui nascuntur in eo statu esse, in quo Adam fuit ante praeuaricationem', quia uidebat, si ista damnaret, confirmare se in infantibus peccati ex Adam transitum. haec autem cum fuissent obiecta Pelagio, quod ea cum Caelestio etiam ipse sentiret, sine ulla retractatione damnauit. quod licet uos legisse sciam, tamen quia non solis uobis hoc scribitur, ne pigeat lectorem ad ipsa gesta recurrere uel, si ea non habet, etiam cum labore perquirere, ipsa inde uerba transcribimus, quae infra scripta sunt.

XI. 12. 'Synodus dixit: nunc quoniam anathematizauit Pelagius insertum stultiloquium recte respondens hominem cum

29 cf. pag. 64, 12

2 correptus *m. 1 Ch* 3 indicio *CSEL 94, 21* 13 taceatur *P*[1] 14 piam *P*[1] 16 nobis *b* 19 uoluisse *b* dicit *b* 26 lectore *M* 28 transscribsimus *M* rescribamus *V* 29 sinodus *MChTP* anathematizauerit *ChTPP*[1]*Vbd* 30 incertum *bd*

adiutorio dei et gratia posse esse ἀναμάρτητον, sine peccato, respondeat et ad alia capitula. aliud capitulum in doctrina Caelestii discipuli Pelagii ex eis quae Carthagine a sancto Aurelio Carthaginensi episcopo cum aliis episcopis audita sunt et commemorata: Adam mortalem factum, qui siue peccaret siue non peccaret moriturus esset. quoniam peccatum Adae ipsum solum laeserit et non genus humanum. quoniam lex sic mittat ad regnum quemadmodum et euangelium. quoniam ante aduentum Christi fuerint homines sine peccato. quoniam infantes nuper nati in eo statu sint, in quo Adam fuit ante praeuaricationem. quoniam neque per mortem uel praeuaricationem Adae omne genus hominum moriatur neque per resurrectionem Christi omne genus hominum resurgat. quoniam sanctus episcopus Augustinus aduersus discipulos eius in Sicilia respondit Hilario ad subiecta capitula scribens librum in quo ista continentur: posse hominem sine peccato esse, si uelit. infantes, etsi non baptizentur, habere uitam aeternam. diuites baptizatos, nisi omnibus abrenuntient, si quid boni uisi fuerint facere, non reputari illis neque regnum dei posse eos habere, Pelagius dixit: [de] posse quidem hominem sine peccato esse dictum est superius; de eo autem, quod fuerint homines ante aduentum domini sine peccato, dicimus et nos quoniam ante aduentum Christi uixerunt quidam sancte ac iuste secundum scripturarum sanctarum traditionem. reliqua uero et secundum ipsorum testimonium <a me dicta> non sunt, pro quibus ego satisfacere non debeo; sed tamen ad satisfactionem sanctae synodi anathematizo eos qui sic tenent aut aliquando tenuerunt'.

XII. 13. Ecce, ut alia omittam, uidetis anathematizasse

5 cf. pag. 76, 16 15 cf. Ep. 157 20 cf. de gest. Pel. pag. 77, 18

1 anamartheton *MChTP* αναμαρτιαν *b* sine] id est sine *bd* 2 ad *om. m. 1 T* 3 ex eis *om. M* cartagine *TP* 4 cartaginensi *TP* 8 mittat] intrat *V* 10 eo] illo *MChP* 12 humanum *b* moriatur—hominum *om. MChTPb* 15 hilaro *MCh* hylario *P* 18 abrenuntiare *C* 20 de *inclusi; cf. pag. 77, 18* 23 iuste ac sce *C* 24 scaru scripturarum *P* 25 a me dicta *scripsimus:* quia ista (iṣta *Ch*) *codd. bd; cf. 77, 23; 112, 10* 26 non debeo *M:* debeam *ceteri* 27 aut] ut *m. 1 CCh, P*

Pelagium eos qui tenent 'quod Adae peccatum ipsum solum laeserit et non genus humanum et quod infantes qui nascuntur in eo statu sint, in quo Adam fuit ante praeuaricationem'. quid ergo hic aliud episcopi iudices intellegere potuerunt nisi eum confiteri, quod peccatum ex Adam in paruulos transeat? quod ne confiteretur Caelestius, haec damnare noluit, quae iste damnauit. proinde si ostendero etiam ipsum nihil aliud sentire de paruulis nisi quod sine ulla cuiusquam uitii contagione nascuntur, quid inter istum et Caelestium in hac quaestione distabit, nisi quod ille apertior, iste occultior fuit, ille pertinacior, iste mendacior uel certe ille liberior, hic astutior? ille enim nec in ecclesia Carthaginensi damnare uoluit, quod in Romana postea se tenere confessus est et corrigi paratum se esse professus est, si ei tamquam homini error obrepsit. iste autem et illud dogma damnauit tamquam contrarium ueritati, ne ipse a catholicis iudicibus damnaretur, et id sibi defendendum postea reseruauit aut mendaciter damnans aut callide interpretans.

XIII. 14. Sed uideo de me iam iustissime postulari, ut quod promisi, utrum et ipse hoc sentiat quod Caelestius, demonstrare non differam. in primo libro recentioris operis sui, quod scripsit pro libero arbitrio, cuius operis in litteris quas Romam misit commemorationem fecit, 'omne', inquit, 'bonum ac malum, quo uel laudabiles uel uituperabiles sumus, non nobiscum oritur, sed agitur a nobis; capaces enim utriusque rei, non pleni nascimur et ut sine uirtute ita et sine uitio procreamur atque ante actionem propriae uoluntatis id solum in homine est, quod deus condidit'. nempe cernitis in his Pelagii uerbis quod dogma contineatur amborum de paruulis sine ullius uitii ex Adam contagione nascentibus. non itaque mirum est, quod eos qui dicunt 'Adae peccatum ipsi

13 cf. pag. 171, 4

5 in paruulos ex adam *ChTP* 6 ne ṇẹ *C* uoluit *P* 8 cuius *m. 1 C* nascantur *C* 11 hic] iste *C* 12 cartaginensi *TP* 13 se esse paratum *C* 14 obrepserit *P* 15 damnauerit *b* 17 reseruabit *M* 20 recensioris *C* 26 procreamur] nascimur *C* 28 hiis *P* istis *C* 30 sibi ipsi *m. 1 C*

soli obfuisse et non generi humano et infantes qui nascuntur in eo statu esse, in quo fuit Adam ante praeuaricationem' Caelestius damnare noluit; sed multum mirum est, qua fronte Pelagius ista damnauerit. si enim, sicut dicit, 'malum non nobiscum oritur et sine uitio procreamur atque ante actionem propriae uoluntatis id solum in homine est, quod deus condidit', profecto peccatum Adae ipsi soli obfuit, quia nullum in prolem transitum fecit. non enim peccatum non est malum aut peccatum non est uitium aut peccatum deus condidit. dicit autem iste: 'malum non nobiscum oritur et sine uitio procreamur et hoc solum est in nascentibus, quod deus condidit'. ac per hoc cum peccatum Adae ipsi soli obfuisse, non generi humano secundum istam suam sententiam uerissimum putet, cur hoc damnauit Pelagius, nisi ut iudices catholici fallerentur? similiter etiam illud dici potest: si malum non nobiscum oritur et sine uitio procreamur idque solum est in homine nascente, quod deus condidit, procul dubio qui nascuntur infantes in eo statu sunt, in quo Adam fuit ante praeuaricationem, cui nullum malum uitiumque inerat atque id solum in illo erat, quod deus condiderat. et tamen anathematizauit Pelagius 'qui tenent aut aliquando tenuerunt in eo statu esse recentes ab ortu paruulos, in quo Adam fuit ante praeuaricationem', id est sine ullo malo, sine ullo uitio, id solum habentes, quod deus condidit. ut quid ergo et hoc damnauit Pelagius, nisi ut catholica synodus falleretur, ne nouus haereticus damnaretur?

XIIII. 15. Quod autem scitis et quod in eo etiam libro posui, quem de gestis Palaestinis ad uenerabilem senem nostrum Aurelium scripsi, illa ego responsione Pelagii totam istam quaestionem consumptam esse gaudebam confessusque mihi apertissime uidebatur esse in paruulis originale peccatum anathema dicendo eis, qui peccato Adae ipsum solum, non

1 non *om.* *C* 2 praeuaricationem] peccm *C* 3 uoluit *P* 5 atque *om.* *m. 1 T* 7 soli *om.* *M* 9 autem] aut *b* 15 etiam] et *b* 22 id est *om.* *M* 24 et] ad *TP* 25 sydus *m. 1 C* hereticus *MCTP* 28 ergo *b*

etiam genus humanum crederent laesum et in eo statu esse opinarentur paruulos, in quo ille homo primus ante praeuaricationem fuit. sed postea cum legissem quattuor eius libros, de quorum primo libro paulo ante commemorata uerba descripsi, et inuenissem hominem adhuc contra fidem catholicam de paruulis sentientem, prius mirari coepi tam impudens in ecclesiastico iudicio et de tanta quaestione mendacium. si enim eosdem libros ante iam scripserat, quomodo se dixit eos anathematizare, qui sic aliquando tenuerunt? si autem postea illud opus pollicitus est, quomodo anathematizauit qui sic tenent? nisi ridicule forte dicturus est eos se damnasse qui sic aliquando tenuerunt et qui sic tenent, de tempore autem futuro, id est eis qui sic fuerant retenturi, nec sibi nec aliis praeiudicare potuisse et ideo non fuisse mentitum, quia postea deprehensus est sic tenere. sed non hoc dicit, non solum quia ridiculum est, sed quia uerum esse non potest. in eisdem quippe libris et contra peccati ex Adam in paruulos transitum loquitur et de gestis Palaestinae synodi gloriatur, ubi eos qui sic tenent ueraciter damnasse putatus est et absolutionem suam fallendo furatus est.

XV. 16. Quid enim ad rem, de qua nunc agimus, pertinet, quod discipulis suis respondet ideo se illa obiecta damnasse, quia et ipse dicit non tantum primo homini, sed etiam humano generi primum illud obfuisse peccatum non propagine, sed exemplo, id est non quod ex illo traxerint aliquod uitium, qui ex illo propagati sunt, sed quod eum primum peccantem imitati sunt omnes, qui postea peccauerunt? aut quia dicit ideo infantes non in eo statu esse, in quo fuit Adam ante praeuaricationem, quia isti praeceptum capere nondum possunt, ille autem potuit, nondumque utuntur rationalis uoluntatis

2 p̄uericationem *C* 3 eī *M* 5 catholicam fidem *bd* 6 prius] primus *T* plus *d* *om.* *P* mirati *V* 10 poltus *M; Ben. susp.:* molitus eos qui *C* 11 ridiculū *C* 12 quando *m. 1 M* 14 potuisse] uoluisse *V* 15 deprehensus] inuentus *C* 19 uereciter *C* 28 non *om.* *P* fuit *om.* *C* 30 potuit quia nondum utuntur *V* nondum *b* rationabilis *TP*

arbitrio, quo ille nisi uteretur, non ei praeceptum daretur? quid hoc ad rem pertinet, quia uerba sibi obiecta sic exponendo recte se putat damnasse quod dicitur peccatum Adae ipsi soli obfuisse et non generi humano et infantes qui nascuntur in eo statu esse, in quo Adam fuit ante peccatum, et tamen his damnatis non mendaciter tenere, quod in eius postea conscriptis opusculis inuenitur, sine ullo malo, sine ullo uitio paruulos nasci et hoc solum in eis esse, quod deus condidit, non uulnus quod inimicus inflixit?

XVI. 17. Numquid haec dicendo uerba propter aliud obiecta aliter exponendo id agit, ut se iudices non fefellisse demonstret? prorsus non id efficit; tanto enim iudices fefellit occultius, quanto exponit ista uersutius. episcopi quippe catholici quando audiebant hominem anathematizantem eos qui dicunt Adae peccatum ipsi soli obfuisse, non generi humano, nihil aliud eum sapere existimabant quam id quod catholica ecclesia praedicare consueuit, unde ueraciter paruulos in peccatorum remissionem baptizat, non quae imitando fecerunt propter primi peccatoris exemplum, sed quae nascendo traxerunt propter originis uitium. et quando audiebant anathematizantem eos qui dicunt infantes qui nascuntur in eo statu esse, in quo Adam fuit ante praeuaricationem, nihil eum aliud dicere credebant nisi eos qui paruulos putant nullum ex Adam traxisse peccatum et secundum hoc in eo statu esse, in quo fuit ille ante peccatum. etenim hoc illi obiceretur, non aliud, unde quaestio uersabatur. proinde cum hoc iste sic exponit, ut dicat infantes ideo non in eo statu esse, in quo Adam fuit ante peccatum, quia nondum sunt in eadem firmitate mentis

1 quod *MCChT m. 1* 3 putat se *C* putant *ChT* 5 fuit adam *C* 11 demonstraret *P* 12 iudices *om. Vbd* 14 quod dr̄ *M* 17 remissionem peccatorum *CChTP* 18 remissione *M* 20 haec quando *m. 2 M* 21 dr̄ *M* esse *om. C* 22 aliud dicere] debere *M* 23 putant] dicunt *V* 24 quo adā ante p̄uaricationē *C* 25 illi] ibi *V* obiciebatur *V* aliunde *M* 26 uertebatur *M* uersaretur *m. 1 C* 28 sunt] fuit *V*

aut corporis, non quod in eos transierit ulla culpa propaginis, respondeatur ei: quando tibi illa damnanda obiciebantur, non ea catholici episcopi sic intellegebant; ideo cum illa damnares, catholicum te esse credebant. propterea ergo. quod te illi sapere existimabant, absoluendum fuit; quod uero tu sapiebas, damnandum fuit. non ergo tu absolutus es, qui damnanda tenuisti, sed illud absolutum est, quod tenere debuisti. ut autem tu absolutus putareris, creditus es sentire laudanda, cum te iudices non intellegerent occultare damnanda. recte Caelestii socius iudicatus es, cuius manifestas te esse participem; etsi in iudicio tuos cooperuisti libros, tamen post iudicium eos edidisti.

XVII. 18. Quae cum ita sint, profecto sentitis in tam nefandi erroris auctores episcopalia concilia et apostolicam sedem uniuersamque Romanam ecclesiam Romanumque imperium, quod deo propitio christianum est, rectissime fuisse commotum, donec resipiscant de diaboli laqueis. quis enim scit, ne forte det illi deus paenitentiam ad cognoscendam et confitendam et praedicandam etiam ueritatem damnandamque ueraciter damnabilem falsitatem? quoquo modo autem se habere isti uelint, multis tamen misericordia domini esse consultum, qui eos propterea sectabantur, quia catholicae communioni uidebant esse sociatos, dubitare non possumus.

19. Quomodo autem Pelagius temptarit obrepere ad fallendum etiam apostolicae sedis episcopale iudicium in hac ipsa quaestione de baptismate paruulorum diligenter attendite. in litteris

15 cf. Honorii leges apud Migne t. 45 pag. 1726 et Possidii Augustini uitam 18 (XXXII 48 M.)

1 quod ** transierit ī eos (*s. l.*) illa *C* in *om. m. 1 T* eo *M* propaganis *C* 2 dampnata *m. 1 Ch* damnata *TV* 6 dampnata *fin. m. 1 Ch* damnata *TPV* 7 renuisti *V* 8 puteris *M* 9 dampnanda (pnanda *m. 2 in mg*) *Ch* 10 es** *Ch* te *om. m. 1 M* 11 operuisti *M* 12 didisti *M* 14 auctore *M* auctorem *V* contraepiscopalia (tra *s. l.*) *M* consilia *C* concilia (*alt.* c *s. ras.*) *Ch* 17 resipiscat *V* 18 illis *bd* connoscendam *C* 21 ista *C* 24 obrepere tentauerit *bd* 26 babtismate *C*

enim quas Romam misit ad beatae memoriae papam Innocentium, quoniam eum in corpore non inuenerunt et sancto papae Zosimo datae sunt atque ad nos inde directae, dicit se ab hominibus infamari, quod neget paruulis baptismi sacramentum et absque redemptione Christi aliquibus caelorum regna promittat. sed non sic illis haec obiciuntur, ut posuit. nam neque paruulis negant baptismi sacramentum nec absque redemptione Christi aliquibus caelorum regna promittunt. itaque unde se queritur infamari eo modo proposuit, ut facile posset crimini obiecto saluo suo dogmate respondere.

XVIII. Obicitur autem illis, quod non baptizatos paruulos nolunt damnationi primi hominis obnoxios confiteri et in eos transisse originale peccatum regeneratione purgandum, quoniam propter accipiendum regnum caelorum tantummodo eos baptizandos esse contendunt: quasi praeter regnum caelorum habere nisi aeternam mortem possint qui sine participatione corporis et sanguinis domini aeternam uitam habere non possunt. ecce quod eis obicitur de baptismo paruulorum, non quod ipse ita proposuit, ut possit suae propositioni quasi aduersantis obiectioni secundum sua dogmata respondere.

20. Denique quomodo respondeat aduertite et uidete latebras ambiguitatis falsitati praeparare refugia offundendo caliginem ueritati, ita ut etiam nos cum primum ea legimus, recta uel correcta propemodum gauderemus. sed latiores disputationes eius in libris, ubi se quantumlibet operiat, plerumque aperire compellitur, fecerunt nobis et ista suspecta, ut attentius intuentes inueniremus ambigua. cum enim dixisset numquam se uel inpium aliquem haereticum audisse, qui hoc quod proposuit de paruulis diceret, deinde subiecit atque ait: 'quis enim ita euangelicae lectionis ignarus est, qui hoc non modo affirmare conetur, sed qui uel leuiter dicere aut etiam sentire

2 in corpore eum *CChTPVbd* 8 unde sequitur *M* 9 informari *C* 11 quod non paruulos nisi baptizatos nolint *V* 14 baptizatos *V* 15 propter *M* 16 nisi] non *V* mortēm *M* possunt *M* 18 baptismate *C* 20 abiectionis *M* 22 obfundendo *CTCh m. 1* 30 ñ ḥọ m̊ *C*

possit? deinde quis tam inpius, qui paruulos exsortes regni caelorum esse uelit, dum eos baptizari et in Christo renasci uetat?'

XVIIII. 21. Frustra ista dicit, non inde se purgat. in regnum caelorum sine baptismo paruulos intrare non posse nec ipsi aliquando negauerunt. sed non inde quaestio est; de purgatione originalis peccati in paruulis quaestio est. inde se purget, qui non uult fateri lauacrum regenerationis in paruulis habere quod purget. et ideo cetera quae dicturus est attendamus. post interpositum enim ex euangelio testimonium, quod nisi renatus ex aqua et spiritu regnum caelorum nullus possit intrare, unde illis, ut diximus, nulla fit quaestio, secutus adiunxit dicens: 'quis ille tam inpius est, qui cuiuslibet aetatis paruulo interdicat communem humani generis redemptionem?' et hoc ambiguum est, qualem dicat redemptionem: utrum ex malo ad bonum an ex bono ad melius. nam et Caelestius apud Carthaginem in libello suo redemptionem confessus est paruulorum et tamen noluit confiteri ex Adam in eos transisse peccatum.

XX. 22. Sed quid deinde iste subiungat, adtendite. 'et in perpetuam', inquit, 'certamque uitam renasci uetet eum qui natus sit ad incertam?' id est: quis tam inpius est, ut uetet renasci ad perpetuam certamque uitam eum qui natus sit ad incertam? haec uerba quando primitus legimus, credidimus eum incertam uitam istam uoluisse dicere temporalem, quamuis nobis uideretur magis eam mortalem dicere debuisse quam incertam, eo quod certa morte finiatur. tamen quamdiu ducitur, quoniam momentis omnibus esse non dubitatur incerta, nihil aliud eum putauimus quam istam mortalem uitam maluisse

11 Ioh. 3, 5

1 exortes *TP* 3 uetat] putat *TPCh m. 1, b* 6 negauerunt] putauerunt *V* 11 nullus *om. V* 12 dixi *C* 13 adiuncxit *T* 17 confessus est redemptionem *bd* 20 aduertite *bd* 21 perpetuam certamque uitam inquit *C* 22 tā pius *C* 24 incertam *om. m. 1 M* 25 in certam *Ch* 26 eum *MCChTP* 29 eum aliud *C*

dicere incertam. ac per hoc, quamuis aeternam mortem paruulorum sine baptismatis sacramento ex hac uita migrantium aperte noluerit confiteri, tamen de illo sollicitudinem nostram quasi certa ratiocinatio solabatur. dicebamus enim: si perpetua uita, sicut confiteri uidetur, nisi eorum qui baptizati sunt non potest esse, profecto eos qui non baptizati moriuntur mors perpetua consequetur, quod nulla iustitia dei potest accidere his, a quibus in hac uita nulla peccata commissa sunt, nisi propter originale peccatum.

XXI. 23. Sed postea non defuerunt fratres, qui nos admonerent hoc ideo dicere potuisse Pelagium, quia de ista quaestione ita perhibetur solitus respondere quaerentibus, ut diceret: 'sine baptismo paruuli morientes, quo non eant, scio; quo eant, nescio': id est non ire in regnum caelorum scio; quo uero eant, ideo se nescire dicebat aut dicit, quia dicere non audebat in mortem illos ire perpetuam, quos et hic nihil mali commisisse sentiebat et originale traxisse peccatum non consentiebat. itaque et ista eius uerba Romam pro magna eius purgatione transmissa tam sunt ambigua, ut possint eorum dogmati praebere latibula, unde ad insidiandum prosiliat haereticus sensus, quando nullo existente, qui ualeat respondere, tamquam in solitudine aliquis inuenitur infirmus.

24. Iam uero in libro fidei suae, quem Romam cum ipsis litteris misit ad eundem papam Innocentium, ad quem etiam epistulam scripserat, multo euidentius se ipsum tegendo nudauit dicens: 'baptisma unum tenemus, quod isdem sacramenti uerbis in infantibus quibus etiam in maioribus dicimus esse celebrandum'. non saltem dixit 'eodem sacramento' — quod quidem si dixisset, adhuc esset ambiguum — sed 'isdem', inquit, 'sacramenti uerbis', tamquam infantibus remissio peccatorum uer-

26 cf. Pel. lib. fid. 8 (XLV 1718 M.) et pag. 152, 24

4 rationatio *C* 7 dei *om. CChTPVbd* 9 propter *om. CChTPVbd* 11 Pelagium potuisse *bd* 12 diceret *om. m. 1 T* 13 paruulis *C* 15 ideo *om. b* dicebant *C* 16 illos] eos *C* 25 tegendo *om. V* 29 hisdem *Cb*

borum sonitu diceretur, non rerum ageretur effectu. uisus est tamen ad tempus aliquid dicere, quod fidei catholicae conueniret; sed illam sedem usque in finem fallere non praeualuit. post rescripta quippe Africani concilii, in quam prouinciam quidem doctrina illa pestifera serpendo peruenerat, sed eam non tam late occupauerat alteque peruaserat, alia quoque ipsius in urbe Roma, ubi diutissime uitam duxerat atque in his fuerat prius sermonibus contentionibusque uersatus, cura fidelium fratrum prolata patuerunt, quae litteris suis, quas conscripsit per orbem catholicum perferendas, papa Zosimus execranda, sicut legere potestis, attexuit. ubi Pelagius epistulam Pauli apostoli ad Romanos uelut exponens argumentatur et dicit: 'si Adae peccatum etiam non peccantibus nocuit, ergo et Christi iustitia etiam non credentibus prodest' et cetera huius modi, quae omnia domino adiuuante in libris, quos scripsimus de baptismo paruulorum, refutata et dissoluta sunt. et ea quidem in ipsis quasi expositionibus suis non ex sua persona est ausus obicere, sed ibi hoc dicebat, ubi multis notissimus erat et quid sentiret ac diceret latere non poterat, quod in libris illis, de quorum primo quiddam supra commemoraui. non dissimulanter, sed apertissime quantis potest disputandi uiribus agit, ut natura humana in paruulis nullo modo ex propagine uitiata credatur, cui arrogando salutem inuidet saluatorem.

XXII. 25. Haec cum ita sint cumque iam constet dogma extitisse pestiferum et haereticum errorem, quem domino adiu-

11 Mercat. common. de Caelest. II 9 (XLVIII 86 M.) 16 cf. de baptismo paru. III 5. 6 20 cf. p. 175, 22

1 affectu *C* 3 sedem *om. V* usque (us *add. m. 2*) *M* 4 afficani *C* affricani *P* in quibus pronunciaui quid de doctrina *V* 5 prouenerat *V* 6 occulpauerat *P* peruenerat *C* 7 uitam duxerat | duxerat *M* uixerat *bd* 8 eis *C* prius] uirushis *M* contēplationibusque *T* con**tentionibusque *M* contep || tionibus *m. 1 Ch* quura *M* 9 quā *fin. M* 11 execrandas *C* Pelagius *in mg. C* apłi pauli* epłam *C* 17 suis *om. CChTPVbd* 21 disimulanter *m. 1 Ch* quanti *m. 1 Ch* 22 ait *b*

uante apertius iam deuitat ecclesia duobus istis, Pelagio scilicet et Caelestio, aut in locum paenitentiae redactis aut, si id recusauerint, omnino damnatis, qui huius peruersitatis auctores uel perhibentur uel etiam probantur uel certe, si auctores non sunt, sed hoc ab aliis didicerunt, assertores tamen atque doctores, per quos id latius reptaret et cresceret, et uerbis et litteris suis et competentibus indiciis et fama ex his omnibus surgente et crebrescente iactantur: quid restat, nisi ut quisque catholicus pro uiribus, quas sumit a domino, redarguat istam pestem eique uigilanter obsistat, ut, cum respondendi necessitate sine studio contentionis pro ueritate certatur, instruantur indocti atque ita in ecclesiae conuertatur utilitatem, quod est inimicus in perniciem machinatus iuxta illud apostoli: oportet et haereses esse, ut probati manifesti fiant inter uos?

XXIII. 26. Quapropter post multa, quae aduersus istum errorem inimicum gratiae dei, quam per Iesum Christum dominum nostrum pusillis magnisque largitur, scribendo disputare potuimus, nunc illud oportet excutere, quod uolentes haereseos astute inuidiam declinare asserunt 'istam praeter fidei periculum esse quaestionem': ut uidelicet, si in ea fuerint exorbitasse conuicti, non criminaliter, sed quasi ciuiliter errasse uideantur. sic enim Caelestius apud Carthaginem gestis ecclesiasticis est locutus: 'iam', inquit, 'de traduce peccati dixi, quia intra catholicam constitutos plures audiui destruere necnon et alios astruere, licet quaestionis res sit ista, non haeresis. infantes semper dixi egere baptismo ac debere baptizari. quid quaerit

14 I Cor. 11, 19

4 uel certe si *bis pos.* *P* auctores *bis pos.* *P* 5 assortores *C* 7 iudiciis *M* 8 surgerent *M* suggerente *V* crebescente *C* iactanter *V* 9 sumat *V* 10 cum *om.* *V* 11 certetur *V* 12 conuertantur *ChT* 13 pernicie *M* 14 et *om.* *C* 17 herrorem *C* 20 astutę *C* institutae *M* 21 exorbitare *MV* 22 errare *M* 23 cartaginem *T* 24 radice *m. 1* *C* 25 constitutus *MV* 27 baptismũ *M* hac *C* quid fuerit aliud iter hoc dixit *sqq.* *V*

aliud?' ita hoc dixit, tamquam significare uoluerit tunc fuisse haeresim iudicandam, si baptizari debere negaret infantes; nunc uero quoniam baptizandos fatetur, etiamsi causam baptismatis eorum non eam dicat, quam ueritas habet, sed quae ad fidem non pertinet, non se arbitratur errare et ideo non esse haereticum iudicandum. item in libello, quem Romae dedit, cum fidem suam a trinitate unius deitatis usque ad resurrectionem qualis futura est mortuorum, de quibus eum nullus interrogauerat et unde nulla illi quaestio mouebatur, quantum dicere libuit, explicasset, ubi ad id quod agebatur eius sermo peruenit, 'si quae uero', inquit, 'praeter fidem quaestiones natae sunt, de quibus esset inter plerosque contentio, non ego quasi auctor alicuius dogmatis definita hoc auctoritate statui, sed ea, quae de prophetarum et apostolorum fonte suscepi, uestri apostolatus offerimus probanda [esse] iudicio, ut, si forte ut hominibus quispiam ignorantiae error obrepsit, uestra sententia corrigatur'. nempe perspicitis id eum egisse hac praelocutione praemissa, ut, si quid in illo apparuisset erroris, non in fide, sed in quaestionibus quae sunt praeter fidem uideretur errasse, ubi, etsi corrigendus est error, non tamen tamquam haeresis corrigatur et qui correctus non fuerit, ita dicatur errare, ut non tamen haereticus iudicetur.

27. Sed multum eum ista fallit opinio. longe aliter se habent quaestiones istae, quas esse praeter fidem arbitratur, quam sunt illae, in quibus salua fide, qua christiani sumus, aut ignoratur quid uerum sit et sententia definitiua suspenditur aut aliter quam est humana et infirma suspicione conicitur, ueluti cum quaeritur, qualis uel ubi sit paradisus ubi consti-

1 hoc significare *C* 2 negare *M* 4 habet in quęstione sed (d *s. l.*) *M* quia *V* 5 non se *om. M* 6 Cap. XXXIII *b* 8 nullus eum *C* 9 nulla ei *ChTP* illi nulla *Vbd* 15 epłatus (ep *in ras.*) *T* apłatus (a *init. s.* e) *Ch* esse *inclusi* 16 obrepserit *b* nostra *b* 17 sententia *d:* scientia *codd. b; cf. 171, 5* prospicitis *V* locutione *C* 21 correptus *b* non *om. bd* 22 tamen non *V* uideretur *TV* 23 fallit ista *ChTP* se aliter *C* 25 ille *MP* qua *om. M* 26 quod *C* 27 firma *V* conuincitur *V*

tuit deus hominem quem formauit ex puluere, cum tamen esse illum paradisum fides christiana non dubitet; uel cum quaeritur, utrum ibi sit nunc Helias uel Enoch an alicubi alibi, quos tamen non dubitamus in quibus nati sunt corporibus uiuere; uel cum quaeritur, utrum in corpore an extra corpus in tertium caelum sit raptus apostolus, quamquam sit ista inpudens inquisitio id scire uolentium, quod se ille cui hoc praestitum est salua utique fide nescire testatur; uel quot sint caeli, in quorum tertium se raptum esse commemorat; uel utrum elementa mundi huius conspicabilis quattuor an plura sint; quid faciat solem lunamue deficere his defectibus, quos praedicere astrologi certa temporum dinumeratione consuerunt; cur antiqui homines tam diu uixerint quam sancta scriptura testatur et utrum proportione longioris aetatis filios sera pubertate gignere coeperint; ubi potuerit Mathusalem uiuere, qui in arca non fuit, qui, sicut in plerisque codicibus et graecis et latinis numerantur anni, reperitur superuixisse diluuio; uel utrum paucioribus, qui rarissimi inueniuntur, potius credendum sit, in quibus ita est numerus conscriptus annorum, ut ante diluuium defunctus fuisse monstretur. quis enim non sentiat in his atque huius modi uariis et innumerabilibus quaestionibus siue ad obscurissima opera dei siue ad scripturarum abditissimas latebras pertinentibus, quas certo aliquo genere complecti ac definire difficile est, et multa ignorari salua christiana fide et alicubi errari sine aliquo haeretici dogmatis crimine?

XXIIII. 28. Sed in causa duorum hominum, quorum per unum uenundati sumus sub peccato, per alterum redimimur a

5 cf. II Cor. 12, 2 17 cf. CSEL XXXVIII 3 pag. 4

3 utrum ibi] si ibi *P* ubi *CChTbd* henoch *Ch* enoc *C* henoc *T* an] uel *C* an ibi an *Vbd* 9 quod *M* 11 lunamque *TP* 13 uixerunt *ChT m. 1* 15 matusalã *M* matussalẽ *C* matusalem *ChTP* 16 archa *CT* qui *om. M* inplerisque *M* 17 repperitur *MTCh m. 1* 18 rasissimi *M* 23 quas certo *bis pos. C* 25 ignorare *C* 28 uenumdati *bd*

peccatis, per unum praecipitati sumus in mortem. per alterum liberamur ad uitam, quoniam ille nos in se perdidit faciendo uoluntatem suam, non eius, a quo factus est, iste nos in se saluos fecit non faciendo uoluntatem suam, sed eius a quo missus est: in horum ergo duorum hominum causa proprie fides christiana consistit. unus est enim deus et unus mediator dei et hominum. homo Christus Iesus. quoniam non est aliud nomen sub caelo datum hominibus. in quo oportet saluos fieri nos. et in illo definiuit deus fidem omnibus suscitans illum a mortuis. itaque sine ista fide, hoc est sine fide unius mediatoris dei et hominum hominis Christi Iesu, sine fide, inquam, resurrectionis eius. quam deus omnibus definiuit, quae utique sine incarnatione eius ac morte non potest ueraciter credi: sine fide ergo incarnationis et mortis et resurrectionis Christi nec antiquos iustos, ut iusti essent. a peccatis potuisse mundari et dei gratia iustificari ueritas christiana non dubitat, siue in eis iustis, quos sancta scriptura commemorat, siue in eis, quos quidem illa non commemorat. sed tamen fuisse credendi sunt uel ante diluuium uel inde usque ad legem datam uel ipsius legis tempore non solum in filiis Israhel. sicut fuerunt prophetae, sed etiam extra eundem populum, sicut fuit Iob. et ipsorum enim corda eadem mundabantur mediatoris fide et diffundebatur in eis caritas per spiritum sanctum. qui ubi uult spirat non merita sequens, sed etiam ipsa merita faciens. non enim dei gratia gratia erit ullo modo, nisi gratuita fuerit omni modo.

29. Quamuis ergo mors regnauerit ab Adam usque ad Moysen, quia non eam potuit uincere nec lex data per

4 cf. Ioh. 4, 34; 5, 30 6 I Tim. 2, 5 8 Act. 4, 12 10 Act. 17, 31 24 Rom. 5, 5. Ioh. 3, 8 27 Rom. 5, 14

2 quoniam] quorum *d* 6 est *om. C* 9 oporteat *CChTPVbd* nos saluos fieri *CChTPVbd* 13 hominibus *b* 15 resurrectionis *MC* non *C* 18 eis iustis *bd* 20 datam legem *b* 21 fuerant *M* etiam *om. TP* 22 eusdem *M* 26 gratia dei *C* gratia *alt. om. b*

Moysen — non enim data est quae posset uiuificare, sed quae mortuos, quibus uiuificandis esset gratia necessaria, non solum peccati propagatione et dominatione prostratos, uerum etiam ipsius legis addita praeuaricatione conuictos deberet ostendere, non ut periret quisquis hoc in dei misericordia etiam tunc intellegeret, sed ut per regnum mortis ad supplicium destinatus etiam sibi ipsi per praeuaricationem legis manifestatus dei quaereret adiutorium, ut ubi abundauit peccatum superabundaret gratia, quae sola liberat a corpore
XXV. mortis huius — quamuis ergo nec lex per Moysen data potuerit a quoquam homine regnum mortis auferre, erant tamen et legis tempore homines dei non sub lege terrente, conuincente, puniente, sed sub gratia delectante, sanante, liberante; erant qui dicerent: ego in iniquitatibus conceptus sum et in peccatis mater mea me in utero aluit, et: non est pax ossibus meis a facie peccatorum meorum, et: cor mundum crea in me, deus, et spiritum rectum innoua in uisceribus meis, et: spiritu principali confirma me, et: spiritum sanctum tuum ne auferas a me; erant qui dicerent: credidi propter quod locutus sum. eadem quippe et ipsi mundabantur fide qua et nos, unde et apostolus dicit: habentes autem eundem spiritum fidei secundum quod scriptum est: credidi, propter quod et locutus sum, et nos credimus, propter quod et loquimur. ex ipsa fide dicebatur: ecce uirgo in utero accipiet et pariet filium, et uocabunt nomen eius Emmanuel, quod est interpretatum 'nobiscum deus':

1 cf. Gal. 3, 21 8 cf. Rom. 5, 20 9 cf. Rom. 7, 24 14 Ps. 50, 7 15 Ps. 37, 4 17—20 Ps. 50, 7. 12. 14. 13 20 Ps. 115, 1 22 II Cor. 4, 13; Ps. 115, 1 25 Es. 7, 14; Matth. 1, 23

1 uiuificare *om. m. 1 ChT* 3 prostratros *Ch* 6 ad aeternum supplicium *V* 7 ipse sibi *V* ipsi sibi *ChTP* per *om. V* praeuaricatione *V* 8 ut *om. C* habundauit *M* 11 quocumque *V* 12 et] ex *C* 15 peccatis concepit me *C* me in utero aluit *om. C* 16 in ossibus *bd* meis *om. C* 24 et *init. om. m. 1 T, bd* 26 concipiet *PV* uocabitur *b* 27 emanuhel *P* hemanuel *C*

ex ipsa fide de ipso dicebatur: et ipse tamquam sponsus procedens e thalamo suo exulabit ut gigas ad currendam uiam: a summo caeli egressio eius et occursus eius usque ad summum caeli; et non est qui se abscondat a calore eius; ex fide ipsa ipsi dicebatur: thronus tuus, deus, in saeculum saeculi, uirga directionis uirga regni tui, dilexisti iustitiam et odisti iniquitatem: propterea unxit te, deus, deus tuus oleo exultationis prae participibus tuis. eodem spiritu fidei ab illis haec futura uidebantur, quo a nobis facta creduntur. neque enim qui nobis ista fideli dilectione prophetare potuerunt, eorum ipsi participes non fuerunt. et unde est quod dicit apostolus Petrus: quid temptatis deum imponere iugum supra collum discipulorum, quod neque patres nostri neque nos potuimus portare? sed per gratiam domini Iesu credimus salui fieri quemadmodum et illi, nisi quia et illi per gratiam domini Iesu Christi salui facti sunt, non per legem Moysi, per quam non sanatio, sed cognitio est facta peccati, sicut docet apostolus dicens: per legem enim cognitio peccati? nunc autem sine lege iustitia dei manifestata est testificata per legem et prophetas. si ergo nunc manifestata est, etiam tunc erat, sed occulta. cuius occultationem significabat templi uelum, quod est ad eius significandam reuelationem Christo moriente conscissum. et tunc ergo ista gratia unius mediatoris dei et hominum hominis Christi Iesu erat in populo dei, sed tamquam in uellere pluuia, quam non debitam, sed

1 Ps. 18, 6 6 Ps. 44, 7. 8 13 Act. 15, 10. 11 20 Rom. 3, 20 Rom. 3, 21 23 cf. Matth. 27, 51 26 cf. I Tim. 2, 5

1 de *om.* *M* 2 e] de *CChTPVbd* exulauit *libri* gigans *M* gygas *P* 3 uiam suam *Ch* caelo *Pb* 4 caeli] eius *CP* 5 ipsa fide *P* ipsi] ipsa *m. 1 C* 6 tronus *P* 9 lexultationis *C* 10 praeuidebantur *V* 12 et unde] quia inde *V* 14 sup *m. 1 Ch* 15 portare potuimus *C* 16 ihu xpi *C* credimus—xpi *in mg.* *C* saluos *M* 18 salui *om. m. 1 Ch* 19 sicut—peccati *om.* *CChTPVbd* 23 occultata *M* 25 concissum *Ch* concissum est *C*

uoluntariam segregat deus hereditati suae, inerat latens; nunc autem uelut siccato illo uellere, hoc est Iudaico populo reprobato in omnibus gentibus tamquam in area cernitur patens.

XXVI 30. Non igitur sicut Pelagius et eius discipuli tempora diuidamus dicentes 'primum uixisse iustos homines ex natura, deinde sub lege, tertio sub gratia — ex natura, scilicet ab Adam tam longa aetate, qua lex nondum erat data — tunc enim', aiunt, 'duce ratione cognoscebatur creator et quemadmodum uiuendum esset scriptum gerebatur in cordibus, non lege litterae, sed naturae. uerum uitiatis moribus', inquiunt. 'ubi coepit non sufficere natura iam decolor, lex ei addita est, qua uelut luna fulgori pristino detrita rubigine redderetur. sed posteaquam nimia', sicut disputant, 'peccandi consuetudo praeualuit, cui sanandae lex parum ualeret, Christus aduenit et tamquam morbo desperatissimo non per discipulos, sed per se ipsum medicus ipse subuenit'.

31. Haec disputantes a gratia mediatoris iustos excludere conantur antiquos, tamquam dei et illorum hominum non fuerit mediator homo Christus Iesus, quia nondum ex utero uirginis carne suscepta homo nondum fuit, quando illi iusti fuerunt. quod si ita esset, nequaquam apostolus diceret: per hominem mors et per hominem resurrectio mortuorum. sicut enim in Adam omnes moriuntur, sic et in Christo omnes uiuificabuntur, quandoquidem illi antiqui iusti secundum istorum uaniloquia sibi sufficiente natura nec mediatore homine Christo indiguerunt, per quem reconciliarentur deo, nec in eo uiuificabuntur, ad cuius corpus et membra secundum id quod propter homines homo factus

1 cf. Ps. 67, 10 3 cf. Iud. 6, 37 18 cf. I Tim. 2, 5 22 I Cor. 15, 21. 22

1 segregabat *V* ereditati *P* 3 cernitur patens tamquam in area *C* 4 Non] nunc *V* 9 esset uiuendum *CChTPVbd* 11 naturā *M* 12 robigine *M* 13 quam nimia *post* disputant *C* 14 ualet *b* 23 in adam enim *T* omnes in adam *Ch* 24 sic] ita *C* 26 meditore *m. 1 C* xpo *om. C*

est non pertinere monstrantur. si autem, quemadmodum per apostolos suos ueritas loquitur, sicut in Adam omnes moriuntur, sic et in Christo omnes uiuificabuntur, quia per illum hominem mors et per istum hominem resurrectio mortuorum, quis audeat dubitare christianus etiam illos iustos, qui recentioribus generis humani temporibus deo placuerunt, ideo in resurrectionem uitae aeternae, non mortis aeternae esse uenturos, quia in Christo uiuificabuntur: ideo autem uiuificari in Christo, quoniam ad corpus pertinent Christi; et ideo pertinere ad corpus Christi, quia et ipsis caput est Christus; ideo et ipsis caput esse Christum, quia unus mediator est dei et hominum homo Christus Iesus? quod eis non fuisset, nisi in eius resurrectionem per eius gratiam credidissent. et hoc quomodo fieret, si eum in carne uenturum esse nescissent neque ex hac fide iuste pieque uixissent? nam si propterea illis non profuit incarnatio Christi, quia nondum facta erat, nec nobis prodest iudicium Christi de uiuis et mortuis, quia nondum factum est; si autem nos per huius nondum facti, sed futuri iudicii fidem stabimus ad dexteram Christi, profecto illi per incarnationis eius tunc nondum factae, sed futurae fidem membra sunt Christi.

XXVII. 32. Neque enim putandum est, quod antiquis iustis sola quae semper erat diuinitas Christi, non etiam quae nondum erat eius humanitas reuelata profuerit. illud enim, quod ait dominus Iesus: Abraham concupiuit diem meum uidere et uidit et gauisus est, si diem suum uoluit suum tempus intellegi, testimonium profecto perhibuit Abrahae, quod fide fuerit incarnationis eius inbutus. secundum hanc enim ha-

10 cf. I Cor. 11, 3 11 I Tim. 2, 5 25 Ioh. 8, 56

2 suos *om.* *C* 4 et *om.* *MC* 5 dububitare *C* 7 deo] ideo *P* 8 in xpo omnes *P* 9 ideo autem uiuificantur in xpo quoniam *sqq.* *V* 10 pertinent *V* 11 esse] est *V* 13 resurectione *C* 15 sancte iusteque uixissent *V* 23 fuit *V* 24 erat *om.* *CChT* reuelata *om.* *M* profuit *M* *uoce* Illud *incipit cap.* *XXVII* *b* 27 significari *TCh* (*in mg.* *m.* *2* intelligi) habuit *V* Abraam *b* 28 fuerat *M* enim hunc *ChTPb* hunc *MC*

bet tempus; diuinitas uero eius omne tempus excedit, quia per illam uniuersa facta sunt tempora. quod etsi quisquam de die sempiterno accipiendum putauerit, qui nullo finitur crastino, nullo praeuenitur hesterno, hoc est de ipsa aeternitate, in qua coaeternus est patri, quomodo id uere concupisceret Abraham, nisi eius nosset futuram mortalitatem, cuius quaesiuit aeternitatem? aut si ad hoc aliquis horum uerborum sensum coartat, ut dicat nihil intellegendum in eo quod ait dominus 'quaesiuit diem meum' nisi 'quaesiuit me, qui sum dies permanens, hoc est lumen indeficiens' — uelut cum dicimus uitam filii, de qua loquitur euangelium dicens: *sic dedit et filio uitam habere in semet ipso*, non aliud ipsum, aliud eius uitam, sed eundem ipsum filium intellegimus uitam, qui dixit: *ego sum uia, ueritas et uita*, et de quo dictum est: *ipse est uerus deus et uita aeterna*, ut hanc eius aequalem patri diuinitatem uidere cupiuerit Abraham nequaquam incarnatione eius praecognita, sicut eum nonnulli etiam philosophi quaesiuerunt, qui nihil de eius carne didicerunt — numquid et illud, quod iubet Abraham ponere manum seruum suum sub femore suo et iurare per deum caeli, aliter quisquam recte intellecturus est nisi Abraham scisse in qua uenturus esset deus caeli carnem de illo femore propagari?

XXVIII. 33. Cuius carnis et sanguinis, quando ipsum Abraham benedixit, Melchisedech etiam testimonium christianis fidelibus notissimum protulit, ut tanto post Christo diceretur in psalmis, quod nondum factum, sed adhuc futurum, eadem tamen ipsa

11 Ioh. 5, 26 13 Ioh. 14, 6 14 I Ioh. 5, 20 19 cf. Gen. 24, 2. 3 23 cf. Gen. 14, 18—20

1 diuinitas tempus *M* omnem tempus *Ch* omē tēp' *C* 2 illum *b* et *om. V* 4 p̄uenitur (*in mg. m. 1*) *C* esterno *C* 5 habraham *M* abraam *C* 8 nihil aliud intelligendum *V* 9 sum ụịṭą *C* 10 quo *M* 11 habere uitam *M* 16 cupierit *Tbd* abraam *C* eius incarnatione *CChP* eius *om. M* 18 eius] illius *MC* *uoce* Numquid *incipit cap. XXVIII in b* nunquid *P* numquit *C* 23 abraam *C* 24 etiam melchisedech *M* 25 tanto prius de xpo *V* in psalmis *om. V* 26 factum sit *V* factum est *b* futurum erat *V*

et patrum quae nostra est fides una cantabat: tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech. in Adam quippe inuenientibus mortem per hoc prodest Christus, quod est mediator ad uitam; non autem per hoc mediator est, quod aequalis est patri. per hoc enim quantum pater tantum et ipse distat a nobis. et quomodo erit medietas, ubi eadem ipsa distantia est? ideo apostolus non ait: unus mediator dei et hominum Christus Iesus, sed homo Christus Iesus. per hoc ergo mediator, per quod homo; inferior patre per quod nobis propinquior, superior nobis per quod patri propinquior. quod apertius ita dicitur: inferior patre, quia in forma serui, superior nobis, quia sine labe peccati.

XXVIIII. 34. Quapropter quisquis humanam contendit in qualibet aetate naturam non indigere medico secundo Adam, quia non est uitiata in primo Adam, non in aliqua quaestione, in qua dubitari uel errari salua fide potest, sed in ipsa regula fidei, qua christiani sumus, gratiae dei conuincitur inimicus. quale est autem, quod ab istis illa quae ante legem fuit uelut adhuc minus malis moribus uitiata hominum natura laudatur? neque respiciunt tantis tamquam intolerabilibus peccatis homines tunc fuisse submersos, ut excepto uno homine dei et eius coniuge tribusque filiis et totidem nuribus iusto iudicio dei sicut igne postea terra exigua Sodomorum ita totus mundus diluuio deleretur. ex quo tempore igitur per unum hominem peccatum intrauit in mundum et per peccatum mors, et ita in

1 Ps. 109, 4   7 I Tim. 2, 5   11 cf. Phil. 2, 7   21 cf. Gen. 7, 13 et c. 19   24 Rom. 5, 12

1 patrum erat *V*   fides quā cantabant *V*   3 per *om. V*   4 qui *V* mediator dei et hominum et aequalis patri est per hoc *sqq. V*   5 est *om. C*   6 et *pr. om. PV*   mediaetas *C*   8 Iesus *om. b*   9 ergo *om. C*   *alt.* per *om. C*   10 *fin.* per quod p̣ẹr qụọḍ *Ch*   patri] deo *C*   11 quod (o *s. ras. m. 2*) *C*   apertius (a *s. ras. m. 2*) *C*   dicatur *m. 1 C*   15 quia (ia *s. ras. m. 2*) *C*   18 legem *om. CChTPVbd*   19 laudatur natura *Tbd*   20 tamquam] et tam *C* tanquam *P*   25 in *pr. om. m. 1 T*

omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt, profecto uniuersa massa perditionis facta est possessio perditoris. nemo itaque, nemo prorsus inde liberatus est aut liberatur aut liberabitur nisi gratia redemptoris.

XXX. 35. Et ante Abraham quidem utrum aliquo corporali et uisibili sacramento iusti uel eorum paruuli signarentur, scriptura non exprimit. ipse tamen Abraham signum accepit circumcisionis signaculum iustitiae fidei et sic accepit, ut deinceps etiam omnes paruulos domus suae circumcidere iuberetur, recentissimos a uisceribus matrum octauo die natiuitatis eorum, ut etiam hi, qui corde ad iustitiam credere nondum possent, tamen iustitiae fidei signaculum sumerent. quod sub terrore tanto est imperatum, ut diceret deus animam illam de suo populo perituram, cuius octauo die praeputii circumcisio facta non fuisset. huius tam horribilis poenae iustitia si quaeratur, nonne istorum omnis de libero arbitrio et laudabili sanitate et puritate naturae quantumlibet arguta sit argumentatio repercussa et confracta dissiliet? quid enim mali, quaeso, paruulus propria uoluntate commisit, ut alio neglegente et eum non circumcidente ipse damnetur damnatione tam seuera, ut pereat anima illa de populo suo? neque enim temporalis mortis terror incussus est, cum de iustis, quando moriebantur, tunc potius diceretur: et appositus est ad populum suum uel appositus est ad patres suos, quoniam deinceps homini nulla temptatio formidatur, quae illum separet a populo suo, si populus eius ipse est populus dei.

7 cf. Rom. 4, 11 13 cf. Gen. 17, 11—14 23 Gen. 25, 17 24 I Mach. 2, 69

2 perditiois *C* perditioris (nis?) *T* possesio *C* 3 prorsus omnino *C* 4 redemptoris] dei *V* 5 abraam (*sic semper*) *C* quod *C* corporali] temporali *C* 6 scriptura *sup. exp.* natura *C* 9 domi *M* circumcidi *V* circumdere *P* 10 iuberet *V* iuberet** *Ch* a uisceribus *om. m. 1 C* 11 illorum *M* hii *P* corde *om. V* 12 possunt *M* iustitiae tamen *CChTPVbd* 15 non facta *P* tam *om. M* 16 arbitrio *om. C* 18 dissilet *M* 26 est] sit *C*

XXXI. 36. Quid sibi ergo uult pro nullo propriae uoluntatis admisso tanta damnatio? neque enim, sicut nonnulli secundum Platonicos opinantur, hoc uniuscuiusque infantis animae redditur, quod ante istam uitam sua uoluntate commisit, cum haberet ante hoc corpus uel bene uel male uiuendi liberum arbitrium, cum Paulus apostolus apertissime dicat nondum natos nihil egisse boni uel mali. unde ergo recte infans illa perditione punitur, nisi quia pertinet ad massam perditionis et iuste intellegitur ex Adam natus antiqui debiti obligatione damnatus, nisi inde fuerit non secundum debitum, sed secundum gratiam liberatus? quam gratiam nisi gratiam dei per Iesum Christum dominum nostrum, quem profecto inter cetera ueterum sacramenta etiam ipsa praeputii circumcisio prophetauit? dies enim octauus est in hebdomadum recursibus dies dominicus, quo resurrexit dominus, et petra erat Christus. unde circumcisionis cultellus est petrinus et caro praeputii corpus peccati.

XXXII. 37. Mutatis proinde sacramentis posteaquam uenit qui eis significabatur esse uenturus, non tamen mutato mediatoris auxilio, qui etiam priusquam uenisset in carne, antiqua sua membra liberabat suae incarnationis fide, et nos cum essemus mortui delictis et praeputio carnis nostrae, conuiuificati sumus Christo, in quo circumcisi sumus circumcisione non manu facta, quam figurabat circumcisio manu facta, ut euacuaretur corpus peccati, cum quo sumus ex Adam nati. damnatae originis propagatio nos

6 cf. Rom. 9, 11 11 Rom. 7, 25 15 I Cor. 10, 4 16 cf. Ios. 5, 3 21 cf. Col. 2, 13. 11 25 Rom. 6, 6

2 ammisso *M* 3 hoc] habet *V* anima *V* redditur *om. V* 4 istam *om. V* cum] quoniam *CChPb* habere *P* 5 non potest ante *P* liberum uiuendi *TVbd* uenandi *M* 6 apertissime *om. C* 7 uel boni uel mali *C* 8 massam pertinet *C* 9 ex *om. M* dapnatus *C* 13 ueterum] uenturum *PCh m. 1* circumcisio praeputii *C* 14 ebdomadarum *CChP* hebdomadarum *TVbd* 16 est *om. CChTPVbd* 18 deinde *V* 19 tamen] tantum *V* 26 nos] ne *M*

damnat, nisi mundemur similitudine carnis peccati, in qua missus est sine peccato, qui tamen de peccato damnaret peccatum; factus est enim pro nobis peccatum. unde dicit apostolus: obsecramus pro Christo, reconciliamini deo. eum qui non nouerat peccatum pro nobis peccatum fecit, ut nos simus iustitia dei in ipso. deus ergo, cui per eum reconciliamur, fecit eum pro nobis peccatum, id est sacrificium per quod dimitterentur nostra peccata, quoniam peccata uocantur sacrificia pro peccatis. et utique ipse pro peccatis nostris est immolatus nullum habens uitium solus in hominibus, quale quaerebatur etiam tunc in pecoribus, quo significabatur unus sine uitio ad uitia sananda uenturus. quocumque igitur die suae natiuitatis infans baptizatur in Christo, tamquam octauo circumciditur die, quoniam in illo circumciditur, qui tertio quidem ex quo crucifixus est, sed octauo in hebdomadibus resurrexit die. circumciditur autem in expoliationem corporis carnis, id est ut debitum, quod contagio carnalis generationis attraxit, gratia spiritalis regenerationis absoluat; nullus enim est mundus a sorde — qua, obsecro, sorde nisi peccati? — nec infans, cuius est unius diei uita super terram.

XXXIII. 38. Sic autem argumentantur dicentes: 'ergo malum sunt nuptiae et non est opus dei homo quem generant nuptiae?' quasi nuptiarum bonum sit morbus concupiscentiae, in quo uxores diligunt qui ignorant deum, quod apostolus prohibet. ac non potius pudicitia coniugalis, qua in bonos usus ordinate filios procreandi redigitur libido carnalis, aut uero possit esse

1 cf. Rom. 8, 3 4 II Cor. 5, 20. 21 16 cf. Col. 2, 11 19 Iob 14, 4 25 cf. I Thess. 4, 5

2 damnauit *Vbd, m. 2 Ch* dāpnaret *C* 3 est enim *om. Vd* enim *om. b* 4 reconciliari *M* 6 per eum *om. CChTPVbd* 7 sacrificium pro pecc̄is *C* 8 peccata nostra *C* 9 immolatus est *Vbd* 10 qualis *V* 11 etiam *om. b* 13 infanx *m. 1 Ch* baptizetur *CChTPVbd* baptizaretur *P* in octauo *b* 15 ebdomadibus *CChP* ebdomatibus *M* 16 exspoliatione *M* 17 quo *M* 19 mundus est *ChPb* 26 impudicitia *P* ordinante *P* 27 procreandi *om. C*

homo nisi opus dei non solum qui de coniugio, uerum etiam qui de fornicatione uel de adulterio procreatur. sed in hac quaestione, ubi quaeritur non cui rei creator, sed cui saluator sit necessarius, non intuendum est quid boni sit in procreatione naturae, sed quid in peccato mali, quo certum est uitiatam esse naturam. simul autem utrumque propagatur, et natura et naturae uitium, quorum est unum bonum, alterum malum. illud de conditoris largitate sumitur, hoc de origine damnationis attrahitur; illi est causa bona uoluntas dei summi, huic mala uoluntas hominis primi; illud indicat deum creaturae institutorem, hoc indicat deum inoboedientiae punitorem. denique idem ipse Christus propter illud creandum factor est hominis, propter hoc sanandum factus est homo.

XXXIIII. 39. Bonum ergo sunt nuptiae in omnibus quae sunt propria nuptiarum. haec autem tria sunt: generandi ordinatio, fides pudicitiae, conubii sacramentum. propter ordinationem generandi scriptum est: *uolo iuniores nubere, filios procreare, matres familias esse*; propter fidem pudicitiae: *uxor non habet potestatem corporis sui, sed uir; similiter et uir non habet potestatem corporis sui, sed mulier*; propter conubii sacramentum: *quod deus coniunxit, homo non separet*. de quibus in aliis opusculis nostris, quae uobis non sunt incognita, quantum domino adiuuante potuimus, satis nos disseruisse meminimus. propter haec omnia *honorabiles nuptiae in omnibus et torus inmaculatus*. in quantum enim nuptiae bonae sunt, in tantum faciunt plurimum boni etiam de libidinis malo, quoniam libidine non bene utitur libido, sed ratio. libido est

17 I Tim. 5, 14 19 I Cor. 7, 4 21 Matth. 19, 6 24 cf. de bono coni. CSEL XXXXI 190 sqq. 25 Hebr. 13, 4

1 quod *C* 2 quod *C* 3 quaeritur *om. C* 5 quo] quod *M* 7 unum est *b* unum] alium (i *supra exp.* t) *C* et alterum *b* 8 originis damnatione *d* 10 creatore *M* 12 idemque *C* 15 sunt tria *CChTPVbd* 19 sui corporis *TVbd* 20 sui corporis *ChPTVbd* 28 utitur bene *C* est autem in motu illo quem uocat *V*

autem in illa quam notat apostolus repugnante legi mentis inoboedientium lege membrorum, ratio uero bene utens libidine ipsa est in lege nuptiarum. nam si nullum de malo bonum fieri posset, nec deus ex adulterino concubitu hominem conderet. sicut ergo adulterii damnabile malum, quando et inde homo nascitur, non inputatur deo, qui certe in opere hominum malo facit ipse opus bonum, ita quicquid est pudendum in membrorum illa inoboedientia, de qua erubuerunt qui post peccatum foliis ficulneis eadem membra texerunt, non nuptiis inputatur, propter quas concubitus coniugalis non solum est licitus, uerum etiam utilis et honestus, sed inputatur peccato inoboedientiae, cuius haec poena est consecuta, ut homo inoboediens deo sua quoque sibi inoboedientia membra sentiret, de quibus erubescens, quod non ad arbitrium uoluntatis eius, sed ad libidinis incentiuum uelut arbitrio proprio mouerentur, quae pudenda iudicauit, operienda curauit. non enim confundi debuit homo de opere dei aut ullo modo fuerant creato erubescenda, quae instituenda uisa sunt creatori. itaque nec deo nec homini illa simplex nuditas displicebat, quando nihil erat pudendum, quia nihil praecesserat puniendum.

XXXV. 40. Essent autem procul dubio nuptiae etiam non praecedente peccato, quia neque ob aliam causam uiro adiutorium non alius uir, sed femina facta est et illa dei uerba: crescite et multiplicamini, non est damnandorum praedictio peccatorum sed fecundatarum benedictio nuptiarum. his enim deus ineffabilibus suis uerbis, id est diuinis rationibus in suae sapientiae per quam facta sunt omnia ueritate uiuentibus uim seminis indidit primis hominibus. si autem peccato non fuisset dehonestata natura, absit ut opinemur tales futuras fuisse nuptias in paradiso, ut in eis ad prolem seminandam

1 cf. Rom. 7, 23 8 cf. Gen. 3, 7 24 Gen. 1, 28 27 cf. I Cor. 1, 24; Ioh. 1, 3

1 uocat *b* repugnantem *b* 2 inobedienti legi *V* uero] autem *C* 4 ne *m. 1 Ch* 6 hominum *om. b* 14 uolunt *V* 17 creata *V* 19 nichil *C* 25 hiis *PCh m. 1* 29 esset *C* honestata *M* deonestata *C* prima natura *C*

non nutu uoluntatis, sicut pes ad ambulandum, manus ad operandum, lingua ad loquendum, sed aestu libidinis membra genitalia mouerentur nec, sicut nunc fit, uirginitatis integritas ad concipiendos fetus ui turbidi uitiaretur ardoris, sed obsequeretur imperio tranquillissimae caritatis et eo modo non esset dolor et cruor uirginis concumbentis, quomodo non esset etiam matris gemitus parientis. haec ideo non creduntur, quia in ista mortalitatis conditione inexperta sunt. in deterius quippe uitio mutata natura non inuenit primae illius puritatis exemplum. sed fidelibus loquimur, qui nouerunt credere diuinis eloquiis etiam nullis adhibitis expertae ueritatis exemplis. quomodo enim nunc ostendam sine ullis parentibus de puluere hominem factum eique de suo latere coniugem? et tamen quod oculus iam non inuenit, fides credit.

XXXVI. 41. Sic ergo et primarum nuptiarum sine libidinis passione tranquillitas et motus genitalium sicut aliorum membrorum non ad effrenati caloris incitamentum, sed ad uoluntatis arbitrium — quales nuptiae perseuerassent, si peccati non interuenisset obprobrium — nunc ostendi non potest, sed ex his quae diuina auctoritate conscripta sunt non immerito credi potest. sic enim modo non inuenio sine pruriente libidine concumbentem, sicut non inuenio sine dolore et gemitu parturientem, sine futura morte nascentem, et tamen secundum scripturarum sanctarum ueritatem gemitus parturientis et mors hominis non fuissent, si peccatum non praecessisset; sic nec illud unde erubuerunt, qui membra illa texerunt, quia et hoc in eisdem sanctis litteris praecedente peccato scriptum est consecutum. membra quippe illa nisi indecens motus oculis

12 cf. Gen. 2, 7. 22

1 natu *M* natura *cet. et b; cf. de nuptiis et concup. I 7* 2 operandum] tangendum *V* 4 foetus *C* uiciaretur *CP* incitaretur *V* 6 quomodo] quando *V* 8 mortalitis *C* 11 ex parte *b* quomodo] sicut *V* 12 enim *om. C* 13 eiusque *b* suo *om. C* 17 effrenati* *C* 19 ex *om. P* 20 hiis *ChP* 22 et gemitu] gementem *M* 25 fuisset *b*

eorum non utique clausis, sed in hoc non apertis, hoc est non attentis, animaduertenda nuntiasset, nihil in suo corpore, quod utique totum deus laudabile fecerat, pudendum uelandumque sensissent, quia nisi praeisset facinus, quod inoboedientia est ausa committere, non sequeretur dedecus, quod uerecundia uellet abscondere.

XXXVII. 42. Clarum est igitur hoc non esse nuptiis inputandum, quod etsi non esset, nuptiae tamen essent, quarum bonum non aufertur isto malo, sed ab eis et hoc malum in usum uertitur bonum. uerum quia iam ista conditione mortalium nunc simul aguntur concubitus et libido, eo fit, ut cum libido reprehenditur, etiam nuptialis concubitus licitus et honestus reprehendi putetur ab eis, qui nolunt discernere ista uel nesciunt. nec attendunt illud esse nuptiarum bonum, unde gloriantur nuptiae, id est proles, pudicitia, sacramentum, illud autem non esse nuptiarum, sed carnalis concupiscentiae malum, de quo erubescunt et nuptiae. sed quia sine illo malo fieri non potest nuptiarum bonum, hoc est propagatio filiorum, ubi ad huius modi opus uenitur, secreta quaeruntur, arbitri remouentur, filiorum quoque ipsorum, si iam inde aliqui nati sunt, cum per aetatem sentire ista iam coeperint, praesentia deuitatur, atque ita nuptiae sinuntur exercere quod licet, ut non neglegant occultare quod dedecet. hinc est, quod infantes etiam qui peccare non possunt, non tamen sine peccati contagione nascuntur, non ex hoc quod licet, sed ex eo quod dedecet. nam ex hoc quod licet natura nascitur, ex illo quod dedecet uitium. naturae nascentis est auctor deus, qui hominem condidit et qui uirum ac feminam nuptiali iure coniunxit, uitii uero auctor est diaboli decipientis calliditas et hominis consentientis uoluntas.

XXXVIII. 43. Vbi nihil deus fecit, nisi quod hominem

1 hęc est *CP* 5 decus *M* 8 esset] essent *b* 9 et *om.* *b* 10 ista iam *CP* 12 rẹp̄ḥẹṇḍịː *in textu pro* reprehendi putetur *C* 19 arbitrii *M* 21 ista sentire *C* 23 decet *M* etiam *ante* quod *in* *C* 25 decet *M* 27 actor *C* 31 qui *C*

uoluntate peccantem iusto iudicio cum stirpe damnauit, et ideo ibi quicquid etiam nondum erat natum merito est in praeuaricatrice radice damnatum, in qua stirpe damnata tenet hominem generatio carnalis, unde sola liberat regeneratio spiritalis. ideo regeneratis parentibus, si tamen in eadem gratia perseuerauerint, procul dubio libido ista propter remissionem peccatorum, quae in eis facta est, non nocebit, nisi cum ea male utuntur non solum in omnibus inlicitis corruptelis, uerum etiam in ipsis coniugibus, quando non propagandi uoluntate operam creandis filiis inpendunt, sed lasciuiendi uoluptate exsaturandae cupidini inseruiunt. quod propter uitandas fornicationes maritis et uxoribus ne fraudent inuicem nisi ex consensu ad tempus, ut orationibus uacent, secundum ueniam, non secundum imperium concedit apostolus. euidenter quippe dum tribuit ueniam, denotat culpam. nuptialis autem concubitus, quem matrimoniales quoque indicant tabulae causa procreandorum fieri filiorum, per se ipsum prorsus, non in comparatione fornicationis est bonus. qui tametsi propter corpus mortis, quod nondum est resurrectione renouatum, sine quodam bestiali motu, de quo natura erubescit humana, non potest fieri, tamen ipse concubitus non est peccatum, ubi ratio libidine utitur ad bonum, non superatur ad malum.

XXXVIIII. 44. Obesset ista carnis concupiscentia etiam tantummodo quod inesset, nisi peccatorum remissio sic prodesset, ut quae in eis est, et nato et renato, nato quidem et inesse et obesse, renato autem inesse quidem, sed non obesse possit. in tantum autem obest natis, ut, nisi renascantur, nihil possit prodesse, si nati sunt de renatis. manet quippe in prole, ita ut ream faciat originis uitium, etiam si in parente reatus

12 I Cor. 7, 5. 6

2 quicquit *C* natum] natura *V* praeuaricatoris *V* 4 hominem *om. V* libera *m. 1 C* 6 libido *om. CChTPVbd* 8 omnibus] moribus *V* corruptelis *om. V* 10 creandae proli *V* 18 est] et *M* 23 ista] tamen *V* 25 nato et renato *om. V* renato—obesse *om. M* 27 autem] enim *CChTPVbd* 28 si] quod *V* 29 reatum *b* uitium *om. V* re*atus *M*

eiusdem uitii remissione ablutus est peccatorum, donec omne uitium, cui consentiendo peccatur, regeneratione nouissima consumatur, id est ipsius etiam renouatione carnis, quae in eius resurrectione futura promittitur, ubi non solum nulla peccata faciamus, sed nec habeamus ulla desideria uitiosa, quibus consentiendo peccemus, ad quam beatam perfectionem huius quod nunc datur sancti lauacri gratia peruenitur. qua enim regeneratione spiritus modo fit, ut peccata omnia praeterita remittantur, eius merito fiet etiam regeneratio carnis in aeternam uitam, qua in ipsa carne incorruptibiliter resurgente peccatorum omnium incitamenta sanentur. sed ea salus adhuc in spe facta est, non tenetur in re neque per praesentiam possidetur, sed expectatur per patientiam.

XXXX. Ac per hoc non solum peccata omnia, quorum nunc remissio fit in baptismo, quae reos faciunt, dum desideriis uitiosis consentitur atque peccatur, uerum etiam ipsa desideria uitiosa, quibus si non consentitur, nullus peccati reatus contrahitur, quae non in ista, sed in alia uita nulla erunt, eodem lauacro baptismatis uniuersa purgantur.

45. Reatus itaque uitii eius, de quo loquimur, in regeneratorum prole carnali tamdiu manebit, donec et illic lauacro regenerationis abluatur. regeneratus quippe non regenerat filios carnis, sed generat ac per hoc in eos non quod regeneratus, sed quod generatus est traicit. sic igitur siue reus infidelis siue absolutus fidelis non generat absolutos uterque, sed reos, quomodo non solum oleastri, sed etiam oleae semina non oleas generant, sed oleastros. sic itaque in damnatione hominem prima natiuitas tenet, unde nisi secunda non liberat. tenet ergo diabolus, liberat Christus; tenet deceptor Euae, liberat filius Mariae; tenet qui per coniugem uenit ad uirum, liberat qui

1 absolutus *V* 7 praeuenitur *V* 9 dimittantur *C* 10 incorrubtibiliter *C* 12 possidetur per praesentiam *CChTPVbd* 14 non solum *om. V* 15 dum] de *V* 16 consentientes *V om. C* peccantes *V* 20 huius uitii *CP* eius] huius *Ch* regenaeratorum *Ch* 21 illo *P* 24 trahicit *MCChP* ergo *P* 25 regenerat *b* 30 peruenit *CTP* liberat—feminae *om. V*

de coniuge natus est, quae non pertulit uirum; tenet qui causam libidinis intulit feminae, liberat qui sine libidine est conceptus in femina. omnes ille prorsus per unum tenere potuit nec ab eius dominatione liberat nisi unus, quem tenere non potuit. denique ipsa ecclesiae sacramenta, quae tam priscae traditionis auctoritate concelebrat, ut ea isti, quamuis in paruulis existiment simulatorie potius quam ueraciter fieri, non tamen audeant aperta inprobatione respuere — ipsa, inquam, sanctae ecclesiae sacramenta satis indicant paruulos a partu etiam recentissimos per gratiam Christi de diaboli seruitio liberari. excepto enim quod in peccatorum remissionem non fallaci, sed fideli mysterio baptizantur, etiam prius exorcizatur in eis et exsufflatur potestas contraria, cui etiam uerbis eorum a quibus portantur se renuntiare respondent. quibus omnibus rerum occultarum sacratis et euidentibus signis a captiuatore pessimo ad optimum redemptorem transire monstrantur, qui pro nobis infirmitate suscepta alligauit fortem, ut uasa eius eriperet, quia infirmum dei non solum est hominibus, uerum et angelis fortius. liberans itaque deus pusillos cum magnis in utrisque ostendit quod locuta est per apostolum ueritas; non enim solos aetate maiores, sed etiam pusillos eruit a potestate tenebrarum, ut transferat in regnum filii caritatis suae.

46. Nec quisquam miretur et dicat: cur ergo creat bonitas dei, quod possideat malignitas diaboli? hoc enim suae creaturae seminibus ex illa bonitate largitur, qua etiam facit solem suum oriri super bonos et malos et pluit super

17 cf. Matth. 12, 29; I Cor. 1, 25 21 cf. Col. 1, 13 25 Matth. 5, 45

3 femina] uirgine *C* 6 concelebrant *V* 8 respuere] damnare *V* 10 seruitio] laqueis *C* seruitute *V* 11 remissione *M* 12 exhorcidiatur *M* exhorcidantur *C* exhorcizatur *TP* exsuflatur *C* 14 renuntiatur *C* 15 et *om. P* obtimum *C* 16 transire redemptorem *C* 18 hominibus fortius uerum etiam angelis *C* 22 claritatis *CChPVb* suae] aeternae *V* 23 ergo] hoc *CChTPVbd* 24 possederat *V*

iustos et iniustos. hac quippe bonitate etiam ipsa semina benedixit uel benedicendo constituit. quam benedictionem naturae laudabili culpa damnabilis non ademit, quae licet per dei punientis iustitiam ualuerit, ut homines cum peccati originalis uitio nascerentur, non tamen ualuit, ut homines non nascerentur, sicut in ipsis aetate maioribus quaelibet uitia peccatorum non ex homine hominem tollunt, sed permanet dei opus bonum in quantiscumque malis inpiorum operibus. nam etsi homo in honore positus et non intellegens comparatur pecoribus eisque similis fit, non tamen usque adeo similis fit, ut pecus sit. comparatur namque per uitium, non per naturam, non pecoris uitio, sed naturae. tantae namque excellentiae est in comparatione pecoris homo, ut uitium hominis natura sit pecoris, nec tamen ideo natura hominis in naturam uertitur pecoris. ac per hoc deus hominem damnat propter uitium, quo natura dehonestatur, non propter naturam, quae uitio non aufertur; bestias uero absit ut opinemur poenae damnationis obnoxias, quas iustum est ut miseriae sint expertes, quae nec beatitudinis possunt esse participes. quid ergo mirum est uel iniquum, ut inmundo spiritui subdatur homo non propter naturam, sed propter inmunditiam suam, quam non ex opere diuino, sed ex humana uoluntate uenientem in originis labe contraxit, cum et ipse spiritus inmundus bonum sit, quod spiritus, malum, quod inmundus? illud quippe est ex dei opere, hoc ex propria uoluntate. natura itaque fortior, id est angelica inferiorem naturam, id est humanam uitii societate subditam tenet. ideo mediator angelis fortior infirmus propter homines factus est, sic superbia captiuatoris redemptoris humili-

9 cf. Ps. 48, 13

4 iustitiam tantum ualuerit *V* peccato *MC* 5 ualuit ut homines *in ras. m. 2 M* 6 cuilibet *V* 8 operibus inpiorum *CChTPVbd* 9 onore *C* 11 pecc' *C* 14 nec] Haec *C*. nec—pecoris *om.* *V* 18 sint *om.* *C* inexpertes *V* 19 quod *C* 20 ut] si *V* spuū *P* 27 angelus *V* infirmos *V*

tate destruitur, ut qui super filios hominis angelica fortitudine gloriatur, a filio dei suscepta humana infirmitate uincatur.

XXXXI. 47. Sed iam etiam istum conclusuri librum oportere arbitramur, ut Ambrosium antistitem dei, cuius inter latinae linguae scriptores ecclesiasticos praecipue Pelagius integerrimam fidem praedicat, sicut de gratia fecimus ita et de peccato originali, in quo delendo ipsa gratia euidentius commendatur, calumniosae istorum loquacitati respondere faciamus. in eo opere quod scripsit de resurrectione sanctus Ambrosius 'lapsus sum', inquit, 'in Adam, de paradiso eiectus sum in Adam, mortuus in Adam: quomodo reuocat nisi me in Adam inuenerit ut in illo culpae obnoxium, morti debitum, ita in Christo iustificatum?' item scribens contra Nouatianos ait: 'omnes homines sub peccato nascimur, quorum ipse ortus in uitio est, sicut habes lectum dicente Dauid: ecce in iniquitatibus conceptus sum et in delictis peperit me mater mea. ideo Pauli caro corpus mortis erat, sicut ipse ait: quis me liberabit de corpore mortis huius? Christi autem caro damnauit peccatum, quod nascendo non sensit, quod moriendo crucifixit, ut in carne nostra esset iustificatio per gratiam, ubi erat ante conluuio per culpam'. item idem ipse cum exponeret Esaiam prophetam, loquens de Christo 'ideo', inquit, 'et quasi homo per uniuersa temptatus est et in similitudine hominum cuncta sustinuit, sed quasi de spiritu natus abstinuit a peccato; omnis enim homo mendax et nemo sine peccato nisi unus deus. seruatum est igitur, ut ex uiro et muliere,

5 cf. de gratia Christi pag. 159, 25 sqq. 9 Ambrosii de excessu fratris Satyri II 6 (XVI 1374 M.) 13 Ambr. de paenit. I 3, 13 (XVI 490 M.) 15 Ps. 50, 7 17 Rom. 7, 24 23 cf. Hebr. 4, 15 25 Ps. 115, 2; cf. Marc. 10, 18, Luc. 18, 19

1 filius *M* hominum *V* 7 ipsa *om.* *P*[1] 8 loquacitate *m. 1 C* 10 inquit] incipit *V* de—Adam *om. V* paradaso *C* sum *om. bd* mortuus sum *b* 11 quomodo reuocat *Ambros.*: quem reuocat *CChTP* quem non reuocat *MVd* quem reuocaret *b* in Adam] secundus adā *V* 14 nascuntur *Vb* 21 ysaiam *T* isayam *CCh* 23 similitudinē *C* 24 spiritu ṇạṭụṣ (*in mg. m. 2* sco natus) *Ch* spiritu sancto *b*

id est per illam corporum commixtionem nemo uideatur expers esse delicti. qui autem expers delicti, expers etiam huius modi conceptionis'. item cum exponeret euangelium secundum Lucam, 'non enim uirilis coitus', inquit, 'uuluae uirginalis secreta reserauit, sed inmaculatum semen inuiolabili utero spiritus sanctus infudit; solus enim per omnia ex natis de femina sanctus dominus Iesus, qui terrenae contagia corruptelae inmaculati partus nouitate non senserit et caelesti maiestate depulerit.'

48. His tamen uerbis hominis dei, quem tanto praeconio ipse laudauit Pelagius, contradicit et dicit 'sicut sine uirtute ita nos sine uitio procreari'. quid igitur restat, nisi <ut> aut istum Pelagius suum damnet errorem aut eum sic Ambrosium laudasse paeniteat? sed quia ista secundum catholicam fidem beatus Ambrosius ut episcopus catholicus est locutus, sequitur, ut ab hac uia fidei deuius merito Pelagius cum Caelestio discipulo suo catholicae ecclesiae sit auctoritate damnatus, nisi eum non Ambrosium laudasse, sed contra Ambrosium sensisse paeniteat. scio uos ea quae ad aedificationem uel confirmationem fidei conscribuntur insatiabiliter legere; uerumtamen hic liber, quamtumlibet sit ad hoc utilis, iam tandem aliquando finiendus est.

3 Ambr. expos. euang. sec. Luc. II 56 (XV 1654 M.)

1 illorum *V* commistionem *m. 1 T* 2 expers est *Vbd* expers est *Vbd* 5 immobili *V* scs sps *M* 8 et] sed *V* 9 hiis *P* 11 ut *addidi* 12 dampnaret *Ch, m. 1 CT* 13 istā *M* secundum *om. M* 20 iam tandem claudendus est *V* 21 Incipit conuersatio beatae Melaniae *M* Explicit liber sci Aug de gra xpi contra Pelagium et Celestium. Inč retractatio sci aug ī libro de gra noui testamenti *C* Expł liber secundus Aurelii Augustini contra Pelagium et Celestium de gra xpi et de peccato originali ad Albinam Pinianum et Melaniam *Ch* Expł liber secundus contra Pelagium et Celestium *P* Expł liber secundus Aurelii Augustini contra Pelagium et Celestium de gra xpi et de peccato originali ad Albinam Pinianum et Melaniam. Inč liber Aurelii Augustini epi de gra noui testamenti ad Honoratum *T*

IIII.

S. Aureli Augustini

de nuptiis et concupiscentia.

C = codex olim Corbeiensis nunc Parisinus 12212 s. VIIII.
T = codex Treuericus 149 s. X.
F = codex Floriacensis 162 s. XI.
E = codex Erfurtensis O 26 s. XII.
K = codex Coloniensis 76 s. VIII.
R = codex Reginensis 318 s. X.
V = codex Vaticanus 512 s. X.
P = codex Parisinus 16860 s. XI.
B = codex Bambergensis B III 16 (120) s. X.
M = codex Monacensis 14491 s. XI.
S = codex Salisburgensis nunc Monacensis 15809 s. XII.
W = codex Vindobonensis 849 s. XII.
A = codex Admuntensis 502 s. XII.
m = codex Monacensis 13059 s. XII.
μ = codex Monacensis 22217 s. XII.
*BMSWAm*μ = *N*
b = editio princeps Basileae 1506 apud Io. Amerbachium.
d = editio Benedictinorum a S. Mauro 1696.

EPISTOLA AD VALERIVM COMITEM.

Domino inlustri et merito praestantissimo atque in Christi dilectione carissimo filio Valerio Augustinus in domino salutem.

1. Cum diu moleste haberem, quod aliquotiens scripserim et nulla tuae sublimitatis rescripta meruerim, repente epistolas tres tuae benignitatis accepi: unam non ad me solum datam per coepiscopum meum Vindemialem et non longe post per conpresbyterum Firmum duas, qui uir sanctus nobisque, ut ab illo scire potuisti, familiarissima caritate coniunctus multa nobiscum de tua excellentia conloquendo et ueraciter insinuando qualem te in Christi uisceribus nouerit non solum eas quas memoratus episcopus uel quas ipse attulit, sed etiam illas quas non accepisse querebamur litteras uicit. et ideo de te narratio eius suauior nobis erat, quia ea dicebat, quae ipse non posses ne quidem me inquirente rescribere, ne tuarum laudum, quod sancta scriptura prohibet, fieres praedicator. quamquam et ego uerear haec ad te scribere, ne suspicionem adulantis incurram, domine inlustris et merito praestantissime atque in Christi dilectione carissime fili.

2. Laudes itaque tuas in Christo, siue magis in te laudes Christi, uide quid mihi delectationis et laetitiae fuit audire ab illo qui nec fallere me posset propter fidem suam et eas ignorare non posset propter amicitiam tuam. sed alia et ab aliis, etsi non tam multa uel certa, uerumtamen audiuimus, fides tua quam sit sana et catholica, quam pia expectatio futu-

15 cf. Prou. 27, 2

1 Incipit epła ad eundem comitem *VP* Item epła eiusdem ad Valerium comitem *BW* epistola—comitem *om. C* 2 omino—et me *om. S* xpo *SW* 3 agustinus *CR* 4 aliquoties *RBMSWμ* 5 epistulas *E* 7 coepisopum *E* uindimialem *K* uindimilem *RVP* post *om. E* per *om. B* conpresbiterum *CKW* compresbiterum *E* 8 quo *R* 12 accepisse nos *KRVPMSWAmμ* 14 ipsi *R* possis *KRVPN* ne quidem] neque *VP* 15 laudem *C* quas *BMSAmμ* 16 p̄dicat *m. 1 R* 18 carissimi *K* diłme *M* 20 delectationes *m. 1 R* 21 possit *KRVP* 23 audimus *KRN*

rorum, quae dei fratrumque dilectio, quam non superbe sapias in excelsis honoribus nec speres in incerto diuitiarum, sed in deo uiuo et diues sis in operibus bonis, quam sit domus tua requies solaciumque sanctorum et terror impiorum, quantae tibi curae sit, ne quis insidietur membris Christi, coopertus uelamine nominis Christi, siue in ueteribus eius siue in recentioribus inimicis, quamque sis eorundem inimicorum saluti prouidus, infestus errori. haec atque huius modi, ut dixi, et ab aliis solemus audire; sed nunc ea per supradictum fratrem plura et testatiora cognouimus.

3. Porro autem de pudicitia coniugali, ut eam quoque in te laudare et amare possimus, quid audiremus nisi ab aliquo interiore familiari tuo, qui uitam tuam non in superficie, sed penitus nosset? de hoc itaque tuo bono, dei dono, me quoque delectat familiarius et aliquanto diutius loqui tecum. scio me non esse oneri tibi, si aliquid prolixum mitto, quod legendo diutius sis nobiscum. nam et hoc comperi, quod inter tuas multas magnasque curas facile ac libenter legas nostrisque opusculis, etiam quae ad alios conscripsimus, si qua in manus tuas uenire potuerunt, admodum delecteris. quanto magis quod ad te scribitur, ubi tamquam praesenti loquar, et aduertere dignaris attentius et accipere gratius! ab hac ergo epistula perge ad librum, quem simul misi, qui tuae reuerentiae et cur conscriptus sit et cur ad te potissimum missus ipse suo principio commodius intimabit.

1 cf. I Tim. 6, 17. 18

2 incerto] inceto *S* 3 diues sis] diui sis *K* diūsis *B* diuersis *ES* tuae *R* 4 quantę *E:* quante *C* quanta *cet.* 5 curę *E:* cure *C* cura *cet.* insidietur] indietur *K* indicetur *R* induatur *VP* uideatur in *N* 7 quamque] quamquam *BW* quā quae *m. 1 R* prouidus saluti *Abd* 9 ea *om. VP* per *om. m. 1 C* 11 autem *om. BMSWmμ* 12 audare— possimus *euan. in C* possemus *E* quid] numquid *d* alio *VP* 13 interiori *S* 14 penitus] plenius *V* dono *ex* bono *in B* 15 aliquando *R* 16 prolixium *S* proximum *VP m. 1* 17 intra *M* 18 leges *C* 19 operibus *N* 20 potuerint *VP* ammodum *K* 21 ad] a *R* tanquam reuera *V* 22 dignaberis *m. 2 C, bd* 24 cur *om. VPR m. 1* scriptus *BMSmμ* 25 intimauit *KR m. 1* Explicit epła (praefatio *KR*) *CEKRVP*

IIII.

DE NVPTIIS ET CONCVPISCENTIA AD VALERIVM COMITEM LIBRI DVO.

LIBER PRIMVS.

I. 1. Haeretici noui, dilectissime fili Valeri, qui medicinam Christi, qua peccata sanantur, carnaliter natis paruulis necessariam non esse contendunt, damnatores nos esse nuptiarum operisque diuini, quo ex maribus et feminis deus homines creat, inuidiosissime clamitant, quoniam dicimus eos qui de tali commixtione nascuntur trahere originale peccatum, de quo apostolus dicit: per unum hominem peccatum intrauit in mundum et per peccatum mors, et ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt, eosque de parentibus qualibuscumque nascantur non negamus adhuc esse sub diabolo, nisi renascantur in Christo et per eius gratiam de potestate eruti tenebrarum in regnum illius qui ex eadem sexus utriusque commixtione nasci noluit transferantur. hoc ergo quia dicimus quod antiquissima

5 cf. Op. imp. I 9 9 ib. I 64 (*eos qui—18 transferantur*) 11 Rom. 5, 12 16 cf. Col. 1, 13

2 Incipit liber de nuptiis et concupiscentia *CE* Incipit liber primus *KRVP* Incipit liber primus sci augustini (epi *Amμ*) de nuptiis et concupiscentia *BMSAmμ* Incipit liber primus augustini de nuptiis et concupiscentia *W* *Inscriptio abest a codice T, codex F ab initio mutilus est* 6 necessaria *K* 10 tale *K* 11 dicit] ait *RNbd* 14 qualescumque *VP* 15 diabulo (u *pro* o *semper fere*) *K* 16 eruti de potestate *S* 17 cōmixtio *m. 1 S* cō|(mixtione *initio u. er.*) *K* 18 uoluit *m* ergo] quoque *N*

atque firmissima catholicae fidei regula continetur, isti nouelli et peruersi dogmatis adsertores, qui nihil peccati esse in paruulis dicunt, quod lauacro regenerationis abluatur, tamquam damnemus nuptias et tamquam opus dei, hoc est hominem, qui ex illis nascitur, opus diaboli esse dicamus, infideliter uel imperite calumniantur nec aduertunt, quod ita nuptiarum bonum malo originali, quod inde trahitur, non potest accusari, sicut adulteriorum et fornicationum malum bono naturali, quod inde nascitur, non potest excusari. nam sicut peccatum, siue hinc siue inde a paruulis trahatur, opus est diaboli, sic homo, siue hinc siue inde nascatur, opus est dei. intentio igitur huius libri haec est, ut, quantum nos dominus adiuuare dignatur, carnalis concupiscentiae malum, propter quod homo, qui per illam nascitur, trahit originale peccatum, discernamus a bonitate nuptiarum. haec enim quae ab impudentibus impudenter laudatur pudenda concupiscentia nulla esset, nisi homo ante peccasset, nuptiae uero essent, etiamsi nemo peccasset; fieret quippe sine isto morbo seminatio filiorum in corpore uitae illius, sine quo nunc fieri non potest in corpore mortis huius.

II. 2. Cur autem ad te potissimum de hac re scribere uoluerim, tres maximae causae sunt, quas breuiter intimabo. una est, quia donante Christo magna tibi est obseruantia pudicitiae

6 c. Iul. Pel. III 46 (*ita—excusari*) 9 Op. imp. II 23 (*nam—dei*) 15 c. Iul. Pel. III 64 (*haec—concupiscentia*) 17 ib. III 59 (*fieret—huius*) 19 cf. Rom. 7, 24

2 docmatis *KS* peccati esse] peccatis *A* 3 tamquam *m. 1 S* 8 sicut—excusari *in mg. add. S* adulterorum *CTEm* fornicantum *CE* 11 dei est *MSWAm* igitur *om. S* 12 haec est] est hoc *BMWAm* est haec μ ad quantum *R* 13 carnales *K* 15 impudentibus] inprudentibus *KPN* laudantur *C* 19 mortis huius] non enim corpus mortis huius in paradiso tale fuit ante peccatum propter quod diximus in corpore uitę illius quę ibi erat sine isto morbo seminationem potuisse fieri filiorum sine quo nunc in corpore mortis huius fieri non potest *add. KRVPN; cf. lib. II 6* 21 maxime *prop. Engelbrecht* 22 magna est tibi *P*

coniugalis; altera, quia profanis istis nouitatibus, quibus hic disputando resistimus, tu potestate curando et instando efficaciter restitisti; tertia, quoniam quiddam litterarum ab eis conscriptum in tuas manus uenisse cognoui, quod licet fide robustissima inriseris, bonum est tamen, ut etiam nouerimus defendendo adiuuare quod credimus; et apostolus enim Petrus paratos nos esse praecipit ad confessionem omni poscenti nos rationem de fide et spe nostra, et apostolus Paulus; sermo, inquit, uester in gratia conditus sit sale, ut sciatis quomodo oporteat uos unicuique respondere. ista sunt praecipue quae me compulerunt, ut in hoc uolumine tecum haberem qualem dominus dignaretur donare sermonem. nam mihi numquam placuit cuiquam inlustri uiro et tanta quanta es ipse sublimitate conspicuo, praesertim non otiosa dignitate iam fruenti, sed adhuc actibus publicis eisdemque militaribus occupato, aliquid meorum opusculorum legendum non a me petenti non tam diligenter quam impudenter impingere. si quid ergo tale nunc feci, propter eas quas commemoraui causas dignanter ignosce et beniuolum animum ad ea quae secuntur intende.

III. 3. Donum dei esse etiam pudicitiam coniugalem beatissimus Paulus ostendit, ubi de hac re loquens ait: uolo autem omnes homines esse sicut me ipsum; sed unusquisque proprium habet donum a deo, alius sic,

7 I Petr. 3, 15   9 Col. 4, 6   22 I Cor. 7, 7

1 quia *ex* que *T*   istis *om. T*   3 quidem *R*   4 fide licet *N*   5 etiam *om.* μ   defendendum *R*   6 et *om. RPbd*   enim *om. N*   paratus *K*   7 praecepit *TKRVPN*   ad confessionem] ad (*s. l.*) satisfactionem ad (*s. l.* et) confessionem *C, b*   ad satisfactionem *Ed*   8 fidem *K*   9 in *om. C*   10 quomo *K*   uos oporteat *N*   11 quae me praecipue *bd*   in *om. TRP*   12 sermonem donare *S*   dare *Am*   14 ipsi *K*   15 feruenti *m*   16 aliquod *M*μ   18 nunc tale *S*   19 beneuolum *TRV*   20 sequuntur *RVPbd*   sequntur *E*   21 etiam *om. BMWAm*μ   beatus *P*   23 homines omnes *C*   24 donum habet *Tbd*   a] ex *A*   alius quidem sic alius uero sic *KRVPNbd*   alius sic *om. T*

alius quidem sic. ecce et hoc donum esse dixit a deo etsi inferius quam illa continentia, in qua omnes uolebat esse sicut se ipsum, tamen donum a deo. unde intellegimus, cum haec praecipiuntur ut fiant, nihil aliud ostendi quam inesse nobis oportere ad haec accipienda et habenda etiam propriam uoluntatem; cum uero dona dei esse monstrantur, a quo petenda sint discitur, si non habentur, et cui sint agendae gratiae, si habentur, nostrasque uoluntates ad haec expetenda, sumenda, retinenda parum ualere, nisi diuinitus adiuuentur.

4. Quid ergo dicimus, quando et in quibusdam impiis inuenitur pudicitia coniugalis? utrum eo peccare dicendi sunt, quod dono dei male utantur non id referentes ad cultum eius a quo acceperunt? an forte nec dona dei putanda sunt ista, quando haec infideles agunt, secundum apostoli sententiam dicentis: omne quod non est ex fide peccatum est? quis autem audeat dicere donum dei esse peccatum? anima enim et corpus et quaecumque bona animae et corporis naturaliter insita etiam in peccatoribus dona dei sunt, quoniam deus, non ipsi ista fecerunt; de his autem quae faciunt dictum est: omne quod non est ex fide peccatum est. cum igitur faciunt haec homines sine fide, quae uidentur ad coniugalem pudicitiam pertinere, siue hominibus placere quaerentes, uel sibi uel aliis, siue in his rebus quas uitiose concupiscunt humanas molestias deuitantes siue daemonibus seruientes, non peccata cohercentur, sed aliis peccatis alia peccata uincuntur. absit ergo pudicum ueraciter dici, qui non propter deum uerum fidem conubii seruat uxori.

6 cf. c. Iul. Pel. IV 6 15 Rom. 14, 23 16 c. Iul. Pel. IV 27 (*anima—peccatum est*) 20 Rom. 14, 23

1 donum] donum dei *KVPN* a deo *om. N* 4 nichl *S* ostendit *R* 6 dei dona *Vbd* dei *om. N* 7 dicitur *C* discatur *N* 9 repetenda *T* 10 dicemus *T* 11 eo] ex eo *BMSWmμ* 12 dei dono *N* dono] non *K* 13 an forte *om. T* ista] illa *N* 16 dicere audeat *T* 17 corpori *KRVPN* 18 insita sunt *KN* 20 ergo *W* 21 omines *m. 1 K* 22 pudiciam *S* 24 *a uocabulis* nas molestias *inc. cod. F* 25 coercentur *FBMSWμ* uinciuntur *KRVPMSWmμ* 26 uerum deum *B*

IIII. 5. Copulatio itaque maris et feminae generandi causa bonum est naturale nuptiarum. sed isto bono male utitur qui bestialiter utitur, ut sit eius intentio in uoluptate libidinis, non in uoluntate propaginis, quamquam in nonnullis animalibus rationis expertibus, sicut in plerisque alitibus, et coniugiorum quaedam quasi confoederatio custoditur et socialis nidificandi sollertia uicissimque ouorum dispertita tempora fouendorum et nutriendorum opera alterna pullorum magis eas uideri faciunt agere, cum coeunt, negotium substituendi generis quam explendae libidinis. quorum duorum illud est in pecore simile hominis, hoc in homine simile pecoris. uerum quod dixi ad naturam pertinere nuptiarum, ut mas et femina generandi societate iungantur et ita inuicem non fraudent, sicut omnis societas fraudulentum socium naturaliter non uult, hoc tamen euidens bonum cum infideles habent, quia infideliter utuntur, in malum peccatumque conuertunt. eo modo ergo et illam concupiscentiam carnis, qua caro concupiscit aduersus spiritum, in usum iustitiae conuertunt fidelium nuptiae. habent quippe intentionem generandi regenerandos, ut qui ex eis saeculi filii nascuntur in dei filios renascantur. quapropter qui non hac intentione, hac uoluntate, hoc fine generant filios, ut eos ex membris hominis primi in membra transferant Christi, sed infideles parentes de infideli prole gloriantur, etiamsi tanta sint obseruantia, ut secundum matrimoniales tabulas nonnisi

13 cf. I Cor. 7, 5   15 cf. c. Iul. Pel. IV 36   17 Gal. 5, 17

3 quid *C*   4 uoluptate *R*   5 et *om. N*   6 confoederatio (*med.* o *s. l. m. rec.*) *C* consideratio *F*   7 uicissimque ouorum] uicissim quorum *CE* uicissimque e*o*rum *F*   8 ea *N*   9 coeunte *μ*   10 d*uum *P* pecore simile] corpore *R*   11 uere *R*   12 pertinet *A*   maris *C m. 1, EKRVP* mares *N*   feminae *RN*   13 iugantur *P*   fraudant (an *s. l. m. 2*) *C*   hominis *R*   14 fraudulentium *Sμb*   sociorum *b* naturaliter pati *KVPMSWAm*   tam̄ *C:* tam *cet.*   15 fideles *R*   qui *N* 17 concupescit *K*   19 intentione *K*   20 filii seculi *ES*   21 non] in *W*   hac *alt.*] ac *TRVPN*   23 de *C om. cet.*   glorientur *FRVPbd*   tanta—secundum *om. C*   tantę *VP*   24 sit *FEbd* obseruantię *VP*   secū *K*

liberorum procreandorum causa concumbant, non est in eis uera pudicitia coniugalis. cum enim uirtus sit pudicitia, cui uitium contrarium est impudicitia, omnesque uirtutes etiam quae per corpus operantur in animo habitent, quomodo uera ratione pudicum corpus adseritur, quando a uero deo ipse animus fornicatur? quam fornicationem sanctus ille psalmus accusat, ubi dicit: ecce enim qui longe se faciunt a te peribunt; perdidisti omnem qui fornicatur abs te. uera igitur pudicitia, siue coniugalis siue uidualis siue uirginalis, dicenda non est, nisi quae uerae fidei mancipatur. cum enim recto iudicio praeferatur nuptiis sacrata uirginitas, quis non sobria mente christianus etiam non uniuiras christianas catholicas nuptas non solum Vestalibus, sed etiam haereticis uirginibus anteponat? tantum ualet fides, de qua dicit apostolus: omne quod non est ex fide peccatum est et de qua item scriptum est ad Hebraeos: sine fide impossibile est placere deo.

V. 6. Quae cum ita sint, profecto errant qui cum uituperatur libido carnalis damnari nuptias opinantur, quasi morbus iste de conubio sit, non de peccato. nonne illi coniuges primi, quorum nuptias benedixit deus dicens: crescite et multiplicamini, nudi erant et non confundebantur? cur ergo ex illis membris confusio post peccatum, nisi quia extitit illic indecens motus, quem, nisi homines peccassent, procul dubio

2 c. Iul. Pel. IV 14 (*cum—fornicatur*) 7 Ps. 72, 27 9 c. Iul. Pel. IV 48 (*uera—mancipatur*) 15 Rom. 14, 23 16 Hebr. 11, 6 20 c. Iul. Pel. IV 53 (*nonne—217, 1 haberent*) 21 Gen. 1, 28 22 Gen. 3, 1; c. Iul. Pel. V 5 (*cur—motus*)

3 contrarium est uitium *N* uitio *C* 4 operatur *P* anima *R* 5 corpus] cor *R* 6 quam uero *W* 7 dicitur *BMWAmμ* faciunt se *P* se *om. S* a te faciunt *B* 11 praeparatur (*alt.* p *ex* f) *T* sacra *TSWAm* sacrata *F* 12 non *pr.*] nā *VP om. N* uniuersas *T* 13 nuptias *TVPBMWmμ* 14 non praeponat *P* 17 deo *om. TK* 18 iprofecto *A* erant *B* 19 carnales *P* opinantur] arbitrantur *BMWAmμ* 20 nonne] non *C* 21 deus benedixit *N* 22 quur *R* cur—haberent *in mg. S* 23 extetit *K* exstitit *RVPAbd*

nuptiae non haberent? an forte, sicut quidam existimant, quia id quod legunt parum diligenter aduertunt, caeci creati erant prius homines sicut canes et, quod est absurdius, non sicut canes crescendo, sed peccando adepti sunt uisum? absit hoc credere. sed unde mouentur qui hoc putant, illud est quod legitur: sumens de fructu eius edit; et dedit uiro suo secum, et ederunt. et aperti sunt oculi amborum, et agnouerunt quia nudi erant. hinc est quod parum intellegentes opinantur antea fuisse illis oculos clausos, quod eos tunc apertos diuina scriptura testatur. sed numquid et Agar ancilla Sarrae, quando sitiente et plorante filio aperuit oculos suos et uidit puteum, clausos prius oculos habuit? aut illi duo discipuli post resurrectionem domini in uia cum illo clausis oculis ambulabant, de quibus euangelium loquitur, quod in fractione panis aperti sunt oculi eorum, et cognouerunt eum? quod ergo scriptum est de hominibus primis: aperti sunt oculi amborum, intellegere debemus adtentos factos ad intuendum et agnoscendum quod nouum in eorum corpore acciderat, quod utique corpus patentibus eorum oculis et nudum cotidie subiacebat et notum; alioquin quomodo ad se adductis animalibus terrestribus et uolatilibus omnibus Adam clausis oculis nomina posset inponere, quod nisi discernendo non faceret, discernere autem nisi uidendo non posset? quomodo denique ipsa mulier

6 Gen. 3, 6. 7 11 cf. Gen. 21, 19 13 cf. Luc. 24, 13 15 cf. Luc. 24, 30. 31 22 cf. Gen. 2, 19

1 nuptiae *om. A* 2 quia] qui *P* parum intelligunt *P* diligenter— erant *om. P* 4 absit hoc credere *om. m. 1 S* 5 esse *K* 6 et sumens *TKRVP* 7 secum *om. N* 8 cognouerunt μ quia] et *F* 9 illis fuisse *T* 10 quos *KRVPN* diuina scriptura apertos *VP* 11 nunquid *P* sarę *FRN* 12 clausus *K* 15 apti *m* 16 eorum] amborum *W* agnouerunt *FEKRVPMbd* 17 est *om. K* amborum] eorum *T* 18 agnuscendum (u *pro* o *fere semper*) *K* cognoscendum *A* 19 accederat *K* 20 cottidie *TN* quottidie *P* 21 adductis ad se *T om. P* 22 uolatibus *A* 23 discernendum *R* discernere *om. R* 24 autem *om.* μ ipsa *om. W*

ei demonstrata est, quando ait: hoc nunc os ex ossibus meis et caro de carne mea? postremo si usque adeo quisquam fuerit contentiosus, ut haec eum dicat non cernendo, sed palpando potuisse, quid dicturus est, quod ibi legitur mulier lignum de quo fuerat cibum sumptura prohibitum uidisse quam esset speciosum oculis ad uidendum? erant itaque nudi et non confundebantur, non quia non uidebant, sed quia nihil unde confunderentur in membris senserant, quae uidebant. non enim dictum est: erant ambo nudi et ignorabant, sed: non confundebantur. quia enim nihil praecesserat quod non liceret, nihil secutum fuerat quod puderet.

VI. 7. Ibi homo primitus dei lege transgressa aliam legem repugnantem suae menti habere coepit in membris et inoboedientiae suae malum sensit, quando sibi dignissime retributam inoboedientiam suae carnis inuenit. talem quippe etiam serpens oculorum apertionem seducendo promiserat, ad aliquid uidelicet sciendum, quod melius nesciretur. tunc in se quippe sensit homo quod fecit, tunc a bono malum non carendo, sed perpetiendo discreuit. iniustum enim erat, ut obtemperaretur a seruo suo, id est a corpore suo ei qui non obtemperarat domino suo. nam quid est, quod oculi, labia, lingua, manus, pedes, inflexiones dorsi, ceruicis et laterum ut ad opera sibi congrua moueantur positum in potestate est, quando ab inpedimentis corpus liberum habemus et sanum, ubi autem

1 Gen. 2, 23 5 cf. Gen. 3, 6 7 Gen. 3, 1 13 cf. Rom. 7, 23 15 c. Iul. Pel. V 8 16 cf. Gen. 3, 5 20 c. Iul. Pel. V 8. 16 (*iniustum —domino suo*) 22 Op. imp. III 187 (*nam*—219, 4 *nolente*) 23 cf. c. Iul. Pel. V 21

1 ei *om. B* 2 de] ex *B* 3 hoc *N* 4 potuisse discernere *KRVPN* potuisse cognoscere *b* 5 fuerant *W* 7 utique *T* 9 ãbi *A* 11 nihil *pr.*] non *C* 13 ibi enim *KRN* legem] lege *K* 14 repugnantem *om. T* 15 suae *om. T* 16 inobedientię *μ* 17 oculorum apertionem serpens *N* aptionem *P* 19 quid *VPMAbd* 20 percipiendo *S* 21 obtemperauerat *EKVPBMSWmμ* 22 lingua *om. B* 23 pes *T* dorsi et ceruicis (ceru *s. l.*) *M* et ceruicis laterum *A* et *om. M* 24 ab *om. BMWmμ* impedimento *R*

uentum fuerit, ut filii seminentur, ad uoluntatis nutum membra in hoc opus creata non seruiunt, sed expectatur, ut ea uelut sui iuris libido commoueat, et aliquando non facit animo uolente, cum aliquando faciat et nolente? hincine non erubesceret humani libertas arbitrii, quod contemnendo imperantem deum etiam in membra propria proprium perdidisset imperium? ubi autem conuenientius monstraretur inoboedientiae merito humanam deprauatam esse naturam quam in his inoboedientibus locis, unde per successionem subsistit ipsa natura? nam ideo proprie istae corporis partes naturae nomine nuncupantur. hunc itaque motum ideo indecentem, quia inoboedientem, cum illi primi homines in sua carne sensissent et in sua nuditate erubuissent, foliis ficulneis eadem membra texerunt, ut saltem arbitrio uerecundantium uelaretur, quod non arbitrio uolentium mouebatur, et, quoniam pudèbat quod indecenter libebat, operiendo fieret quod decebat.

VII. 8. Quia ergo nec isto adiuncto malo perire potuit nuptiarum bonum, putant inprudentes hoc non esse malum, sed pertinere ad illud bonum. discernitur autem non solum ratione subtili, uerum etiam uulgatissimo iudicio naturali, quod et in illis adparuit hominibus primis et hodieque tenetur ab hominibus coniugatis. quod enim illi postea propagatione fecerunt, hoc est conubii bonum; quod uero prius confusione texerunt, hoc est concupiscentiae malum, quod uitat ubique

1 cf. de peccato orig. 35; c. Iul. Pel. V 19. 20 3 Op. imp. III 183 (*aliquando—nolente*) 11 c. Iul. Pel. V 25 (*hunc—decebat*) cf. Gen. 3, 7 22 c. Iul. Pel. V 31 (*quod—malum*); Op. imp. III 170 (*quod*—220, 1 *secretum*) 24 Op. imp. III 184 (*concupiscentiae—secretum*); ib. V 30

2 exspectatur *E* 3 faciat *T* 4 hinc•ne *C* hincne *Fbd* hinccine *m. 2 EV, P*μ hinc enim *R* herubisceret *K* 5 humana *R* contaminendo *m. 1 C* contempnendo *EP* 8 deprauatam esse humanam naturam *Vbd* inoboedientibus locis] membris *N* non oboedientibus locis (non *init. uers. m. 2 add.*) *C* 9 substitit *RBW*μ*bd* 10 proprię *CK*μ 12 et *om. T* 13 saltim *KPN* 14 uerecundatium *A* 15 mobatur *P* 21 hominibus apparuit *R* primis hominibus μ et *om. FEN* 22 omnibus *TMSWAm*μ 23 conubio *m. 1 C* confusionē *A*

conspectum et quaerit pudendo secretum. proinde nuptiae quia etiam de illo malo boni aliquid faciunt, gloriantur, quia sine illo fieri non potest, erubescunt. tamquam si quispiam pede uitiato ad aliquod bonum etiam claudicando perueniat, nec propter claudicationis malum mala est illa peruentio nec propter illius peruentionis bonum bona est claudicatio, ita nec propter libidinis malum nuptias condemnare nec propter nuptiarum bonum libidinem laudare debemus.

VIII. 9. Iste quippe est morbus, de quo apostolus etiam coniugatis fidelibus loquens ait: haec est enim uoluntas dei, sanctificatio uestra, abstinere uos a fornicatione, ut sciat unusquisque uestrum suum uas possidere in sanctificatione et honore, non in morbo desiderii sicut et gentes, quae ignorant deum. non solum igitur coniugatus fidelis uase non utatur alieno, quod faciunt a quibus uxores adpetuntur alienae, sed nec ipsum proprium in concupiscentiae carnalis morbo possidendum sciat. quod non sic accipiendum est, tamquam prohibuerit apostolus coniugalem, hoc est licitum honestumque concubitum, sed ut iste concubitus, qui nihil morbidae libidinis haberet adiunctum, si non praecedente peccato in eo perisset libertatis arbitrium, quod nunc id habet adiunctum, non sit uoluntatis, sed necessitatis, sine qua tamen in procreandis filiis ad fructum perueniri non potest ipsius uoluntatis. quae uoluntas in conubiis fidelium non eo fine determinatur, ut transituri filii nascantur in saeculo isto, sed ut permansuri renascantur in

5 cf. c. Iul. Pel. V 34 10 I Thess. 4, 3—5 19 cf. c. Iul. Pel. V 35 24 cf. c. Iul. Pel. V 41

2 etiam] enim *C*, *er. in F*, *om. E* de *om. m* aliquid boni *RVbd* quia uero *P* 3 fieri *om. R* erubescant *m. 1 F* tamquā (quā *s. l. m. 2*) *T* 4 uiciato μ uiato *K* uiator *P* 5 illa *om. E* 7 *pr.* neque *S* 10 fidelibus coniugatis *T* 12 uestrum *om. KVPBMWAm*μ 13 posside *A* 14 et desideriis *T* et *om. Wm* 15 ergo μ coniugatos *K* 16 qui uxores appetunt alienas *KRVPN* 17 ipso *R* in *om. A* 20 sit concubitus *RVPBMWAm*μ 21 perissit *K* 22 id] ideo *KRVPN* ut non *KRVPN* uoluptatis *F* 25 transitorii (o *ex* u) *C, FE* transituri tantum *N*

Christo. quod si prouenerit, merces erit de coniugio plenae felicitatis; si autem non prouenerit, pax erit coniugibus bonae uoluntatis. hac intentione cordis qui suum uas possidet, id est coniugem suam, procul dubio non possidet in morbo desiderii, sicut gentes quae ignorant deum, sed in sanctificatione et honore, sicut fideles qui sperant in deum. illo quippe concupiscentiae malo utitur homo, non uincitur, quando eam inordinatis atque indecoris motibus aestuantem frenat et cohibet neque nisi propagini consulens relaxat atque adhibet, ut spiritaliter regenerandos carnaliter gignat, non ut spiritum carni sordida seruitute subiciat. sic patres sanctos ex Abraham et ante Abraham, quibus deus quod ei placuerint perhibet testimonium, usos fuisse coniugibus neminem oportet dubitare christianum, quando quibusdam etiam singulis plures habere concessum est, ubi ratio fuit prolis multiplicandae, non uariandae adpetitio uoluptatis.

VIIII. 10. Nam si deo patrum nostrorum, qui etiam noster est, illa numerositas coniugum propterea non displicuisset, ut copiosius se libido iactaret, ita etiam sanctae feminae seruissent pluribus singulae. quod si aliqua faceret, quid eam nisi concupiscentiae turpitudo conpelleret, ut plures uiros haberet, quando ista licentia plures filios non haberet? uerumtamen magis pertinere ad nuptiarum bonum non unum et multas, sed unum et unam satis indicat ipsa prima di-

4 cf. Thess. 4, 5. 4 11 cf. c. Faustum l. XXII; c. Iul. Pel. V 45

1 mercis *K* merces—prouenerit *om. B* 6 quę *T* 7 deo *N* 8 moribus *R* 9 propagandi *R* propagine *T* propagationi *P* 10 spiritualiter *EP* 11 gignant *T* carnis *KRPN* carnię *V* carnali *T* sordidę *T* seruitutis *T* seruitus *MSWAmμ* subiciant (n *s. l.*) *T* 12 ex] et *BMWAmμ om. S* habraham *pr. KS* 13 ei] et *T* placuèrit *T* peribet *T* usus *T* 14 dubitare *om. W* etiam quibusdam *A* 15 concessum est habere *m* 16 uari•andae *K* uoluntatis *R* 19 ut] quod *P* etia *K* 20 plurioribus *KR* ea *S* 21 turpitudo concupiscentiae *T* 22 quando—haberet *om. m. 1 T* filios (*s. exp.* uiros) *E* 24 primitus *T*

uinitus facta coniugum copula, ut inde conubia sumerent initium, ubi honestius adtenderetur exemplum. progrediente autem genere humano iunctae sunt quibusdam bonis uiris bonae feminae, singulis plures. unde adparet et illud dignitatis magis adpetisse modestiam et hoc fecunditatis permisisse naturam. nam et principatus magis naturaliter unius in multos quam in unum potest esse multorum. nec dubitari potest naturali ordine uiros potius feminis quam uiris feminas principari. quod seruans apostolus ait: caput mulieris uir, et: mulieres, subditae estote uiris uestris, et apostolus Petrus quomodo Sarra, inquit, obsequebatur Abrahae, dominum illum uocans. quod licet ita sese habeat, ut natura principiorum amet singularitatem, facilius autem pluralitatem uideamus in subditis, tamen plures feminae uni uiro numquam licite iungerentur, nisi ex hoc plures filii nascerentur. unde si una concumbat cum pluribus, quia non est ei hinc multiplicatio prolis, sed frequentatio libidinis, coniux non potest esse, sed meretrix.

X. 11. Quoniam sane non tantum fecunditas, cuius fructus in prole est, nec tantum pudicitia, cuius uinculum est fides, uerum etiam quoddam sacramentum nuptiarum commendatur fidelibus coniugatis — unde dicit apostolus: uiri, diligite uxores uestras, sicut et Christus dilexit ecclesiam — huius procul dubio sacramenti res est, ut mas et femina conubio copulati quamdiu uiuunt inseparabiliter perseuerent

9 I Cor. 11, 3 10 Col. 3, 18 11 I Petr. 3, 6 21 cf. c. Iul. Pel. V 46 22 Eph. 5, 25

1 coniugii *P* 2 ibi *T* attenderentur *P* 3 iunctae sunt] tunc desiuit *BA* tunc desunt *Mmμ* tunc desinit *SW* sint *K* 4 feminae coniungi *BMWAmμ* feminae coniugi *S* 6 multas *N* 7 multarum *N* dubitare *K* 12 itaque *m* 13 principum *VPN* singularitatem amet *N* facilis *W* 15 licite *om. R* 16 nascentur *K* concubat *S* 17 hinc ei *T* hinc *om. WAmμ* multitudo (*in mg. m. 2* multiplicatio) *C* 18 coniunx *CEPm* esse non potest *A* sed *om. W* 20 *pr.* non est *S* 23 et *om. S* dilexit xps *S* 24 maris *C* maris *E* masculus *TRVPN* 25 copulati conubio *B*

nec liceat excepta causa fornicationis a coniuge coniugem dirimi. hoc enim custoditur in Christo et ecclesia, ut uiuens cum uiuente in aeternum nullo diuortio separetur. cuius sacramenti tanta obseruatio est in ciuitate dei nostri, in monte sancto eius, hoc est in ecclesia Christi quibusque fidelibus coniugatis, qui sine dubio membra sunt Christi, ut, cum filiorum procreandorum causa uel nubant feminae uel ducantur uxores, nec sterilem coniugem fas sit relinquere, ut alia fecunda ducatur. quod si quisquam fecerit, non lege huius saeculi, ubi interueniente repudio sine crimine conceditur cum aliis alia copulare conubia — quod etiam sanctum Moysen dominus propter duritiam cordis illorum Israhelitis permisisse testatur — sed lege euangelii reus est adulterii, sicut etiam illa, si alteri nupserit. usque adeo manent inter uiuentes semel inita iura nuptiarum, ut potius sint inter se coniuges qui ab alterutro separati sunt quam cum his quibus aliis adhaeserunt. cum aliis quippe adulteri non essent, nisi ad alterutrum coniuges permanerent. denique mortuo uiro cum quo uerum conubium fuit fieri uerum conubium potest cum quo prius adulterium fuit. ita manet inter uiuentes quiddam coniugale, quod nec separatio nec cum altero copulatio possit auferre. manet autem ad noxam criminis, non ad uinculum foederis, sicut apostatae anima uelut de coniugio Christi recedens etiam fide perdita sacramentum fidei non amittit, quod lauacro regenerationis accepit. redderetur enim procul

1 cf. Matth. 5, 32 4 Ps. 47, 2 12 cf. Matth. 19, 8. 9; Marc. 10, 12

1 coniugem] coniugi *A* 6 qui] qui sunt *KRVPN* sine dubio *om. SW* sunt *om. KRVPN* 8 uiri ducant uxores *KRVPN* 9 si *om. T* 11 sanctum *om. RP* 12 pro duritia *R* israelitis *RVBAμd* 13 erit *R* 14 et usque *TKRVPNb* 16 adulterutro μ 17 inheserunt *m* ad *om. T* 19 non potest *VPμ m. 2* 20 manet etiam inter *KRVPN* manet quoddam uinculum coniugale *b* quidam *R* 21 adultero *MWAμ* ad *m* posset *T* 22 noxa *A* 23 sic *MSm* sicuti *R* apost tae *K* apoţęstatę *C* apo**statę *F* apostata *VPN* postea *R* de de *S* 24 fidem perditam *m. 1 C* sacramenta *m. 1 C* 25 lauachro *Bμ*

dubio redeunti, si amisisset abscedens. habet hoc autem qui recesserit ad cumulum supplicii, non ad meritum praemii.

XI. 12. Quibus uero placuit ex consensu ab usu carnalis concupiscentiae in perpetuum continere, absit ut uinculum inter illos coniugale rumpatur; immo firmius erit, quo magis ea pacta secum inierunt, quae carius concordiusque seruanda sunt, non uoluptariis corporum nexibus sed uoluntariis affectibus animorum. neque enim fallaciter ab angelo dictum est ad Ioseph: noli timere accipere Mariam coniugem tuam. coniux uocatur ex prima desponsationis fide, quam concubitu nec cognouerat nec fuerat cogniturus; nec perierat nec mendax manserat coniugis appellatio, ubi nec fuerat nec futura erat carnis ulla commixtio. erat quippe illa uirgo ideo sanctius et mirabilius iucunda suo uiro, quia etiam fecunda sine uiro prole dispar, fide conpar. propter quod fidele coniugium parentes Christi uocari ambo meruerunt et non solum illa mater uerum etiam ille pater eius sicut coniux matris eius, utrumque mente, non carne. siue tamen ille pater sola mente siue illa mater et carne, parentes tamen ambo humilitatis eius, non sublimitatis, infirmitatis, non diuinitatis. neque enim mentitur euangelium, ubi legitur: et erant pater eius et mater mirantes super his quae dicebantur de illo, et alio loco: et ibant parentes eius per omnes

9 Matth. 1, 20 10 cf. c. Iul. Pel. V 46. 47 21 Luc. 2, 33. 41. 48 sqq.

1 si *om. m. 1 F* autem hoc *FVPAbd* 3 placuerit *TKRVPNbd* consu *K* consuetudine *N* 4 ut inter illos uinculum coniugale *bd* 5 illos] eos μ imo eo (eo *s. l.*) *F* immo eo *P* quod *T* 6 inierint *Rbd* 7 uoluntariis *PE* nexibus corporum *FRVbd* 9 mariam accipere *W* Mariam *s. l. M om. S* 10 coniunx *CE* uocatus (s *in ras.*) *F* fide desponsationis *Rbd* disponsationis *KVP, m. 1 C* 13 ulla carnis *N* comixtio *V* 14 et sanctius *bd* iocunda *TEVPN* iuncta *F* uiro suo *BS* 16 ambo uocari *TN* et *om. T* 17 sic *A* coniunx *K* mater *R* 18 tam *W* tantum *BMSAmμ* 19 et ex *N* humilitatis ambo *S* 21 enim *om. KRVPBMWAmμ* erat *TEKVPBSWAmμ* 23 illo] eo *R* loco euangelii *T* et *om. T*

annos in Hierusalem; item paulo post: et dixit mater eius ad illum: fili, quid fecisti nobis sic? ecce pater tuus et ego dolentes quaerebamus te. at ille ut ostenderet habere se praeter illos patrem, qui eum genuit praeter matrem, respondit eis: quid est quod me quaerebatis? nesciebatis quia in his, quae patris mei sunt, oportet me esse? et rursus, ne hoc dicto parentes illos negasse putaretur, euangelista secutus adiunxit: et ipsi non intellexerunt uerbum quod locutus est ad illos. et descendit cum eis et uenit Nazareth et erat subditus illis. quibus subditus nisi parentibus? quis autem subditus nisi Iesus Christus, qui cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse aequalis deo? cur ergo illis subditus, qui longe infra formam dei erant, nisi quia semet ipsum exinaniuit formam serui accipiens, cuius formae parentes erant? sed cum illo non seminante illa peperisset, profecto nec ipsius formae serui parentes ambo essent, nisi inter se etiam sine carnis commixtione coniuges essent. unde et series generationum, cum parentes Christi conexione successionis commemorantur, usque ad Ioseph potius, sicut factum est, fuerat perducenda, ne in illo coniugio uirili sexui utique potiori fieret iniuria, cum ueritati nihil periret, quia ex semine Dauid, ex quo uenturus praedictus est Christus, et Ioseph erat et Maria.

13. Omne itaque nuptiarum bonum inpletum est in illis parentibus Christi, proles, fides, sacramentum. prolem cognoscimus ipsum dominum Iesum, fidem, quia nullum adulterium, sacramentum, quia nullum diuortium.

5 Luc. 2, 49 8 ib. 2, 50. 51 12 Phil. 2, 6. 7 20 cf. Matth. 1, 16; Luc. 3, 23

1 ierusalem *TEVSAbd* 2 ecce] et *T om. B* 3 ego et pater tuus *B* illi *K* 4 se *om. m* patrem praeter illos *W* 7 rursum *bd* 9 locutus est] dixit *C* 10 discendit *K* illis *A* 12 Christus Iesus *TFEKVPN* 13 rapina *FR* esse *om. T* esse se *RN* aequalem *m. 1 K, N* 14 infra *om. B* forma *W* 21 sicut et (et *s. l.*) *M, Wmμ* 22 sexu *A* potiora fuerit *R* nihil ueritati *P* ueritate *TA* 26 parentibus *om. W* 27 $\overline{\text{xpm}}$ *T* fidem quidem *R*

dubio redeunti, si amisisset abscedens. habet hoc autem qui recesserit ad cumulum supplicii, non ad meritum praemii.

XI. 12. Quibus uero placuit ex consensu ab usu carnalis concupiscentiae in perpetuum continere, absit ut uinculum inter illos coniugale rumpatur; immo firmius erit, quo magis ea pacta secum inierunt, quae carius concordiusque seruanda sunt, non uoluptariis corporum nexibus sed uoluntariis affectibus animorum. neque enim fallaciter ab angelo dictum est ad Ioseph: noli timere accipere Mariam coniugem tuam. coniux uocatur ex prima desponsationis fide, quam concubitu nec cognouerat nec fuerat cogniturus; nec perierat nec mendax manserat coniugis appellatio, ubi nec fuerat nec futura erat carnis ulla commixtio. erat quippe illa uirgo ideo sanctius et mirabilius iucunda suo uiro, quia etiam fecunda sine uiro prole dispar, fide conpar. propter quod fidele coniugium parentes Christi uocari ambo meruerunt et non solum illa mater uerum etiam ille pater eius sicut coniux matris eius, utrumque mente, non carne. siue tamen ille pater sola mente siue illa mater et carne, parentes tamen ambo humilitatis eius, non sublimitatis, infirmitatis, non diuinitatis. neque enim mentitur euangelium, ubi legitur: et erant pater eius et mater mirantes super his quae dicebantur de illo, et alio loco: et ibant parentes eius per omnes

9 Matth. 1, 20 10 cf. c. Iul. Pel. V 46. 47 21 Luc. 2, 33. 41. 48 sqq.

1 si *om. m. 1 F* autem hoc *FVPAbd* 3 placuerit *TKRVPNbd* consu *K* consuetudine *N* 4 ut inter illos uinculum coniugale *bd* 5 illos] eos μ imo eo (eo *s. l.*) *F* immo eo *P* quod *T* 6 inierint *Rbd* 7 uoluntariis *PE* nexibus corporum *FRVbd* 9 mariam accipere *W* Mariam *s. l. M om. S* 10 coniunx *CE* uocatus (s *in ras.*) *F* fide desponsationis *Rbd* disponsationis *KVP*, *m. 1 C* 13 ulla carnis *N* comixtio *V* 14 et sanctius *bd* iocunda *TEVPN* iuncta *F* uiro suo *BS* 16 ambo uocari *TN* et *om. T* 17 sic *A* coniunx *K* mater *R* 18 tam *W* tantum *BMSAm*μ 19 et] ex *N* humilitatis ambo *S* 21 enim *om. KRVPBMWAm*μ erat *TEKVPBSWAm*μ 23 illo] eo *R* loco euangelii *T* et *om. T*

annos in Hierusalem; item paulo post: et dixit mater eius ad illum: fili, quid fecisti nobis sic? ecce pater tuus et ego dolentes quaerebamus te. at ille ut ostenderet habere se praeter illos patrem, qui eum genuit praeter matrem, respondit eis: quid est quod me quaerebatis? nesciebatis quia in his, quae patris mei sunt, oportet me esse? et rursus, ne hoc dicto parentes illos negasse putaretur, euangelista secutus adiunxit: et ipsi non intellexerunt uerbum quod locutus est ad illos. et descendit cum eis et uenit Nazareth et erat subditus illis. quibus subditus nisi parentibus? quis autem subditus nisi Iesus Christus, qui cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse aequalis deo? cur ergo illis subditus, qui longe infra formam dei erant, nisi quia semet ipsum exinaniuit formam serui accipiens, cuius formae parentes erant? sed cum illo non seminante illa peperisset, profecto nec ipsius formae serui parentes ambo essent, nisi inter se etiam sine carnis commixtione coniuges essent. unde et series generationum, cum parentes Christi conexione successionis commemorantur, usque ad Ioseph potius, sicut factum est, fuerat perducenda, ne in illo coniugio uirili sexui utique potiori fieret iniuria, cum ueritati nihil periret, quia ex semine Dauid, ex quo uenturus praedictus est Christus, et Ioseph erat et Maria.

13. Omne itaque nuptiarum bonum inpletum est in illis parentibus Christi, proles, fides, sacramentum. prolem cognoscimus ipsum dominum Iesum, fidem, quia nullum adulterium, sacramentum, quia nullum diuortium.

5 Luc. 2, 49 8 ib. 2, 50. 51 12 Phil. 2, 6. 7 20 cf. Matth. 1, 16; Luc. 3, 23

1 ierusalem *TEVSAbd* 2 ecce] et *T om. B* 3 ego et pater tuus *B* illi *K* 4 se *om. m* patrem praeter illos *W* 7 rursum *bd* 9 locutus est] dixit *C* 10 discendit *K* illis *A* 12 Christus Iesus *TFEKVPN* 13 rapina *FR* esse *om. T* esse se *RN* aequalem *m. 1 K, N* 14 infra *om. B* forma *W* 21 sicut et (et *s. l.*) *M, Wmμ* 22 sexu *A* potiora fuerit *R* nihil ueritati *P* ueritate *TA* 26 parentibus *om. W* 27 xpm *T* fidem quidem *R*

XII. Solus ibi nuptialis concubitus non fuit, quia in carne peccati fieri non poterat sine illa carnis concupiscentia, quae accidit ex peccato, sine qua concipi uoluit, qui futurus erat sine peccato non in carne peccati, sed in similitudine carnis peccati, ut hinc etiam doceret omnem quae de concubitu nascitur carnem esse peccati, quandoquidem sola quae non inde nata est non fuit caro peccati, quamuis coniugalis concubitus, qui fit intentione generandi, non sit ipse peccatum, quia bona uoluntas animi sequentem ducit, non ducentem sequitur corporis uoluptatem nec humanum arbitrium trahitur subiugante peccato, cum iuste redigitur in usum generandi plaga peccati. huius plagae quidam pruritus in adulteriorum et fornicationum et quorumlibet stuprorum atque inmunditiarum foeditatibus regnat, in conubiorum uero necessitudinibus seruit. ibi de domino tali turpitudo damnatur, hic de pedisequo tali honestas uerecundatur. non est igitur haec libido nuptiarum bonum, sed obscenitas peccantium, necessitas generantium, lasciuiarum ardor, nuptiarum pudor. cur ergo non coniuges maneant, qui ex consensu concumbere desinunt, si manserunt coniuges Ioseph et Maria, qui concumbere nec coeperunt?

XIII. 14. Haec enim propagatio filiorum, quae in sanctis patribus propter generandum et conseruandum populum dei, in quo prophetiam Christi praecedere oportuit, officiosissima fuit, nunc iam non habet illam necessitatem. patet quippe iam ex omnibus gentibus spiritaliter gignendorum, undecumque

4 cf. Rom. 8, 3

1 qui *WAmμ* 2 pudenda (pudendę *MBm*) concupiscenṭia *KRVNbd* 3 accedit *KR* 4 similitudinem *C* 5 qui *Bm* 9 ducendo *C* 10 corpus *CE* corporis sui *RV* uoluntatem *VPBSWAmμ* 11 cum—peccati *om. T* 12 quidem *N* quiḍdam *m. 2 V* pruritas *m. 1 M, BWAmμ* 13 st*uprorum *M* 14 fęditatibus *TMm* f*editatibus *F* in necessitatibus *A* 15 talis *PR m. 2, om. A* turpido *C* pedissequo *C m. 2, FERVPNbd* talis *PR m. 2* 16 non est] nec *T* 17 obscęnitas *Fμ* obscoenitas *RVAbd* *uoce* necessitas *fin. cod. F* 18 fit pudor *N* 19 serunt—Io *om. m* 20 non *PBWSμ* 23 prophetia *K* 24 ullam *SWAmμ*

carnaliter nati fuerint, copia filiorum. et quod scriptum est: tempus amplectendi et tempus continendi ab amplexu, per illud atque hoc tempus agnoscitur distributum; illud quippe fuit amplectendi, hoc autem continendi ab amplexu.

15. Itaque et apostolus, cum hinc loqueretur, ait: hoc autem dico, fratres: tempus breue est; reliquum est ut et qui habent uxores tamquam non habentes sint, et qui flent, tamquam non flentes, et qui gaudent, tamquam non gaudentes, et qui emunt, tamquam non ementes, et qui utuntur hoc mundo, quasi non utantur; praeterit enim figura huius mundi. uolo uos sine sollicitudine esse. haec omnia, ut exponendo aliquid hinc breuiter dicam, sic existimo intellegenda. hoc, inquit, dico, fratres: tempus breue est; non adhuc populus dei propagandus est generatione carnaliter, sed iam regeneratione spiritaliter colligendus. reliquum est ergo, ut et qui habent uxores, non carnali concupiscentiae subiugentur, et qui flent tristitia praesentis mali, gaudeant spe futuri boni, et qui gaudent propter temporale aliquod commodum, timeant aeternum iudicium, et qui emunt sic habendo possideant, ut amando non haereant, et qui utuntur hoc mundo, transire se cogitent, non manere; praeterit enim figura huius mundi. uolo uos, inquit, sine sollicitudine esse, hoc est: uolo sursum cor in his quae non praetereunt uos

2 Eccle. 3, 5 5 I Cor. 7, 29—32

3 per] super *C* illud—tempus] utrumque hoc tempus *VP* cognuscitur *K* cognoscitur *VMSWm* 5 et *om. m* 7 et ut *Vbd* hii qui *T* 8 quasi *CT* 9 gaudent tamquam non *om. B* 10 ementes] possidentes *bd* 11 tamquam μ 13 hinc *om. N* æstimo *K* estimo *PMSAm*μ 14 inquam *RN* dico *om. W* 16 iam *om. E* iam regeneratione *om. N* 17 et *om. C*μ 18 subiungentur*B P m. 1* tristitiam *P* 20 timeat *M m. 1* 21 et qui emunt *om. N* possedeant *K* 23 manere] mare *K* amare *RN* praeteriit *T* 24 uolo uos sursum *T* 25 his *om. T* quē *T*

habere. deinde subiungit et dicit: qui sine uxore est, cogitat ea quae sunt domini, quomodo placeat domino; qui autem matrimonio iunctus est, cogitat quae sunt mundi, quomodo placeat uxori, atque ita quodam modo exponit quod supra dixerat: qui habent uxores, tamquam non habentes sint. qui enim sic habent uxores, ut cogitent ea quae sunt domini, quomodo placeant domino, nec in his quae sunt mundi cogitent placere uxoribus, tamquam non habentes sunt. quod ea facilitate fit, quando et uxores tales sunt, ut eis mariti non ideo placeant, quia diuites, quia sublimes, quia genere nobiles, quia carne amabiles, sed quia fideles, quia religiosi, quia pudici, quia uiri boni sunt.

XIIII. 16. Verum in coniugatis ut haec optanda atque laudanda, sic alia toleranda sunt, ne in damnabilia flagitia, id est in fornicationes uel adulteria conruatur. propter quod uitandum malum etiam illi concubitus coniugum, qui non fiunt causa generandi, sed uictrici concupiscentiae seruiunt, in quibus iubentur non fraudare inuicem, ne temptet eos satanas propter intemperantiam suam, non quidem secundum imperium praecipiuntur, tamen secundum ueniam conceduntur. sic enim scriptum est: uxori uir debitum reddat, similiter autem et uxor uiro. mulier sui corporis potestatem non habet, sed uir; similiter autem et uir sui corporis potestatem non habet, sed mulier. nolite inuicem fraudare nisi ex consensu ad tem-

1 I Cor. 7, 32. 33 5 ib. 7, 29 22 ib. 7, 3—6

2 cogita *m. 1 P* cogitet *m. 2 P* 4 ea quae *TKVPBMSWmμ* mundi huius *S* 7 uxores habent *S* ut *om. MSWAmμ* domini sunt *A* 8 cogitant *KVPMSWAmμ*, *m. 2 ER* 9 ea facilitate *CRS:* ea felicitate *TEKBMWAmμb* ęą facilįtątę (*supra* i *add.* e *m. 2*) *V* facile *P* facilius *d* 10 sunt tales *A* non ideo mariti *Bμ* non idem mariti *MSWAm* 14 ut *om. N* 15 laudanda *om. N* 16 corruantur *R* 17 coniug*um *S* 18 causa *om. B* uiatrici *R* uiciatrici *P* uictoria *C* 21 tamen] sed *N* 23 similiter autem et] neque *N* 25 non *om. BMWmμ* 26 fraudare inuicem *Pμ*

pus, ut uacetis orationi et iterum ad ipsum estote, ne uos temptet satanas propter intemperantiam uestram. hoc autem dico secundum ueniam, non secundum imperium. ubi ergo uenia danda est, aliquid esse culpae nulla ratione negabitur. cum igitur culpabilis non sit generandi intentione concubitus, qui proprie nuptiis inputandus est, quid secundum ueniam concedit apostolus, nisi quod coniuges, dum se non continent, debitum ab alterutro carnis exposcunt non uoluntate propaginis, sed libidinis uoluptate? quae tamen uoluptas non propter nuptias cadit in culpam, sed propter nuptias accipit ueniam. quocirca etiam hinc sunt laudabiles nuptiae, quia et illud, quod non pertinet ad se, ignosci faciunt propter se. neque enim etiam iste concubitus, quo seruitur concupiscentiae, sic agitur, ut inpediatur fetus, quem postulant nuptiae.

XV. 17. Sed tamen aliud est non concumbere nisi sola uoluntate generandi, quod non habet culpam, aliud carnis concumbendo adpetere uoluptatem, sed non praeter coniugem, quod uenialem habet culpam, quia, etsi non causa propagandae prolis concumbitur, non tamen huius libidinis causa propagationi prolis obsistitur siue uoto malo siue opere malo. nam qui hoc faciunt quamuis uocentur coniuges, non sunt nec ullam nuptiarum retinent ueritatem, sed honestum nomen uelandae turpitudini obtendunt. produntur autem quando eo usque progrediuntur, ut exponant filios, qui nascuntur inuitis.

16 c. Iul. Pel. V 63 (*aliud*—19 *culpam*)

1 ad id ipsum *TVPbd* id ipsum (id *s.* ạḍ) *B* 2 incontinentiam *MWAmμ* 5 culpae esse *S* 6 propriae *K* propterea *R* 7 quid] qui* *S* 9 propagandi *P* 10 uoluntate *T* uoluntas *T* 11 nuptia *K* 13 ignusci *K* enim *om. E* 15 impleatur *C* foetus *C* fętus *Kμ* postulent *K* 17 uoluptate *A* aliud autem *TKRVP* aliud est autem *N* carnis quidem *TKPN* 18 uoluntatem *T* uxorem *R* 19 generandae *MWmμ* 20 obsistitur *T* propagatione *C* propagationi* *S* 21 uotum *m. 1 C* 22 hoc qui *E* qui *om. K* 23 ulla *K* 24 turpitudinis *E* obtentunt μ

oderunt enim nutrire uel habere, quos gignere metuebant. itaque cum in suos saeuit, quos nolens genuit tenebrosa iniquitas, clara iniquitate in lucem promitur et occulta turpitudo manifesta crudelitate conuincitur. aliquando eo usque peruenit haec libidinosa crudelitas uel libido crudelis, ut etiam sterilitatis uenena procuret et si nihil ualuerit, conceptos fetus aliquo modo intra uiscera extinguat ac fundat, uolendo suam prolem prius interire quam uiuere, aut si in utero iam uiuebat, occidi ante quam nasci. prorsus si ambo tales sunt, coniuges non sunt; et si ab initio tales fuerunt, non sibi per conubium, sed per stuprum potius conuenerunt. si autem non ambo sunt tales, audeo dicere: aut illa est quodam modo mariti meretrix aut ille adulter uxoris.

XVI. 18. Quia igitur nuptiae tales esse non possunt, quales primorum hominum, si peccatum non praecessisset, esse potuerunt, sint tales, quales sanctorum patrum fuerunt, ut pudenda carnis concupiscentia, quae in paradiso nec ante peccatum fuit nec post peccatum esse permissa est, quia necesse est in corpore mortis huius ut sit, non ei seruiatur, sed ipsa potius nonnisi ad propagandam prolem seruire cogatur. aut quia hoc tempus, quod iam esse diximus, continendi ab amplexu non habet huius officii necessitatem adiacente undique in omnibus gentibus tanta fertilitate gignendorum spiritaliter filiorum, illud potius excellentis continentiae bonum *qui potest capere, capiat*; qui uero id capere non potest, et si acceperit uxorem, non peccat, et femina, si se

21 cf. p. 227, 4 24 cf. Matth. 19, 12. 11 25 cf. I Cor. 7, 28. 9

1 oder *W* 2 in *om. T* 4 manifestatạ *E* crudulitate *K* credulitate *B* 6 sterelitatis *E* crudelitatis *SW* ualuerint *TP* 7 foetus *C* faetus *EK* exstinguat *RVAbd* 8 iam in utero *MSWAmμ* 9 iam *om. B* non uiuebat *C* occidit *C* 11 potius per stuprum *N* 12 tales sunt *S* 13 meretrix—quia *om. C* meretrix mariti *BSbd* meritrix *W* 14 non—esse *om. W* 16 sint tales *om. N* pudendę *P* 17 concupiscentię *P* 18 esse] illic esse *KRVPN* non esse *TE* 19 ei *om. P* 20 propagandē *M* 22 adiacentem *T* 23 in *om. R* gentibus *om. S* 26 et *om. P* si *fin. om. S*

non continet, nubat. bonum est enim homini mulierem non tangere. uerum quia non omnes capiunt uerbum hoc, sed quibus datum est, restat, ut propter fornicationes unusquisque suam uxorem habeat et unaquaeque uirum suum habeat ac sic infirmitas incontinentiae, ne cadat in ruinam flagitiorum, excipiatur honestate nuptiarum. quod enim ait apostolus de feminis: uolo igitur iuniores nubere, hoc et de maribus dici potest: uolo iuniores uxores ducere, ut ad utrumque sexum pertineat 'filios procreare, patres et matres familias esse, nullam occasionem dare aduersario maledicti gratia'.

XVII. 19. In nuptiis tamen bona nuptialia diligantur: proles, fides, sacramentum. sed proles, non ut nascatur tantum uerum etiam ut renascatur; nascitur namque ad poenam, nisi renascatur ad uitam. fides autem, non qualem habent inter se etiam infideles zelantes carnem; quis enim uir quamlibet inpius uult adulteram uxorem? aut quae mulier quamlibet inpia uult adulterum uirum? hoc in conubio bonum naturale est quidem, carnale tamen. sed membrum Christi coniugis adulterium coniugi debet timere, non sibi et a Christo sperare fidei praemium, quam exhibet coniugi. sacramentum uero, quod nec separati et adulterati amittunt, coniuges concorditer casteque custodiant. solum est enim quod etiam sterile coniugium tenet iure pietatis iam spe fecunditatis amissa, propter quam fuerat copulatum. haec bona nuptialia laudet in nuptiis,

1 I Cor. 7, 1 2 Matth. 19, 11 3 I Cor. 7, 2 7 I Tim. 5, 14

1 Eligatur bonum *P* enim est *B* enim *om.* *W* 2 omnes *om.* *SW* 4 uxorem suam *EKPBMWA*μ suam *om.* *S* 8 et *om.* *A* 9 pertineat sexum *N* 14 renascatur ad uitam *pr.* *S* 16 uir] ụịṣ *T* 17 quemlibet *P* inpia *om.* *P* 18 in conubio] conubii *N* conubium *K* 19 sed mens xpiani coniugis *P* 20 separare *m. 1* *CB*, *E* 22 separati et adulterati *TVA:* sperati et adulterati *KR* separari nec adulterari *C*, *m. 1* *m* separati nec adulterati *P* separari et adulterari *ESW*μ, *m. 2* *m* separari (l spreti) et adulterari (l adulterati) *BM* admittunt *CEBMWm* qui (qui *s. l.* *M*) concorditer casteque custodiant (custodiunt *E*, *m. 2* *M*, *S* *Wm*μ) *EN* 24 pietas *T* 25 in nuptiis] īnuptus *B*

qui laudare uult nuptias. carnis autem concupiscentia non est nuptiis inputanda, sed toleranda. non enim est ex naturali conubio ueniens bonum, sed ex antiquo peccato accidens malum.

XVIII. 20. Propter hanc ergo fit, ut etiam de iustis et legitimis nuptiis filiorum dei non filii dei, sed filii saeculi generentur, quia et hi qui generant, si iam regenerati sunt, non ex hoc generant quod filii dei sunt, sed ex quo adhuc filii saeculi. dominica quippe sententia est: filii saeculi huius generant et generantur. ex quo itaque sumus adhuc filii saeculi huius, exterior homo noster corrumpitur, ex hoc et huius saeculi filii generantur nec filii dei nisi regenerentur fiunt; sed ex quo sumus filii dei, interior renouatur de die in diem, quamuis et ipse exterior per lauacrum regenerationis sanctificatus sit et spem futurae incorruptionis acceperit, propter quod et templum dei merito dicitur. corpora uestra, inquit apostolus, templum in uobis spiritus sancti est, quem habetis a deo, et non estis uestri; empti enim estis pretio magno. glorificate ergo deum in corpore uestro. hoc totum non solum propter praesentem sanctificationem, sed maxime propter illam spem dictum est, de qua idem alio loco dicit: sed et nos ipsi primitias spiritus habentes et ipsi in nobismet ipsis ingemiscimus adoptionem expectantes, redem-

1 c. Iul. Pel. VI 40 (*carnis—233, 3 tenetur*) 8 Luc. 20, 34 10 II Cor. 4, 16 16 I Cor. 6, 19, 20 21 Rom. 8, 23

1 pudenda concupiscentia *KRVPN* 2 in nuptiis *N* inputanda] pudenda *N* est enim *RVPbd* 3 peccati *N* accedens *KR* 4 ergo *om. T* 5 filii dei sunt *SWAmμ* 6 regenerati] generati *CTE* 7 non—generant *om. C* quod] ex quo *Rbd* quo *T om. K* ex hoc quod (quod *s. l.*) *C* 8 huius saeculi *TRVbd* 9 generant et *om. T* filii adhuc *N* 10 huius saeculi *RVbd* 11 hoc] quo *SW* *uoce* saeculi *inc. cod. F* filii saeculi *KPN* 12 interior de die in diem renouatur *RVbd* 17 est sps sci *F* 18 pretio *add. m. 2 T* 19 ergo *om. RWμ* *post* ergo *add.* et portate *Rμbd, m. 2 T* 21 dicit *om. B* 22 habentes spiritus *KVP* ipsi *om. μ* 23 adoptione *K*

ptionem corporis nostri. si ergo redemptio corporis nostri secundum apostolum expectatur, profecto quod exspectatur adhuc speratur, nondum tenetur. unde adiungit et dicit: spe enim salui facti sumus; spes autem quae uidetur non est spes; quod enim uidet quis, quid et sperat? si autem quod non uidemus speramus, per patientiam expectamus. non itaque per hoc quod expectamus, sed per hoc quod toleramus, carnales filii propagantur. absit ergo, ut fidelis homo, cum audit ab apostolo: diligite uxores uestras, concupiscentiam carnis diligat in uxore, quam nec in se ipso debet diligere audiens alterum apostolum: nolite diligere mundum nec ea quae in mundo sunt. quisquis dilexerit mundum, non est caritas patris in illo, quia omnia quae in mundo sunt concupiscentia carnis est et concupiscentia oculorum et ambitio saeculi, quae non est a patre, sed ex mundo est. et mundus transibit et concupiscentia eius; qui autem fecerit uoluntatem dei, manet in aeternum, sicut et deus manet in aeternum.

XVIIII. 21. Ex hac igitur concupiscentia carnis quod nascitur, utique mundo, non deo nascitur; deo autem nascitur, cum ex aqua et spiritu renascitur. huius concupiscentiae reatum regeneratio sola dimittit, quem generatio trahit. ergo quod generatum est, regeneretur, quia non potest aliter, ut quod tractum est remittatur. ut enim quod

4 Rom. 8, 24. 25 9 cf. Col. 3, 19 11 I Ioh. 2, 15—17 21 c. Iul. Pel. VI 3 22 c. Iul. Pel. VI 6 (*huius—remittatur*) 25 c. Iul. Pel. VI 11 (*quod dimissum*—234, 2 *tamen fit*)

1 si—nostri *om. CT* nostri] *sequentia in T post sex folia leguntur* (*falso in mg. add.* deest) 2 secundum apostolum *om. T* 3 et nondum *KRPN* 5 quid *om. R* et *om. TFN, m. 2 CV* 8 carnalis *K* 9 uxorem *m. 1 C* 12 quisquis] si quis enim *P* 13 est *om. S* eo *TR* (*in mg.* illo *P*) 15 quae non est a patre] et ubique non est a patre *T* 16 est *er. K* a] ex *PN* transit *N* 20 quod] qui *N* 22 spu sco *Nb* nascitur *C* 23 quem] ac per hoc *TKRVPd* 24 regeneratur *TN* *post* regeneretur *add.* ut similiter *TKRVPNbd* aliter potest *E* 25 ut *pr. om. TKRVPNbd*

dimissum est in parente trahatur in prole, miris quidem modis fit, sed tamen fit. haec inuisibilia et infidelibus incredibilia, sed tamen uera ut haberent aliquod uisibile exemplum, hoc in quibusdam arbustis diuina prouidentia procurauit. cur enim non credamus propter hoc esse institutum, ut ex oliua nascatur oleaster? an credendum non est in aliqua re quae creata est ad usus hominum creatorem prouidisse et instituisse, quod ad generis humani ualeret exemplum? mirum est ergo quemadmodum a peccati uinculo per gratiam liberati gignant tamen eodem uinculo obstrictos, quos eodem modo oporteat liberari. fatemur, mirum est. sed quod latent fetus oleastrorum etiam in seminibus olearum, quando et hoc crederetur, nisi experientia probaretur? proinde sicut gignitur ex oleastri semine oleaster et ex oleae semine nonnisi oleaster, cum inter oleastrum et oleam plurimum distet, ita gignitur et de carne peccatoris et de carne iusti uterque peccator, quamuis inter peccatorem et iustum plurimum distet. gignitur autem peccator actu adhuc nullus et ortu nouus, sed reatu uetus: homo a creatore, captiuus a deceptore, indigens redemptore. sed quaeritur quomodo trahi possit captiuitas prolis etiam de parentibus iam redemptis. et quia non facili ratione indagatur nec sermone explicatur, ab infidelibus non creditur: quasi et illud quod de oleastro et de olea diximus, ut generis dissimilis sit fetus similis, facile aliqua inuenit ratio uel

14 c. Iul. Pel. VI 15 21 c. Iul. Pel. VI 11 (*et quia—creditur*)

1 missum *F* amissum *E* prolem *CRb* 4 curauit *P* 5 credimus *m. 1 R* institum *K* 6 oliba *m. 1 T* holeaster *E* 7 quae *om. RVPN* est *om. RVPN* ad usus] aduersus *T* usū *A* hominem *T* 11 mirum—olea *om. C* latet *R* lateret *d* 12 in seminibus etiam *R* 13 experientiaę *C* experitia *R* 14 et ex *KVPBAm* ex oleastri—15 gignitur *om. m. 1 C* et ex—oleaster *om. R* ex *om. TKN* semine oleae *T* 17 peccatorum *WS m. 1* plurimum *om. SW* cingitur *m* 19 redemptorē *CT* 22 nec] non *N* 23 illo *K alt.* de *om. TKN* 24 non facile *A* inueniat *Pb* ratione *E* gratia *C*

explicat sermo. sed hoc ab eo qui experiri uoluerit, cerni potest. sit ergo in exemplo, unde et illud credatur quod cerni non potest.

XX. 22. Non enim fides dubitat christiana, quam noui haeretici obpugnare coeperunt, et eos, qui lauacro regenerationis abluuntur, redimi de diaboli potestate et eos, qui nondum tali regeneratione redempti sunt, etiam paruulos filios redemptorum sub eiusdem diaboli esse potestate captiuos, nisi et ipsi eadem Christi gratia redimantur. ad omnes namque pertinere non dubitamus aetates illud de quo apostolus loquitur beneficium dei: *qui eruit nos de potestate tenebrarum et transtulit in regnum filii caritatis suae*. ab hac igitur potestate tenebrarum, quarum est diabolus princeps, id est a potestate diaboli et angelorum eius, quisquis erui cum baptizantur negauerit paruulos, ipsorum ecclesiae sacramentorum ueritate conuincitur, quae nulla haeretica nouitas in ecclesia Christi auferre uel mutare permittitur regente atque adiuuante capite totum corpus suum, pusillos cum magnis. in ueritate itaque, non in falsitate potestas diabolica exorcizatur in paruulis, eique renuntiant, quia per sua non possunt, per corda et ora gestantium, ut eruti a potestate tenebrarum in regnum sui domini transferantur. quid ergo in eis est, per quod in potestate diaboli teneantur, donec eruantur inde per sacramentum baptismatis Christi? quid est nisi peccatum? non enim aliud inuenit diabolus, unde posset

4 c. Iul. Pel. VI 22 (*fides*—12 *suae*) 11 Col. 1. 13

1 explicet *Pb* hoc *om. RP* 4 enim *s. l. K om. R* 5 expugnare *E* 6 obluuntur *K* diabuli (u *pro* o *fere semper*) *K* 8 potestate diaboli esse *T* diaboli potestate esse *B* potestate esse *S* potestatem *C* 9 eiusdem *N* 12 caritatis] claritatis *VP*μ 13 diabolus est *SW* 14 erui] serui *K* 18 iuuante *FE* adunante *Sm* 19 in *alt. om. BMSWA*μ 20 exorchizantur *K* exorzizatur *BMW*μ eique] ei qui *T*μ et quę *KBMSWAm* 21 gestantium ad hoc renuntiant ut *sqq. MSWAm*μ gestantium ab illo renuntiant ut *sqq. B* 22 tenebrarum] diaboli *W* sui *om. m* 23 est *om.* μ tenentur *N* 24 est ergo *B* est**** *C* 25 aliud enim non *R* inuenit aliud *B* possit *CT*

humanam suo iuri mancipare naturam, quam bonam bonus auctor instituit. nullum autem peccatum paruuli in sua uita proprium commiserunt. remanet igitur originale peccatum, per quod sub diaboli potestate captiui sunt, nisi inde lauacro regenerationis et Christi sanguine redimantur et transeant in regnum redemptoris sui frustrata potestate captiuatoris sui et data potestate, qua fiant ex filiis huius saeculi filii dei.

XXI. 23. Iam nunc si quodam modo interrogemus bona illa nuptialia, unde ab eis potuerit peccatum in paruulos propagari, respondebit nobis operatio propagandae prolis: ego in paradiso magis felix essem, si peccatum non fuisset admissum. ad me namque pertinet illa benedictio dei: crescite et multiplicamini. ad hoc opus bonum diuersi sexus diuersa membra sunt condita, quae quidem ante peccatum iam erant, sed pudenda non erant. respondebit pudicitiae fides: si peccatum non fuisset, quid me in paradiso securius esse potuisset, ubi nec stimularet mea nec alterius me libido temptaret? respondebit etiam conubii sacramentum: de me ante peccatum dictum est in paradiso: relinquet homo patrem et matrem et adhaerebit uxori suae, et erunt duo in carne una, quod magnum sacramentum dicit apostolus in Christo et in ecclesia. quod ergo est in Christo et in ecclesia magnum, hoc in singulis quibusque uiris atque uxoribus minimum, sed tamen coniunctionis inseparabilis sacramentum. quid horum est in nuptiis, unde peccati uinculum transiret in posteros? nempe nihil; et certe his tribus bonis perfecte se haberet bonitas nuptiarum, quibus bonis etiam nunc bonae sunt nuptiae.

7 cf. Ioh. 1, 12 12 Gen. 1, 28 19 Gen. 2, 24 21 Eph. 5, 32

1 humanum *K* mancipari *S* 6 frustata *TW m. 1* 7 qui *A* 9 poterit *N* originale peccatum *m* 10 opera *C* 11 fuit *E* amissum *EK* 13 diuersis *C* sexsus *F* 14 sunt membra *S* quidem (qui *s. l.*) *K* condita quidem *A* 15 respondit *S* 16 me] nisi me *T* esse—alterius *om. T* 17 simularet *m* famularetur *E* temperaret *R* respondit *S* 18 meo *N* ante *om. N* peccato *N* 20 erit *T* 21 in *fin. om.* μ 22 est *om. P* 26 et *om. T* habere *S* 27 sunt bonae *N*

XXII. 24. Porro autem si interrogetur illa carnis concupiscentia, qua pudenda facta sunt, quae prius pudenda non fuerant, nonne respondebit se in membris hominis post peccatum esse coepisse? et ideo legem peccati uerbis apostolicis nuncupatam, quod hominem sibi subditum fecerit, quia deo suo subditus esse noluit, seque esse, de qua et primi coniugati tunc erubuerunt, quando pudenda texerunt, et nunc omnes erubescunt, quando ad concumbendum secreta conquirunt neque huius operis testes audent habere uel filios, quos inde genuerunt? cui uerecundiae naturali Cynicorum error philosophorum mirabili inpudentia reluctatus est, quandoquidem hoc, quoniam licitum esset honestumque, cum coniuge palam faciendum esse censebant. unde merito inmunditia huius inpudentiae caninum nomen accepit; ex hoc quippe Cynici nuncupati sunt.

XXIII. 25. Haec omnino concupiscentia, haec lex peccati habitans in membris, cui lex iustitiae uetat oboedire dicente apostolo: non ergo regnet peccatum in uestro mortali corpore ad oboediendum desideriis eius, neque exhibueritis membra uestra arma iniquitatis peccato, haec, inquam, concupiscentia, quae solo sacramento regenerationis expiatur, profecto peccati uinculum generatione traicit in posteros, nisi ab illo et ipsi regeneratione soluantur. nam ipsa quidem concupiscentia iam non est peccatum in regeneratis, quando illi ad inlicita opera non consentitur, atque ut ea perpetrent a regina mente membra non dantur, ut si

3 cf. Rom. 7, 23 7 cf. Gen. 3, 7 18 Rom. 6, 12

1 autem *om.* *N* 2 qua] quare *CN* 3 fuerunt *TVPN* non *S* se *om.* *S* 4 esse *om.* *Cμ* 5 esse nuncupatam μ 6 esse subditus *T* subditum *T* 8 concumbendam *S* 10 cinicorum *Cμ* 11 phylosophorum *TFBμ* est *om.* *S* 12 quoniam] quod *N* licetum *K* 13 inmunditia merito *KN* inmunditiæ *T* 15 clynici *T* cinici *CB* 17 oboediri *TKPN* 19 exhibuistis *C* exhibeatis *b* 21 sola *R* 22 regeneratione *Rbd* trahit (*in mg.* traicit) *E* 24 generatis *S* 25 illis *R* 26 perpetret *TKRVPN* mentē *K*

non fit quod scriptum est: non concupiscas, fiat saltem quod alibi legitur: post concupiscentias tuas non eas. sed quia modo quodam loquendi peccatum uocatur, quod et peccato facta est et peccatum, si uicerit, facit, reatus eius ualet in generato, quem reatum Christi gratia per remissionem omnium peccatorum in regenerato, si ad mala opera ei quodam modo iubenti non oboediat, ualere non sinit. sic autem uocatur peccatum, quia peccato facta est, cum iam in regeneratis non sit ipsa peccatum, sicut uocatur lingua locutio, quam facit lingua, et manus uocatur scriptura, quam facit manus; itemque sic uocatur peccatum, quia peccatum, si uincit, facit, sicut uocatur frigus pigrum, non quod a pigris fiat, sed quod pigros faciat.

26. Hoc generi humano inflictum uulnus a diabolo quidquid per illud nascitur cogit esse sub diabolo, tamquam de suo frutice fructum iure decerpat, non quod ab illo sit natura humana, quae non est nisi ex deo, sed uitium, quod non est ex deo. non enim propter se ipsam, quae laudabilis est, quia opus dei est, sed propter damnabile uitium, quo uitiata est, natura humana damnatur. et propter quod damnatur, propter hoc et damnabili diabolo subiugatur, quia et ipse diabolus spiritus inmundus est et utique bonum, quod spiritus, malum, quod inmundus, quoniam spiritus est natura, inmundus est uitio: quorum duorum illud a deo est, hoc ab

1 Ex. 20, 17 2 Eccli. 18, 30 14 c. Iul. Pel. VI 58 (*Hoc—decerpat*); Op. imp. I 109 16 cf. Op. imp. c. Iul. III 182, V 30 20 c. Iul. Pel. l. VI 63 (*natura*—239, 2 *inmundi sunt*)

1 sit *W* non concupiscas *om. C* concupisces *bd* saltim *PN* 2 alibi scriptum legitur μ 3 quia *er. C* et *om. SAm* 4 ex peccato *VPSAm* factum *N* uicerit *ex* fecerit *B* facit reum *CE* facit uerum *F* 5 **generato *C* 6 generato *KW m. 1* 7 iuberent *N* oboedit *KRPN* 8 factū *SW* 9 ipse *C* fecit *N* 10 et] et itemque sic *K* itemque sicut *N* manus—facit *om. R* itemque sic *om. KN* 11 sicut] sic *KRN* 14 uulnus] uulgus *B* quidquid—diabolo *om. C* quicquid *TPB* 16 fructice *K* 17 ex *s. exp.* a *m. 2 M* 18 propter—sed *om. T* ipsa *KR* 24 *pr.* est *om. N* a deo] cadeo *P*

ipso. non itaque tenet homines, siue maioris siue infantilis aetatis, propter quod homines sunt, sed propter quod inmundi sunt. qui ergo miratur quia creatura dei subditur diabolo, non miretur; subditur enim creatura dei creaturae dei, minor maiori, quia homo angelo, nec tamen propter naturam, sed propter uitium, quia inmundus inmundo. hic est fructus eius ex antiqua inmunditiae stirpe, quam plantauit in homine, maiores quidem poenas ultimo iudicio, quanto est inmundior, ipse passurus; uerumtamen et quibus in illa damnatione tolerabilius erit, huic sunt subditi uelut principi auctorique peccati, quia nulla erit damnationis causa nisi peccatum.

XXIIII. 27. Quapropter natos non ex bono, quo bonae sunt nuptiae, sed ex malo concupiscentiae, quo bene quidem utuntur nuptiae, de quo tamen erubescunt et nuptiae, reos diabolus paruulos tenet, quia, cum sint ipsae honorabiles in omnibus ad eas proprie pertinentibus bonis, etiamsi torum habeant inmaculatum non solum a fornicationibus et adulteriis, quae sunt flagitia damnabilia, uerum etiam ab illis excessibus concumbendi, qui non fiunt causa prolis uoluntate dominante, sed causa uoluptatis uincente libidine, quae sunt in coniugibus peccata uenialia, tamen, cum uentum fuerit ad opus generandi, ipse ille licitus honestusque concubitus non potest esse sine ardore libidinis, ut peragi possit quod rationis est, non libidinis. qui certe ardor, siue sequatur siue praeueniat uoluntatem, non tamen nisi ipse quodam quasi suo imperio mouet membra, quae moueri uoluntate non possunt, atque ita se indicat non imperantis famulum, sed inoboedientis supplicium

3 c. Iul. Pel. VI 64 (*qui—maiori*) 15 cf. Hebr. 13, 4

1 maiores *m. 1 CB, E* infantis *T* infantiles *E, m. 1 C* 2 aetates *EC m. 1* 8 maiorē *BMWAmμ* maiore *S* maior est *K* penā *VSW* 12 quiapropter *K* natus *C om. T* 13 nuptiae sunt *B* 15 ipsi *C* ipse *KP* 16 ꝑ propriȩ *KP* 19 quia *E* uoluptate *N* damnande *S* 20 uoluntatis *T* 21 uentalia *K* cum] tum *K* dum *N* uentum *CTVP:* uenturum *FERbd om. KN* ad *om. N* 22 ille *om. N* 23 posset *m. 1 C* 24 ardor *om. m. 1 M* 25 quasi *om. N* 26 sola uoluntate *KRVPN* 27 indicant *CF*

uoluntatis nec libero arbitrio, sed inlecebroso aliquo stimulo commouendum et ideo pudendum. ex hac carnis concupiscentia, quae licet in regeneratis iam non deputetur in peccatum, tamen naturae non accidit nisi de peccato, ex hac, inquam, concupiscentia carnis tamquam filia peccati et, quando illi ad turpia consentitur, etiam peccatorum matre multorum quaecumque nascitur proles originali est obligata peccato, nisi in illo renascatur, quem sine ista concupiscentia uirgo concepit, propterea, quando nasci est in carne dignatus, sine peccato solus est natus.

XXV. 28. Si autem quaeritur, quomodo ista concupiscentia carnis maneat in regenerato, in quo uniuersorum facta est remissio peccatorum, quandoquidem per ipsam seminatur et cum ipsa carnalis gignitur proles parentis etiam baptizati aut certe, si in parente baptizato potest esse et peccatum non esse, cur eadem ipsa in prole peccatum sit: ad haec respondetur dimitti concupiscentiam carnis in baptismo, non ut non sit, sed ut in peccatum non inputetur. quamuis autem reatu suo iam soluto manet tamen, donec sanetur omnis infirmitas nostra proficiente renouatione interioris hominis de die in diem cum exterior induerit incorruptionem; non enim substantialiter manet, sicut aliquod corpus aut spiritus, sed affectio est quaedam malae qualitatis, sicut languor. non ergo aliquid remanet, quod non remittatur, cum fit, sicut scriptum

17 c. Iul. Pel. VI 51 (*dimitti—manet tamen*) 21 cf. I Cor. 15, 53 23 cf. c. Iul. Pel. VI 53

2 eam commouendā *P* pudendam *P* 3 deputatur *T* reputetur *RN* 4 tamen *om. R* non accidit naturae *B* naturae nostrae *VP* accedit *KR* de *om. KRN* 5 tāquā (quā *add. m. 2*) *C* 6 matrē *K* 7 nascetur *KRN* prolis *KR* obligata est *B* 8 qui *P* uirgo *CFERbd:* quoniam uirgo *TKVPN* 14 carnis *m. 1 C* prolis *TK* 15 esse] et esse *TKRN* 16 ab *S* hoc *N* 17 dimittit *R* concupiscentia *S* 19 omnis *om. E* 21 cum] et cum *TK, m. 1 V* et dum *BMWAmμ* corruptionem *SWAμ* non] nā *A* 23 langor *K* 24 non *om. W*

est: propitius dominus omnibus iniquitatibus nostris, sed, donec fiat et quod sequitur: qui sanat omnes languores tuos, qui redimit de corruptione uitam tuam, manet in corpore mortis huius carnalis concupiscentia, cuius uitiosis desideriis ad inlicita perpetranda non oboedire praecipimur, ne regnet peccatum in nostro mortali corpore. quae tamen concupiscentia cotidie minuitur in proficientibus et continentibus accedente etiam senectute multo maxime. qui uero ei nequiter seruiunt, tantas in eis uires accipit, ut plerumque iam aetate deficientibus membris eisdemque partibus corporis ad illud opus admoueri minus ualentibus turpius et procacius insanire non desinat.

XXVI. 29. In eis ergo, qui regenerantur in Christo cum remissionem accipiunt prorsus omnium peccatorum, utique necesse est ut reatus etiam huius licet adhuc manentis concupiscentiae remittatur, ut in peccatum, sicut dixi, non inputetur. nam sicut eorum peccatorum, quae manere non possunt, quoniam cum fiunt praetereunt, reatus tamen manet et, nisi remittatur, in aeternum manebit, sic illius, quando remittitur, reatus aufertur. hoc est enim non habere peccatum, reum non esse peccati. nam si quisquam uerbi gratia fecerit adulterium, etiamsi numquam deinceps faciat, reus est adulterii, donec reatus ipsius indulgentia remittatur. habet ergo peccatum, quamuis illud quod admisit iam non sit, quia cum tempore quo factum est praeteriit. nam si a peccando desistere hoc esset non habere peccata, sufficeret, ut hoc nos moneret

1 Ps. 102, 3. 4 6 cf. Rom. 6, 12

1 propitius fit *N* omnibus iniquitatibus nostris dominus *BMSWAm* 2 et *om. PN* langores *K* 3 redimet *TE* 7 cottidie *TBSWm*μ que cotidie *P* 8 etiam] iam *m* autem *P* 9 accipiunt *A* 10 iam] tam *K* aetate *om. P* 11 admoueri] iam moueri *TKVPN* moueri *Rbd* minime *T* 12 procatius *C* p̄cacius *B* desinant *PN* debeat *T* 13 his *S* 15 libet *E* 19 nisi *om. B* remittantur *RMSWAm*μ remitta*tur *K* sicut *BSm* illius concupiscentiae *KRVPN* 20 reatus *om. W* 22 nusquam μ 24 âmisit *K* amisit *EB* 25 desisteret *K*

scriptura: **fili, peccasti, non adicias iterum:** non autem sufficit, sed addidit: **et de pristinis deprecare, ut tibi remittantur.** manent ergo, nisi remittantur. sed quomodo manent, si praeterita sunt, nisi quia praeterierunt actu, manent reatu? sic itaque fieri e contrario potest, ut etiam illud maneat actu, praetereat reatu.

XXVII. 30. Agit enim aliquid concupiscentia carnis et quando ei non exhibetur uel cordis adsensus, ubi regnet, uel membra uelut arma quibus inpleatur quod iubet. agit autem quid nisi ipsa desideria mala et turpia? non enim si bona et licita essent, eis oboedire prohiberet apostolus dicens: **non regnet peccatum in uestro mortali corpore ad oboediendum desideriis eius:** non enim ait: ad habenda desideria eius, sed: **ad oboediendum desideriis eius**, ut, quoniam sunt in aliis maiora, in aliis minora, prout quisque in hominis interioris nouitate profecerit, in hoc agonem iustitiae pudicitiaeque seruemus, ne illis oboediamus, ut tamen nec ipsa sint desideria, uelle debemus, etiamsi in corpore mortis huius id obtinere non possumus. hinc enim et alio loco idem apostolus loquens uelut ex suae personae introductione nos instruit dicens: **non enim quod uolo, hoc ago, sed quod odi, illud facio**, id est concupisco, quia et hoc nollet facere, ut esset omni ex parte perfectus. si autem quod

1 Eccli. 21, 1 3 c. Iul. Pel. VI 60 (*quomodo—praetereat reatu*) 12 Rom. 7, 12 16 cf. II Cor. 4, 16 21 Rom. 7, 15 23 Rom. 7, 16

2 suffecit *K* sed] si non *BMSWAm* inde μ addedit *K* 3 dimittantur *S* manent—remittantur *om. m* 4 praetereunt *alt. P* 5 sic—reatu *om. W* e *om. T* maneant *P* 6 praetereant *P* 7 *post* concupiscentia *sequitur e uersu 5* sic itaque—reatu *et iterum:* Agit enim *in cod. W* 8 uel cordis] uel in alio cordis uel (uel *s. l.*) corporis *C* corporis *E* 9 iubet. actus manet reatus praeterit *P, in mg. V* autem] enim *N* 12 regnat *m. 1 C* pectum *B* uestra *B* 13 non enim—eius *in u. 14 in mg. add. m. 2 CR om. TN* 14 ut *om. E* 15 quoniam] quo *SW* 16 proficerit *K* agone *KRVPBMm*μ agonę *W* 17 attamen (a *init. in ras.*) *F* ne *SWAm*μ 19 huius *om. N* 21 instruit (s *s. l.*) *K* introit (*supra* o *add.* u) *T* diens *E* 22 hodi *K*

nolo, inquit, hoc facio, consentio legi quoniam bona, quia hoc et illa non uult, quod et ego nolo. non uult enim ut concupiscam, quae dicit: non concupisces, et ego nolo concupiscere. in hoc itaque consentiunt uoluntas legis et mea. uerum quia concupiscere nolebat et tamen concupiscebat, sed eidem concupiscentiae nequaquam consentiendo seruiebat, adiunxit atque ait: nunc autem iam non ego operor illud, sed id quod in me habitat peccatum.

XXVIII. 31. Multum autem fallitur homo, qui consentiens concupiscentiae carnis suae et quod illa desiderat decernens facere et statuens putat sibi adhuc esse dicendum: non ego operor illud, etiamsi oderit, quia consentit. simul enim est utrumque: et ipse odit, quia malum esse nouit, et ipse facit, quia facere statuit. iam uero si et illud addat, quod scriptura prohibet dicens: neque exhibueritis membra uestra arma iniquitatis peccato, ut quod facere statuit in corde, etiam corpore conpleat, et ideo dicat: non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum, quia cum id decernit et facit displicet sibi, tantum errat, ut nec se ipsum agnoscat, quando, cum ex toto ipse sit et corde statuente et corpore inplente, adhuc se ipsum esse non putat.

XXVIIII. Qui ergo dicit: iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum, si tantummodo concupiscit, uerum dicit, non si cordis consensione decernit aut etiam ministerio corporis perficit.

32. Deinde adiungit apostolus: scio enim quia non habitat in me, hoc est in carne mea, bonum; uelle enim adiacet mihi, perficere autem bonum non in-

3 Ex. 20, 17 7 Rom. 7, 17 15 Rom. 6, 13 26 Rom. 7, 18

1 bona est *P* 2 et hoc *N* enim uult *A* 6 neçquaquam *T* 7 iam *om. N* 8 id *om. BMWAm*μ id quod *om. S* habitat in me *N* 16 facere *om. N* 17 in corpore *R* 18 illud operor *N* 19 displicit *K* 20 agnuscat *K* 21 statuen**te *K* esse *om. K* 23 in me habitat *S* 25 corporis ministerio *RVbd* 27 hoc] id *R* 28 adiecit *K* inuenio *om. TKVP*

uenio. hoc ideo dictum est, quia tunc perficitur bonum, quando desideria mala nulla sunt, sicut tunc perficitur malum, quando malis desideriis oboeditur. quando autem sunt quidem, sed non eis oboeditur, nec malum perficitur, quia non eis oboeditur, nec bonum, quia sunt, sed fit ex aliqua parte bonum, quia concupiscentiae malae non consentitur, et ex aliqua parte remanet malum, quia uel concupiscitur. ideo ergo apostolus non ait facere bonum sibi non adiacere, sed perficere. multum enim boni facit, qui facit quod scriptum est: post concupiscentias tuas non eas, sed non perficit, quia non inplet quod scriptum est: non concupiscas. ad hoc ergo dixit lex: non concupisces, ut nos in hoc morbo inuenientes iacere medicinam gratiae quaereremus et in eo praecepto sciremus, et quo debeamus in hac mortalitate proficiendo conari et quo possit a nobis in illa inmortalitate beatissima perueniri; nisi enim quandoque perficiendum esset, nunquam iubendum esset.

XXX. 33. Deinde repetens apostolus, ut amplius commendet sententiam superiorem, non enim quod uolo, inquit, facio bonum, sed quod nolo malum, hoc ago. si autem quod nolo ego hoc facio, iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum, et sequitur: inuenio ergo legem mihi uolenti facere bonum, quoniam mihi

10 Eccli. 18, 30 12 Ex. 20, 17 19 Rom. 7, 15. 16. 17 22 Rom. 7, 21

1 non hoc *BMSWAμ* 3 desideriis malis *A* quando—oboeditur *om. N* sunt] sunt desideria subaudi *C* 4 nec—oboeditur *om. T* ei *N* 5 quia non inueniunt quod sunt *N* 6 consentiunt *BMSWAμ* oboeditur *E* 7 manet *P* 8 apostulus *K* sibi bonum *FSW* non adiacere sibi *B* 9 bonum *TFRVP* facit qui *add. in mg. m. 2 E* 11 concupisces *FVbd* 12 concupiscas *S* in hoc morbo *add. m. 2 in mg. E* 13 iacere inuenientes *C* medicinae gratiam *m. 2 R* 14 quod *m. 1 CV, TKRPm* ad quod *m. 2 C* quid *BMSWAμ* 15 quod *m. 1 V, Rm* quid *BMSWAμ* in *om. R* 18 commendaret *VP* 19 enim *om. F* inquid (*semper* d) *T* 20 ago] ego *T* 21 facio] ago *BMWAmμ* non iam *S* 23 mihi legem *S* malum mihi *Rbd*

malum adiacet, hoc est: inuenio legem mihi esse bonum uolenti facere quod lex uult, quoniam non ipsi legi, quae dicit: non concupisces, sed mihi adiacet malum quod nolo, quia et nolens concupisco. condelector enim, inquit, legi dei secundum interiorem hominem, uideo autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae et captiuantem me sub lege peccati quae est in membris meis. ista condelectatio legi dei secundum interiorem hominem de magna nobis uenit gratia dei. in ea quippe interior homo noster renouatur de die in diem, cum in ea proficit perseueranter. non enim timor est torquens, sed amor libens. ibi sumus ueraciter liberi, ubi non delectamur inuiti.

34. Verum illud quod ait: uideo autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae, ipsa est ista de qua loquimur concupiscentia, lex peccati in carne peccati. quod autem dixit: et captiuantem me sub lege peccati, hoc est: sub se ipsa, quae est in membris meis, aut captiuantem dixit captiuare conantem, id est ad consentiendum inplendumque cogentem, aut potius — quod non habet controuersiam — captiuantem secundum carnem, quam nisi teneret carnalis concupiscentia, quam legem peccati uocat, non utique in ea ullum inlicitum desiderium, cui mens oboedire non debeat, commoueret. quod autem non ait: captiuantem carnem meam, sed: captiuantem me, hinc factum est, ut sensus hic alius quaereretur et acciperemus captiuantem, uelut dixisset: captiuare conantem. sed cur non diceret: captiuantem me, ubi uellet intellegi carnem suam? an non dictum est de Iesu, cum in monumento non fuisset caro eius inuenta:

4 Rom. 7, 22. 23   10 II Cor. 4, 16

1 mihi legem *B*   esse *om.* *P*   2 dixit *F*   3 quia et nolo et concupisco *F*   4 inquit *om.* *W*   5 legem aliam *E*   8 condelectatio] ē delectatio *W*   legis *TF*   11 est timor *P*   12 delectemur *m. 1 C*   14 autem *om.* *KRN*   15 repugnante *W*   16 iṣte *W* *om.* *S*   19 captiuanṭẹ̄ (*supra* ṭẹ̄ *add.* rē) *B*   22 nisi ụṭ *K*   26 alius hic *W*   28 uelet *W*   29 non fuisset in monumento μ

uenio. hoc ideo dictum est, quia tunc perficitur bonum, quando desideria mala nulla sunt, sicut tunc perficitur malum, quando malis desideriis oboeditur. quando autem sunt quidem, sed non eis oboeditur, nec malum perficitur, quia non eis oboeditur, nec bonum, quia sunt, sed fit ex aliqua parte bonum, quia concupiscentiae malae non consentitur, et ex aliqua parte remanet malum, quia uel concupiscitur. ideo ergo apostolus non ait facere bonum sibi non adiacere, sed perficere. multum enim boni facit, qui facit quod scriptum est: post concupiscentias tuas non eas, sed non perficit, quia non inplet quod scriptum est: non concupiscas. ad hoc ergo dixit lex: non concupisces, ut nos in hoc morbo inuenientes iacere medicinam gratiae quaereremus et in eo praecepto sciremus, et quo debeamus in hac mortalitate proficiendo conari et quo possit a nobis in illa inmortalitate beatissima peruenire; nisi enim quandoque perficiendum esset, nunquam iubendum esset.

XXX. 33. Deinde repetens apostolus, ut amplius commendet sententiam superiorem, non enim quod uolo, inquit, facio bonum, sed quod nolo malum, hoc ago. si autem quod nolo ego hoc facio, iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum, et sequitur: inuenio ergo legem mihi uolenti facere bonum, quoniam mihi

10 Eccli. 18, 30 12 Ex. 20, 17 19 Rom. 7, 15. 16. 17 22 Rom. 7, 21

1 non hoc *BMSWAμ* 3 desideriis malis *A* quando—oboeditur *om. N* sunt] sunt desideria subaudi *C* 4 nec—oboeditur *om. T* ei *N* 5 quia non inueniunt quod sunt *N* 6 consentiunt *BMSWAμ* oboeditur *E* 7 manet *P* 8 apostulus *K* sibi bonum *FSW* non adiacere sibi *B* 9 bonum *TFRVP* facit qui *add. in mg. m. 2 E* 11 concupisces *FVbd* 12 concupiscas *S* in hoc morbo *add. m. 2 in mg. E* 13 iacere inuenientes *C* medicinae gratiam *m. 2 R* 14 quod *m. 1 CV, TKRPm* ad quod *m. 2 C* quid *BMSWAμ* 15 quod *m. 1 V, Rm* quid *BMSWAμ* in *om. R* 18 commendaret *VP* 19 enim *om. F* inquid (*semper* d) *T* 20 ago] ego *T* 21 facio] ago *BMWAmμ* non iam *S* 23 mihi legem *S* malum mihi *Rbd*

malum adiacet, hoc est: inuenio legem mihi esse bonum uolenti facere quod lex uult, quoniam non ipsi legi, quae dicit: non concupisces, sed mihi adiacet malum quod nolo, quia et nolens concupisco. condelector enim, inquit, legi dei secundum interiorem hominem, uideo autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae et captiuantem me sub lege peccati quae est in membris meis. ista condelectatio legi dei secundum interiorem hominem de magna nobis uenit gratia dei. in ea quippe interior homo noster renouatur de die in diem, cum in ea proficit perseueranter. non enim timor est torquens, sed amor libens. ibi sumus ueraciter liberi, ubi non delectamur inuiti.

34. Verum illud quod ait: uideo autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae, ipsa est ista de qua loquimur concupiscentia, lex peccati in carne peccati. quod autem dixit: et captiuantem me sub lege peccati, hoc est: sub se ipsa, quae est in membris meis, aut captiuantem dixit captiuare conantem, id est ad consentiendum inplendumque cogentem, aut potius — quod non habet controuersiam — captiuantem secundum carnem, quam nisi teneret carnalis concupiscentia, quam legem peccati uocat, non utique in ea ullum inlicitum desiderium, cui mens oboedire non debeat, commoueret. quod autem non ait: captiuantem carnem meam, sed: captiuantem me, hinc factum est, ut sensus hic alius quaereretur et acciperemus captiuantem, uelut dixisset: captiuare conantem. sed cur non diceret: captiuantem me, ubi uellet intellegi carnem suam? an non dictum est de Iesu, cum in monumento non fuisset caro eius inuenta:

4 Rom. 7, 22. 23   10 II Cor. 4, 16

1 mihi legem *B* esse *om.* *P* 2 dixit *F* 3 quia et nolo et concupisco *F* 4 inquit *om.* *W* 5 legem aliam *E* 8 condelectatio] ē delectatio *W* legis *TF* 11 est timor *P* 12 delectemur *m. 1 C* 14 autem *om.* *KRN* 15 repugnante *W* 16 iṣte *W* *om.* *S* 19 captiuanṭẹ̄ (*supra* ṭẹ̄ *add.* rē) *B* 22 nisi ụṭ *K* 26 alius hic *W* 28 uelet *W* 29 non fuisset in monumento μ

uenio. hoc ideo dictum est, quia tunc perficitur bonum, quando desideria mala nulla sunt, sicut tunc perficitur malum, quando malis desideriis oboeditur. quando autem sunt quidem, sed non eis oboeditur, nec malum perficitur, quia non eis oboeditur, nec bonum, quia sunt, sed fit ex aliqua parte bonum, quia concupiscentiae malae non consentitur, et ex aliqua parte remanet malum, quia uel concupiscitur. ideo ergo apostolus non ait facere bonum sibi non adiacere, sed perficere. multum enim boni facit, qui facit quod scriptum est: post concupiscentias tuas non eas, sed non perficit, quia non inplet quod scriptum est: non concupiscas. ad hoc ergo dixit lex: non concupisces, ut nos in hoc morbo inuenientes iacere medicinam gratiae quaereremus et in eo praecepto sciremus, et quo debeamus in hac mortalitate proficiendo conari et quo possit a nobis in illa inmortalitate beatissima perueniri; nisi enim quandoque perficiendum esset, nunquam iubendum esset.

XXX. 33. Deinde repetens apostolus, ut amplius commendet sententiam superiorem, non enim quod uolo, inquit, facio bonum, sed quod nolo malum, hoc ago. si autem quod nolo ego hoc facio, iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum, et sequitur: inuenio ergo legem mihi uolenti facere bonum, quoniam mihi

10 Eccli. 18, 30 12 Ex. 20, 17 19 Rom. 7, 15. 16. 17 22 Rom. 7, 21

1 non hoc *BMSWAμ* 3 desideriis malis *A* quando—oboeditur *om. N* sunt] sunt desideria subaudi *C* 4 nec—oboeditur *om. T* ei *N* 5 quia non inueniunt quod sunt *N* 6 consentiunt *BMSWAμ* oboeditur *E* 7 manet *P* 8 apostulus *K* sibi bonum *FSW* non adiacere sibi *B* 9 bonum *TFRVP* facit qui *add. in mg. m. 2 E* 11 concupisces *FVbd* 12 concupiscas *S* in hoc morbo *add. m. 2 in mg. E* 13 iacere inuenientes *C* medicinae gratiam *m. 2 R* 14 quod *m. 1 CV, TKRPm* ad quod *m. 2 C* quid *BMSWAμ* 15 quod *m. 1 V, Rm* quid *BMSWAμ* in *om. R* 18 commendaret *VP* 19 enim *om. F* inquid (*semper* d) *T* 20 ago] ego *T* 21 facio] ago *BMWAmμ* non iam *S* 23 mihi legem *S* malum mihi *Rbd*

malum adiacet, hoc est: inuenio legem mihi esse bonum uolenti facere quod lex uult, quoniam non ipsi legi, quae dicit: non concupisces, sed mihi adiacet malum quod nolo, quia et nolens concupisco. condelector enim, inquit, legi dei secundum interiorem hominem, uideo autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae et captiuantem me sub lege peccati quae est in membris meis. ista condelectatio legi dei secundum interiorem hominem de magna nobis uenit gratia dei. in ea quippe interior homo noster renouatur de die in diem, cum in ea proficit perseueranter. non enim timor est torquens, sed amor libens. ibi sumus ueraciter liberi, ubi non delectamur inuiti.

34. Verum illud quod ait: uideo autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae, ipsa est ista de qua loquimur concupiscentia, lex peccati in carne peccati. quod autem dixit: et captiuantem me sub lege peccati, hoc est: sub se ipsa, quae est in membris meis, aut captiuantem dixit captiuare conantem, id est ad consentiendum inplendumque cogentem, aut potius — quod non habet controuersiam — captiuantem secundum carnem, quam nisi teneret carnalis concupiscentia, quam legem peccati uocat, non utique in ea ullum inlicitum desiderium, cui mens oboedire non debeat, commoueret. quod autem non ait: captiuantem carnem meam, sed: captiuantem me, hinc factum est, ut sensus hic alius quaereretur et acciperemus captiuantem, uelut dixisset: captiuare conantem. sed cur non diceret: captiuantem me, ubi uellet intellegi carnem suam? an non dictum est de Iesu, cum in monumento non fuisset caro eius inuenta:

4 Rom. 7, 22. 23   10 II Cor. 4, 16

1 mihi legem *B*   esse *om.* *P*   2 dixit *F*   3 quia et nolo et concupisco *F*   4 inquit *om.* *W*   5 legem aliam *E*   8 condelectatio] ē delectatio *W*   legis *TF*   11 est timor *P*   12 delectemur *m. 1* *C*   14 autem *om.* *KRN*   15 repugnante *W*   16 iṣte *W* *om.* *S*   19 captiuanṭẹ̄ (*supra* ṭẹ̄ *add.* rē) *B*   22 nisi ụṭ *K*   26 alius hic *W*   28 uelet *W*   29 non fuisset in monumento μ

tulerunt dominum meum et nescio ubi posuerunt eum? num ideo non recte dictum est, quia non dictum est 'carnem' uel 'corpus domini mei,' sed: dominum meum?

XXXI. 35. Quamquam paulo superius et ipse apostolus quomodo recte potuerit de carne sua dicere: captiuantem me, satis euidenter aperuit. cum enim dixisset: scio enim quia non habitat in me, id ipsum exponens adiunxit et ait: hoc est in carne mea, bonum. haec ergo captiuatur sub lege peccati, in qua non habitat bonum, hoc est caro. carnem autem nunc appellauit, ubi est morbidus quidam carnis adfectus, non ipsam corporis conformationem, cuius membra non adhibenda sunt arma peccato, id est eidem ipsi concupiscentiae, quae hoc carnale nostrum captiuum tenet. nam quantum adtinet ad ipsam corporalem substantiam atque naturam, in uiris fidelibus, siue coniugatis siue continentibus, iam templum dei est. attamen, si omnino nihil carnis nostrae captiuum teneretur non quidem sub diabolo, quia et ibi facta est peccati remissio, ut peccatum non inputetur, quod proprie lex peccati uocatur, tamen sub ipsa lege peccati, hoc est sub concupiscentia sua, nisi aliquantum teneretur caro nostra captiua, quomodo esset uerum, quod ait idem apostolus: adoptionem expectantes, redemptionem corporis nostri? in tantum igitur adhuc expectatur redemptio corporis nostri, in quantum adhuc ex aliqua parte captiuum est sub lege peccati. unde et hic exclamans ait: infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. ubi quid intellecturi sumus, nisi quia corpus quod corrumpitur, adgrauat animam? cum ergo id ipsum corpus iam incorru-

1 Ioh. 20, 2 6 Rom. 7, 18 12 cf. Rom. 6, 13 22 Rom. 8, 23 25 Rom. 7, 24. 25 28 Sap. 9, 15

2 non ideo *ER* *alt.* est *om. P* 6 enim *fin. om. A* 8 hoc est *om. T* 9 ca**ro *K* 12 menbra *P* 13 ipse *m. 1 C* 18 ut] quod *C* ut—uocatur *om. N* imputatur *m. 1 C* 19 lege ipsa μ* 20 est *om. S* 23 in—nostri *om. F* igitur *om. S* expectatur adhuc *BMSWA*μ 26 liberauit *TK*, *m. 1 CFW* 27 nostrum *om. E* quid *om. R*

ptibile recipietur, plena erit liberatio a corpore mortis huius, a quo non liberantur, qui sunt ad poenam resurrecturi. ad corpus ergo mortis huius intellegitur pertinere, ut alia lex in membris repugnet quidem legi mentis, dum caro concupiscit aduersus spiritum, etsi mentem non subiuget, quia et spiritus concupiscit aduersus carnem. atque ita quamuis lex ipsa peccati captiuum teneat aliquid carnis, unde resistat legi mentis, non tamen regnat in nostro licet mortali corpore, si non oboeditur desideriis eius. solent enim et hostes, aduersus quos dimicatur, et inferiores esse in certamine et uicti aliquid tenere captiuum. quod in carne nostra quamuis sub peccati lege teneatur, tamen in spe redemptionis est, quia ipsa uitiosa concupiscentia nulla omnino remanebit, caro autem nostra ab ea peste morboque sanata et tota inmortalitate uestita in aeterna beatitudine permanebit.

36. Subiungit autem apostolus et dicit: igitur ego ipse mente seruio legi dei, carne autem legi peccati. quod sic intellegendum est: mente seruio legi dei non consentiendo legi peccati; carne autem seruio legi peccati habendo desideria peccati, quibus etsi non consentio, nondum tamen penitus careo. denique quid post haec intulerit adtendamus. nulla ergo, inquit, condemnatio est nunc his qui sunt in Christo Iesu. etiam nunc, inquit, quando lex in membris repugnat legi mentis et captiuum aliquid tenet in corpore mortis huius, nulla condemnatio est his qui sunt in Christo Iesu. audi, quare. lex enim spiritus uitae, in-

4 Gal. 5, 17 16 Rom. 7, 25 22 Rom. 8, 1 26 Rom. 8, 2

1 a] de *P* 2 libera**ntur (ba *er.*) *C* 5 subiunget *SW* adiunget *B* 6 concupescit *K* 7 ista *TKRVPBSWAmμ* 8 licet *om. P* 10 dimica*tur *C* 11 nostra carne *Rbd* certamine nostro *VP* 12 in *om. T* 13 et ipsa *T* 14 et tota *om. C* 15 beatitune μ permanebit *om. B* 16 ipse ego *T* ergo *K* 17 legi dei seruio *S* carne—dei *om. m. 1 E* lege *C* 20 peccati *om.* μ 21 poenitus *P* careo] tollo *P* intullerit *K* 22 inquid *K* condempnatio *KW* in his *W* 23 etiam—Iesu *om. B* nunc *om. R* 24 aliquid] inquit *C* 25 nunc his *T* 26 inquid *K om. CF*

quit, in Christo Iesu liberauit me a lege peccati et mortis. liberauit, quomodo? nisi quia eius reatum peccatorum omnium remissione dissoluit, ut quamuis adhuc maneat et de die in diem magis magisque minuatur, in peccatum tamen non inputetur.

XXXII. 37. Haec itaque remissio peccatorum quamdiu non fit in prole, sic ibi est lex ista peccati, ut etiam in peccatum inputetur, id est, ut etiam reatus eius cum illa sit, quae teneat aeterni supplicii debitorem. hoc enim traicit parens in prolem carnalem, quod et ipse carnaliter natus, non quod spiritaliter est renatus, quia id ipsum, quod carnaliter natus est, quamuis reatu soluto non inpediat fructum eius, tamen tamquam in semine oliuae latet, etiamsi propter remissionem peccatorum nihil oleo nocet, ei scilicet uitae, qua secundum Christum, qui est appellatus ab oleo, id est a chrismate, iustus ex fide uiuit. hoc autem quod in parente regenerato tamquam in oleae semine sine ullo reatu, quia remissum est, tegitur, profecto in prole nondum regenerata uelut in oleastro cum reatu habetur, donec etiam illic eadem gratia remittatur. ex quo enim Adam ex olea tali, in qua nec semen erat eius modi, unde amaritudo nasceretur oleastri, in oleastrum peccando conuersus est, quia tam magnum peccatum fuit, ubi magna fieret in deterius mutatio naturae, totum genus humanum fecit oleastrum, ita ut — quemadmodum nunc in ipsis uidemus

15 Rom. 1, 17

3 remissionem *KS* 4 magis *s. l. m. 2 T* impeccatum *W* 7 ista lex *A* in peccatȯ *F* 8 reatus reatus *B* ille *m. 1 C* qui *m. 2 C, bd* 9 eū teneat (eū *s. l. m. 2*) *Cb* debitori *K* trahit (*in mg.* traicit) *E* trahicit *T* 10 prole* *C* et] est *FRVPMbd* 11 est *om. S* 14 oleo nihil *N* quae *EKRPN* quaę *CV* in qua *F* 15 ęoleo *B* crismate *TP* 16 regeneratịo (i *exp. m. 2*) *E* 17 oleae —uelut in *om. T* ullo *om. N* 18 in *om. N* nondum] non *N* uelud *K* 19 ñ cum *T* illic etiam *A* 20 erat *om.* μ huiusmodi *bd* 21 amaritudo *om.* μ in peccando *S* 22 ubi] unde *P* ut ibi *F* ut ụbi *P* 23 et totum *RN* ęṭ totum *K* 24 quemammodum *K* uidemus in ipsis *m* uidimus *K*

arboribus — si quid inde in oleam gratia diuina conuertit, ibi uitium primae natiuitatis, quod erat originale peccatum de carnali concupiscentia traductum et adtractum, remittatur, tegatur, non inputetur, unde tamen oleaster nascatur, nisi et ipse in oleam eadem gratia renascatur.

XXXIII. 38. Beata itaque olea, cuius remissae sunt iniquitates et cuius tecta sunt peccata, beata, cui non inputauit dominus peccatum. sed illud quod remissum est et tectum est et non inputatur, donec fiat in aeternam inmortalitatem plena mutatio, habet uim quandam occultam, unde seminetur amarus oleaster, nisi et illic eadem dei agricultura remittatur, tegatur, non inputetur. non erit autem omnino aliquid uel in carnali semine uitiosum, cum eadem regeneratione, quae nunc fit per sacrum lauacrum, usque in finem cuncta mala hominis purgante atque sanante eadem caro, per quam facta est anima carnalis, fiet etiam spiritalis ipsa, nullam legi mentis resistentem concupiscentiam carnis habitura, nihil carnalis seminis emissura. sic enim accipiendum est, quod ait idem apostolus: Christus dilexit ecclesiam et se ipsum tradidit pro ea, ut eam sanctificaret mundans eam lauacro aquae in uerbo, ut exhiberet sibi ipse gloriosam ecclesiam, non habentem maculam aut rugam aut aliquid eius modi, sic, inquam, hoc accipiendum

6 Ps. 31, 1. 2 19 Eph. 5, 25—27

1 in *om.* *K* oleum *CF* conuerti *K* uertit *F* 2 originali peccato *N* de *om.* *KRN* 3 concupiscentiae *KN* tractum *T* 4 nec *PV m. 2* unde tamen] insit tamen unde *Fbd* inde tamen *VP* 5 olea *C* gra *W* 7 peata *T* 8 imputabit *KRP* quod *om.* *S* 9 *pr.* ęşţ *C* *om.* *FRbd* aeterna *m. 2 K* aeternum *T* 10 inmortalitate *TK m. 2* plena *m. 2 K* occulta *K* 11 et amarus *m* 12 nec *P* imputatur *S* 13 uitium *KN* 14 regeneratio *m. 1 K* generatione *C* sanctum *KN* lauacrum *om.* *P* 15 purgante] inpugnante *C* 16 quē *m. 1 C* fiat (fiet *VP*) etiam ipsa spiritalis *TKRVPN* fiat etiam spiritalis ipsa *m. 1 C, E* fiet spiritalis etiam ipsa *bd* 17 carni *T* 18 habiturā *TSμ* 20 semet *KRVPN* 23 huiusmodi *KRVPN* inquam] in aquā μ hoc *om.* *C* hoc—lauacro *om.* *N*

est, ut eodem lauacro regenerationis et uerbo sanctificationis omnia prorsus mala hominum regeneratorum mundentur atque sanentur, non solum peccata quae omnia nunc remittuntur in baptismo, sed etiam quae posterius humana ignorantia uel infirmitate contrahuntur, non ut baptisma quotiens peccatur, totiens repetatur, sed quia ipso quod semel datur fit, ut non solum antea, uerum etiam postea quorumlibet peccatorum uenia fidelibus impetretur. quid enim prodesset uel ante baptismum paenitentia, nisi baptismus sequeretur, uel postea, nisi praecederet? in ipsa quoque oratione dominica, quae cotidiana est nostra mundatio, quo fructu, quo effectu diceretur: dimitte nobis debita nostra, nisi ab eis, qui baptizati sunt, diceretur? itemque elemosynarum largitas et beneficientia quantalibet cui tandem ad dimittenda sua peccata prodesset, si baptizatus non esset? postremo regni caelorum ipsa felicitas, ubi non habebit ecclesia maculam aut rugam aut aliquid eius modi, ubi nihil reprehensionis, nihil simulationis erit, ubi non solum reatus, sed nec concupiscentia erit ulla peccati, quorum erit nisi baptizatorum?

XXXIIII. 39. Ac per hoc non solum omnia peccata, sed omnia prorsus hominum mala christiani lauacri sanctitate tolluntur, quo mundat ecclesiam suam Christus, ut exhibeat eam sibi non in isto saeculo, sed in futuro non habentem maculam aut rugam aut aliquid eius modi. nam qui modo eam talem esse dicunt et tamen in illa sunt, quoniam et ipsi fatentur se habere peccata, si uerum dicunt, profecto, quoniam mundi non sunt a peccatis, habet in eis ecclesia maculam;

12 Matth. 6, 12

3 sanantur *SW* nunc] nisi *S* 9 poenitentia *K* sequeretur baptismus *B* 11 cottidiana *TBSWA*μ quotidiana *P* mundatio nostra *C* affectu *BMSW*μ 12 dimitte—nostra *in mg. m. 2 C* nisi—diceretur *om. C* 13 elimosinarum *CA* elemosinarum *FPN* beneficentia *ERVPbd* 15 non esset] non prodessit *F* 16 maculam *om. N* huiusmodi *KRP* 20 Hac *K* 23 in *pr. om. R* 24 huiusmodi *S* quo *BMSWAm* eam modo *P*

si autem falsum dicunt, quia corde duplici loquuntur, habet in eis ecclesia rugam. si autem se dicunt habere ista, non ipsam, ergo se non esse membra eius nec se ad corpus eius pertinere fateantur, ut etiam sua confessione damnentur.

XXXV. 40. De hac autem concupiscentia carnis, quam curauimus a nuptialibus bonis prolixa disputatione distinguere propter nouos haereticos, qui cum haec reprehenditur calumniantur, quasi nuptiae reprehendantur, ut scilicet eam tamquam bonum naturale laudando suum pestiferum dogma confirment, quo adserunt prolem, quae per illam nascitur, nullum trahere originale peccatum: de hac ergo carnis concupiscentia beatus Ambrosius Mediolanensis episcopus, cuius sacerdotali ministerio lauacrum regenerationis accepi, sic breuiter est locutus, cum exponens Esaiam prophetam carnalem Christi natiuitatem insinuaret: 'ideo', inquit, 'et quasi homo per uniuersa temptatus est et in similitudine hominum cuncta sustinuit, sed quasi de spiritu natus abstinuit a peccato; o m n i s e n i m h o m o m e n d a x et nemo sine peccato nisi unus deus. seruatum est igitur, ut ex uiro et muliere, id est per illam corporum commixtionem nemo uideatur expers esse delicti. qui autem expers delicti, expers etiam huius modi conceptionis'. numquidnam et sanctus Ambrosius nuptiarum bonitatem ac non potius istorum haereticorum quamuis tunc nondum adparentium uanitatem huius suae sententiae ueritate

17 cf. Hebr. 4, 15 et Op. imp. I 138 15 c. Iul. Pel. I 11 (*ideo—conceptionis*) 18 Ps. 115, 2 19 c. duas ep. Pel. IV 29 (*seruatum—conceptionis*) 20 cf. Op. imp. IV 55. 88

1 duplice *R* locuntur *CN* 2 ecclesia* *T* 3 ipsa *R* non ergo se esse *TKRPN* 5 deac *K* 6 curabimus *T* tam prolixa *TKRVPNbd* 7 hoc *TR m. 2* calumniantur concupiscentia scilicet quasi *E* 8 quasi] scilicet quasi *in ras. F* 9 naturalē *C* 10 quo] quod *E* quoḍ *F* 14 locutus est *N* loqutus *E* æsaiam *K* esayam *BSWm*μ isaiam *P* ysaiam *E* 15 et *om. T* 16 uniuersā *A* similitudinē *T* 17 sed—peccato *add. m. 2 T* quasi] quia *TW* spiritu sancto *T* natus *om. R* 20 conmixtionem *T* esse *om.* μ 21 expers est (est *s. l.*) *F*, *VPbd alt.* expers est *VPN* 22 nunquidnam *W* numquid *C* numquid et nam *S* 23 hac *K* 24 suae huius *TKVPN* scientiae *V*

damnauit? quod ideo commemorandum putaui, quia Pelagius sic laudat Ambrosium, ut dicat: 'beatus Ambrosius episcopus, in cuius praecipue libris Romana elucet fides, qui scriptorum inter Latinos flos quidam speciosus enituit, cuius fidem et purissimum in scripturis sensum ne inimicus quidem ausus est reprehendere'. paeniteat ergo eum quod sensit aduersus Ambrosium, ne paeniteat eum quod sic laudauit Ambrosium. habes librum et molestia longitudinis et difficultate quaestionis quam mihi fuit ad dictandum, tam tibi ad legendum negotiosum, quibus particulis temporum te inuenire potuit aut potuerit otiosum. quem profecto, quantum me dominus adiuuare dignatus est, elaboratum inter ecclesiasticas curas meas non tibi ingererem inter publicas tuas, nisi ab homine dei, qui te familiarius nouit, audissem, quod tam libenter legas, ut etiam nocturnas aliquas horas lectioni uigilanter inpendas.

2 cf. p. 159, 25

4 flos] lucet flos *T* 6 esset *B* pęneteat *m. 1 K* ergo *om. T* quod—eum *om. T* 7 ne—Ambrosium *om. B* pęneteat *m. 1 K* 9 fuit *om. P* dictandum laboriosus (laborio:us *s. l*) *F* 10 aut] ac *E* 12 iungerem *B* 13 nouit familiarius *P* 15 *Subscr. codd. uide in pag. sequ.*

LIBER SECVNDVS.

I. 1. Inter militiae tuae curas et inlustris personae quam pro meritis gestas actusque reipublicae necessarios, fili dilectissime et honorande Valeri, tanto studio te aduersus haereticos in eloquia diuina flagrare satis dici non potest quanta mentis iucunditate delecter. itaque posteaquam legi litteras sublimitatis tuae, quibus de libro quem ad te scripsi gratias agis sed admones, ut per fratrem et coepiscopum meum Alypium audiam quid de quibusdam locis eiusdem libri haeretici disputationis adsumant, ad hoc scribendum excitatus sum. et quia non tantum relatu memorati mei fratris id didici, uerum

1 Expł Aureli Augustini liber ad Valerium comitem de nuptiis et concupiscentia. Inč ad eundem (ad eundem *add. m. 2*) contra Iulianum hereticum Peligianum calumniantem libris suis *C* Expł liber I ad Valerium de nuptiis et concupiscentia. Inč ad eundem liber II *T* Expł liber I de nuptiis et concupiscentia. Inč liber II *B* Aurelii Augustini epi̅ ad Valerium comitem de nuptiis et concupiscentia contra Iulianum hereticum Pelagianum calumniantem libris suis liber primus expł feliciter. Inč liber secundus *F* Finit liber primus. Inč secundus ad eundem comitem *P* Expł Aurelii Augustini liber ad Valerium comitem de nuptiis et concupiscentia contra Iulianum hereticum Pelagianum calumniantem de libris suis *E* Expł liber primus de nuptiis. Inc̄ scds̄ *MSWAm* Inc̄ liber scds̄ de nuptiis et concupiscentia μ *a codd. KR subscr. abest* *cf. op. imp. c. Iul. praef.* (*XLV 1049 M.*) *et epist. CCVII ad Claudium* 3 actus *T* necessarios *om. P* 4 honorandæ *K* hortande *C* 5 flagare *K* fraglare *P* satis *s. l. m. 2 E* 6 iocunditate *CTEPBMSWAm* 7 tuae] uestrę *m* 8 sed *codd.* sed et *bd* ammonens *P* ammoneņs *V* ammones *KBMSAm* per *om. R* alippium *C* alypyum *T* alipium *PBA* 9 adeā *P* quod *P* 10 ad hoc] adhuc *B* ad hunc *TKRVPMSWAm*μ et ad hunc *in ras. F* 11 fratris mei *BMSAm* id didici] addidici *m. 1 C, TEKRN*

etiam prolatas ab eo chartulas legi, quas post eius de Rauenna profectionem Romam mittere ipse curasti, ubi aduersariorum potui uaniloquia reperire, ad ea respondere adiuuante domino quanta possum ueritate et scripturarum diuinarum auctoritate proposui.

II. 2. Chartula, cui nunc respondeo, hoc titulo praenotatur: 'capitula de libro Augustini quem scripsit contra quae de libris pauca decerpsi'. hic uideo eum qui tuae praestantiae ista scripta direxit de nescio quibus ea libris causa, quantum existimo, celerioris responsionis, ne tuam differret instantiam, uoluisse decerpere. qui autem sint isti libri cum cogitarem, eos esse arbitratus sum, quorum mentionem Iulianus facit in epistula quam Romam misit, cuius exemplum simul ad me usque peruenit. ibi quippe ait: 'dicunt etiam istas quae modo aguntur nuptias a deo institutas non fuisse, quod in libro Augustini legitur, contra quem ego modo quattuor libellis respondi.' credo, ex his libellis ista decerpta sunt. unde melius fortasse fuerat, ut uniuerso ipsi operi eius, quod quattuor uoluminibus explicauit, redarguendo et refellendo nostra elaboraret intentio, nisi et ego responsionem differre noluissem, sicut nec tu transmissionem scriptorum, quibus respondendum est, distulisti.

3. Verba ergo de libro meo tibi a me misso tibique notissimo

7 Op. imp. c. Iul. I 17 (*capitula*—21 *distulisti*) 13 cf. Op. imp. I 18 23 Op. imp. I 22 (*Verba*—256, 9 *scriptum est*)

1 carthulas *T* cartulas (*semper* c) *CEPMSWAm* rabenna (*s.* b *add.* v) *T* 2 profectione *m* 3 repperire *P* 4 quantum *S* et—auctoritate *om. N* 5 proposui] distribui *E* 6 respondebo (b *exp. m. 2*) *E* 9 de *om. N* 10 differet *S* 11 sunt *A* libri isti *A* cogitare meos *K* esse eos *W* 12 in epistola facit *E* fecit (*s.* e *add.* a) *K* 13 exemplar *N* simul *om. T* 15 agustini (*sic fere semper m. 1*) *C* 16 quatuor *S* 18 uniuersa (*s.* a *add.* o) *F* uniuersi *W* ipsi *om. RB* opere *m. 1 C* 19 laboraret *FEMbd* intentioni si *K* 20 nisi] ne si *V* si *P* responsione *Aμ* 21 distullisti *K*

ista posuit, quae refutare conatus est: 'damnatores nos esse nuptiarum operisque diuini, quo ex maribus et feminis deus homines creat, inuidiosissime clamitant, quoniam dicimus eos qui de tali commixtione nascuntur trahere originale peccatum eosque de parentibus qualibuscumque nascantur non negamus adhuc esse sub diabolo, nisi renascantur in Christo.' in his uerbis meis testimonium apostoli quod interposui praetermisit, cuius se premi magna mole sentiebat. ego enim cum dixissem homines natos trahere originale peccatum, mox hoc intuli quod apostolus ait: per unum hominem peccatum intrauit in mundum et per peccatum mors; et ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt. quo testimonio, ut diximus, praetermisso cetera ille contexuit, quae supra commemorata sunt. nouit enim quemadmodum soleant haec uerba apostolica, quae praetermisit, accipere catholicorum corda fidelium. quae uerba tam recta et tanta luce fulgentia tenebrosis et tortuosis interpretationibus noui haeretici obscurare et deprauare moliuntur.

4. Deinde alia mea uerba subtexuit, ubi dixi: 'nec aduertunt quod ita nuptiarum bonum malo originali, quod inde trahitur, non potest accusari, sicut adulteriorum et fornicationum malum bono naturali, quod inde nascitur, non potest excusari; nam sicut peccatum, siue hinc siue inde trahatur, opus est diaboli, sic homo, siue hinc siue inde nascatur, opus est dei.' etiam hic ea praetermisit, in quibus aures catholicas timuit. nam ut

2 cf. p. 211, 7 10 Rom. 5, 12 19 cf. p. 212, 8 et Op. imp. c. Iul. I 22

1 esse nos *C* 3 clamitat *C* 5 eos qui *T* eosque qui *CFE* qualibetcumque *A* 8 opprimi *b* 9 origenale *K* hoc intuli] adiunxi *Tbd cf. Op. imp. c. Iul. I 22* 10 quod] de quo *KVPbd cf. Op. imp. c. Iulianum I 22* 12 pertransiuit *P* 13 ut diximus *in mg. M* illa *TFKVPBSWAmμ cf. Op. imp. c. Iul. I 22* conexuit *TKRVPBMWAm* connexuit *Sμ* 14 quemammodum *K* 17 et] ac *N* interp̄tationibus *K* heretici *KM* 19 uerba mea *BMSWAμ* 22 accusari *B* excusari (ex *in ras.*) *F*

ad haec uerba ueniretur, supra dictum erat a nobis: 'hoc ergo quia dicimus, quod antiquissima atque firmissima catholicae fidei regula continetur, isti nouelli et peruersi dogmatis adsertores, qui nihil peccati esse in paruulis dicunt, quod lauacro regenerationis abluatur, tamquam damnemus nuptias et tamquam opus dei, hoc est hominem qui ex illis nascitur opus diaboli esse dicamus, infideliter uel imperite calumniantur'. his ergo nostris praetermissis sequuntur illa nostra quae posuit, sicut supra scriptum est. in his itaque quae praetermisit hoc timuit, quia cuncta ecclesiae catholicae pectora conuenit fidemque ipsam antiquitus traditam atque fundatam clara quodam modo uoce compellat et aduersus eos uehementissime permouet quod diximus, 'quia nihil peccati esse in paruulis dicunt, quod lauacro regenerationis abluatur'. omnes enim ad ecclesiam non propter aliud cum paruulis currunt, nisi ut in eis originale peccatum generatione primae natiuitatis adtractum regeneratione secundae natiuitatis expietur.

5. Deinde ad nostra superiora uerba reuertitur, quae nescio cur repetat: 'eos autem qui de tali commixtione nascuntur dicimus trahere originale peccatum eosque de parentibus qualibuscumque nascantur non negamus adhuc esse sub diabolo, nisi renascantur in Christo'. haec uerba nostra et paulo ante iam dixerat. deinde subiungit quod de Christo diximus: 'qui de eadem sexus utriusque commixtione nasci uoluit'. sed etiam hic praetermisit quod ego posui: 'ut per eius gratiam de pote-

1 cf. 211, 18 9 cf. Op. imp. I 52 (*in his*—257, 9 *maluit*) 13 cf. 212, 2 19 cf. 211, 9 23 cf. 211, 17 25 cf. 211, 16

1 ad *om. m. 1 E* a *om. m. 1 C, E* 3 fidæi *K* 4 in paruulis esse μ parạbulis (a *exp. m. 2*) *K* lauachro μ 7 est *B* 8 praemissis *P* 9 supra *om. SWAm*μ 10 cunctae *R* 11 claro *W* 12 uocæ *K* 13 in paruulis esse *E* 15 aliud ẹṣṣẹ *B* in *om. SWA*μ origenale (*sic fere semper*) *K* 16 regeneratione *C* tractum μ regenerationę *K* 18 superiora nostra *C* 20 eos qui *T* 21 diabulo *m. 1 C, K* dialo *B* 22 et *om. SW* 23 subiunxit *TFKRVPN* 24 sexu* *K* commixtione* *K* sed—transferantur *in mg. m. 2 E om. A* 25 ut] et μ gratia *K*

state eruti tenebrarum in regnum illius, qui ex eadem sexus utriusque commixtione nasci noluit, transferantur'. uide, obsecro te, qui nostra uerba uitauit tamquam inimicus omnino gratiae dei, quae uenit per Iesum Christum dominum nostrum! scit enim ab illa apostoli sententia, qua dixit de deo patre: qui eruit nos de potestate tenebrarum et transtulit in regnum filii caritatis suae, improbissime et impiissime paruulos separari. ideo procul dubio uerba ista praetermittere quam ponere maluit.

6. Post haec illud nostrum posuit ubi diximus: 'haec enim quae ab impudentibus impudenter laudatur pudenda concupiscentia nulla esset, nisi homo ante peccasset, nuptiae uero essent, etiamsi nemo peccasset; fieret quippe sine isto morbo seminatio filiorum'. huc usque ille uerba mea posuit; timuit enim quod adiunxi: 'in corpore uitae illius, sine quo nunc fieri non potest in corpore mortis huius'. et hic ut meam sententiam non finiret, sed eam quodam modo detruncaret, illud apostoli testimonium formidauit, ubi ait: miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. non enim erat corpus mortis huius in paradiso ante peccatum, propter quod diximus in corpore uitae illius quae ibi erat sine isto morbo seminationem fieri potuisse filiorum, sine quo nunc in corpore mortis huius fieri non potest. ut autem ad istam commemorationem humanae miseriae et diuinae gratiae ueniret apostolus, supra dixerat: uideo aliam legem in

6 Col. 1, 13 10 cf. p. 212, 15 et Op. imp. I 67 (*Post—24 potest*) 18 Rom. 7, 24. 25

1 tenebrarum eruti *C* eruit *K* sexu* *K* 2 noluit (n *ex* u) *S* transferuntur *m. 1 C* uide] unde *RW*, *m. 1 Sm* 3 qui *C* quae *cet.* 5 qua] quā *T* 6 transtullit (*sic fere semper*) *K* 7 claritatis *EVP*, *m. 1 m* impiissime et improbissime *A* 8 ideoque μ 10 enim] autem *BMSWA*μ 12 nuptiae—peccasset *om. TSW* uero *om. BAm*μ 15 adiunxit *K* 16 non] nemo *C* 18 e*go *T* 19 homo *om. EB* riberabit *T* liberauit *EKBW*, *m. 1 CF* 23 fieri *om. N* 24 nunc *om. CTFE*

membris meis repugnantem legi mentis meae et captiuantem me in lege peccati, quae est in membris meis. post haec autem uerba exclamauit: miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. in corpore igitur mortis huius, quale in paradiso ante peccatum fuit, profecto non erat alia lex in membris nostris repugnans legi mentis nostrae, quia et quando nolumus et quando non consentimus nec ei membra nostra ut impleat quod appetit exhibemus, habitat tamen in eis et mentem resistentem repugnantemque sollicitat, ut ipse conflictus, etiamsi non sit damnabilis, quia non perficit iniquitatem, sit tamen miserabilis, quia non habet pacem. satis igitur admonuerim sic istum uerba mea uelut refellenda sibi proponere uoluisse, ut alicubi mediis detractis sententias interrumperet, alicubi extremis non additis decurtaret, et cur hoc fecerit sufficienter ostenderim.

III. 7. Nunc ad ea, quae sicut uoluit nostra proposuit, quae sua opposuerit uideamus. sequuntur enim iam uerba eius et, sicut iste insinuauit, qui tibi chartulam misit, prius aliquid de praefatione conscripsit procul dubio librorum illorum de quibus pauca decerpsit. id autem ita sese habet: 'doctores', inquit, 'nostri temporis, frater beatissime, et nefariae quae adhuc feruet seditionis auctores ad hominum, quorum sanctis studiis uruntur, contumelias et exitium decreuerunt per ruinam totius ecclesiae peruenire non intellegentes quantum his con-

5 Op. imp. I 71 (*in corpore*—13 *pacem*) 13 Op. imp. I 73 (*satis*—259, 8 *contruduntur*) 23 Op. imp. I 73 (*ad hominum*—*peruenire*)

1 repugnantes *B* 3 autem *om. TKVPN* 4 liberauit *KC m. 1* gratia—huius *om. T* 6 non fuit *VA* fuit *om T* 7 alia lex non erat *B* non *om. A* erat] est *A* nostris] meis *N* repugnat *T* 8 nostrae *om. TKRVPBMW* meę *m. 1 S, A* 10 repugnantemque *om. P* 12 fit *SW* 13 sic istum] scitū *T* 14 refellentē *A* noluisse *E* 15 sententiā *T* decurtet *T* 21 id] quid *T* ista *T om. S, m 1 Em, s. l. K* se *T* 23 at huc *K* quibus *T* sanctis tituli studiis *R* 24 contumeliis *m. 1 C* exitum *P* 25 his *om. S* contulerunt (u *fin. in* i *mut.*) *P*

tulerint honoris, quorum ostenderunt gloriam nisi cum catholica religione non potuisse conuelli. nam si quis aut liberum in hominibus arbitrium aut deum esse nascentium conditorem dixerit, Caelestianus et Pelagianus uocatur. ne igitur uocentur haeretici, fiunt Manichei et dum falsam uerentur infamiam, uerum crimen incurrunt instar ferarum, quae circumdantur pennis, ut cogantur in retia, quibus quoniam deest ratio in uerum exitium uana formidine contruduntur'.

8. Non est ita ut loqueris, quicumque ista dixisti, non est ita; multum falleris uel fallere meditaris. non liberum negamus arbitrium, sed, si uos filius liberauerit, ait ueritas, tunc uere liberi eritis. hunc uos inuidetis liberatorem, quibus captiuis uanam tribuistis libertatem. a quo enim quis deuictus est, sicut dicit scriptura, huic seruus addictus est nec quisquam nisi per gratiam liberatoris isto soluitur uinculo seruitutis, a quo est hominum nullus immunis; per unum quippe hominem peccatum intrauit in mundum et per peccatum mors, et ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt. sic est ergo deus nascentium conditor, ut omnes ex uno eant in condemnationem, quorum non fuerit renascentium liberator. ipse quippe dictus est figulus ex eadem massa faciens aliud uas in honorem secundum misericordiam, aliud in contumeliam secundum iudicium, cui cantat ecclesia misericordiam et iudicium. non itaque, sicut te atque alios fallens loqueris,

9 Op. imp. I 73 (*Non—dixisti*) I 74 (*Non—peccauerunt*) 11 Ioh. 8, 36 13 II Petr. 2, 19 16 Rom. 5, 12; Op. imp. I 113 (*per— 25 iudicium*) 22 cf. Rom. 9, 21 24 cf. Ps. 100, 1 25 Op. imp. III 99 (*non*—260, 13 *Pelagiani*)

1 nisi] nam si *C* chatolica *K* 2 relegione *K* 3 dnm *TF* dm* *C* 4 et] aut *T* 5 falsa μ 7 pinnis *TFKRVBE m. 2* 8 exitum *in textu; in mg.* exitium *T* 10 uel] aut *R* arbitrium negamus μ 11 liberauerat *m. 1 C* liberauit *B* ait] aut *P om. B* 12 estis μ hunc] nunc *S* qui *T* 13 tribuitis *TFKRVPNbd, m. 2 C* deuinctus (n *in ras.*) *V* 14 et seruus *TKRVPMSWAm*μ 19 est *om. m* 20 uno *add. m. 2 C* 22 uas *om.* μ 23 conmeliam *T* 24 misericordia *K*

'si quis aut liberum in hominibus arbitrium aut deum esse nascentium conditorem dixerit, Caelestianus et Pelagianus uocatur' — ista quippe catholica fides dicit — sed si quis ad colendum recte deum sine ipsius adiutorio dicit esse in hominibus liberum arbitrium et quisquis ita dicit deum nascentium conditorem, ut paruulorum neget a potestate diaboli redemptorem, ipse Pelagianus et Caelestianus uocatur. liberum itaque arbitrium in hominibus esse et deum esse nascentium conditorem utrique dicimus, non hinc estis Caelestiani et Pelagiani; liberum autem esse quemquam ad agendum bonum sine adiutorio dei et non erui paruulos a potestate tenebrarum et sic transferri in regnum dei, hoc uos dicitis, hinc estis Caelestiani et Pelagiani. quid obtendis ad fallendum communis dogmatis tegmen, ut operias proprium crimen, unde uobis inditum est nomen? atque ut nefario uocabulo terreas inperitos, dicis: 'ne igitur uocentur haeretici, fiunt Manichei'.

9. Audi ergo breuiter, quid in ista quaestione uersetur. catholici dicunt humanam naturam a creatore deo bono conditam bonam, sed peccato uitiatam Christo medico indigere; Manichei dicunt humanam naturam non a deo conditam bonam peccatoque uitiatam, sed ab aeternarum principe tenebrarum de commixtione duarum naturarum, quae semper fuerunt, una bona et una mala, hominem creatum; Pelagiani et Caelestiani dicunt naturam humanam a bono deo conditam bonam, sed

11 cf. Col. 1, 13 17 Op. imp. III 138 (*Audi*—261, 25 *saluatori*)

1 aut *pr. om. W* dnm *T* 2 qui dixerit *P* pelaianus *W* 3 et catholica *TKRVPMSWAmμ* 5 hominibus] omnibus *T* 7 caelestianus et pelagianus *T* 8 itaque arbitrium esse in hominibus *Tμ* itaque in hom. esse arb. *cet. praeter C* 10 liberum—*13* Pelagiani *om. B* 12 uos *om. μ* et hinc *P* 13 optendis *C* 16 haeretici uocentur *T* 17 in *om. T* 18 naturam *om. T* a *om. KRVPMSWAmμ* creatorem *K* 19 bonam *om. T* per peccatum *T* medico xpo *TEKRVPNbd* indigere] indigere naturam *T* 20 naturam *om. T* 21 uitiata *W* 23 caelestiani et pelagiani *T* dicunt et cęlestiani *S* 24 humanam naturam *FEVPbd* a bono] non a *R* ab uno *VP*

ita essé in nascentibus paruulis sanam, ut Christi non habeant necessariam in illa aetate medicinam. agnosce igitur in tuo dogmate nomen tuum et catholicis, a quibus confutaris, desine obicere et dogma et nomen alienum; nam ueritas utrosque redarguit, et Manicheos et uos. Manicheis enim dicit: non legistis quia qui ab initio fecit hominem masculum et feminam fecit eos? et dixit: propter hoc relinquet homo patrem et matrem et adhaerebit uxori suae, et erunt duo in carne una. itaque iam non sunt duo, sed una caro. quod ergo deus coniunxit, homo non separet. ita quippe ostendit et hominum conditorem et coniugum copulatorem deum aduersus Manicheos, qui utrumque horum negant. uobis autem dicit: uenit filius hominis quaerere et saluare quod perierat. sed uos, egregii christiani, respondete Christo: si quod perierat quaerere et saluare uenisti, ad paruulos non uenisti — isti nec perierant et salui nati sunt — uade ad maiores; de uerbis tuis tibi praescribimus: non est opus sanis medicus, sed male habentibus. ita fit, ut Manicheus, qui homini commixtam dicit esse naturam malam, uelit inde saltem saluari a Christo animam bonam; tu uero in paruulis, cum salui sint [corpore], nihil a Christo saluandum esse contendis. ac per hoc Manicheus quidem naturam humanam detestabiliter uituperat, sed tu crudeliter laudas. quicumque enim tibi crediderint laudatori, infantes suos non offerent saluatori. tam scelerata sentienti

5 Matth. 19, 4—6 13 Luc. 19, 10 15 Op. imp. III 141 (*si— habentibus*) 18 Matth. 9, 12

1 habeat *T* 2 in illa necessariam *CE* medicina *K* agnusce *K* tua *S* 3 conputaris *T* 6 quia *om. T* hominem fecit *A* 7 relinquid *K* 11 itaque *W* coniugiū *S* 14 saluum facere *VP* christiani egregii *A* 15 respondite *K* respondente *P* 16 paruulus *K* aduenisti *W* 17 uade ad] uideant *T* 18 praescribere *T* 19 agentibus *m* 20 inde *om. P* saltim *MSWmμ* animam bonam a xpo *S* 21 sunt *T* corpore *om. CFE, addunt cet.* 22 salutis *T* 23 humanam naturam *A* humanam bonam *VP* 24 crediderit *E* 25 offerunt *KRVPN* celerata *S* sententia *C* sentienti• μ

quid tibi prodest non metuere quod tibi fit, ut salubriter metuas, et te hominem facis esse, non bestiam, quae circumdatur pennis, ut cogatur in retia? opus erat, ut ueritatem teneres eiusque studio non timeres; nunc uero ita non times, ut, si timeres, euaderes potius retia maligna quam incurreres. mater catholica te ideo terret, quia et tibi et aliis a te timet, et si per filios suos in aliqua potestate positos agit ut timeas, non id agit crudelitate, sed caritate. tu autem uir fortissimus timere homines ignauum putas. deum ergo time et noli antiqua fidei catholicae fundamenta conari tanta obstinatione subuertere. quamquam iste tuus animus animosus utinam saltem in hac causa homines timeret, utinam, inquam, saltem paueret ignauia quam periret audacia!

IIII. 10. Videamus et cetera quae conectit. sed quid faciam? utrum singula eius proponam, quibus respondeam, an eis praetermissis, quae catholica fides continet, ea sola pertractem atque confutem, in quibus a tramite ueritatis exorbitat et haeresim Pelagianam tamquam uenenosa uirgulta fruticibus catholicis conatur inserere? hoc quidem certe breuius est. sed prospiciendum arbitror, ne quisquam libro meo lecto et non lectis omnibus, quae ab illo dicta sunt, existimet ea me proponere noluisse, ex quibus ista eius pendent et ex quibus quasi consequenter uera esse monstrantur, quae falsa redarguo. non itaque pigeat utraque huic opusculo nostro indita, et ea scilicet, quae ille dixit, et ea, quae ipse respondeo, uniuersa adtendere et considerare lectorem.

1 non prodest *B* prode est *T* prod*est *K* quid *CN* 2 metuas *om. T* facis *CTEKRB, m. 1 VF* facias *PMSWAm*μ, *m. 2 VF* facit *d* uestiam *T* bestias *A* 3 pinnis *TFEKRVbd* 4 uero] ergo μ 5 maligni *Mbd* 6 ideo te *S* 7 a* *C* per *om.* μ positos potestate *TFEKRPN* 8 ait *Sm* ait *m* 12 saltem *om. E* 13 paueret] timeret *N* 15 et *om.* μ 17 tenet *W* 20 fructicibus *m. 1 E* 23 ea *om. P* 25 redargutio *A* pieat *S*

11. Quae sequuntur ergo, ita praenotauit qui tuae dilectioni chartulam misit: 'contra eos', inquit, 'qui nuptias damnant et fructus earum diabolo adsignant'. non igitur contra nos, qui neque nuptias damnamus, quas etiam in ordine suo debita praedicatione laudamus, nec earum fructus diabolo adsignamus; fructus quippe nuptiarum homines sunt, qui ordinate inde generantur, non peccata, cum quibus nascuntur. nec ideo sunt homines sub diabolo, quia homines sunt, ubi sunt fructus nuptiarum, sed quia peccatores sunt, ubi est propago uitiorum; diabolus enim culpae auctor est, non naturae.

12. Adtende cetera, quibus se existimat aduersus nos hoc praemisso titulo consonare. 'deus', inquit, 'qui Adam ex limo fuerat fabricatus, Euam construxit e costa et dixit: haec uocabitur uita, quoniam mater est omnium uiuentium'. non quidem ita scriptum est, sed quid ad nos? solet enim accidere, ut memoria fallat in uerbis, dum tamen sententia teneatur. nec Euae nomen, ut appellaretur uita, deus inposuit, sed maritus. sic enim legitur: et uocauit Adam nomen uxoris suae uita, quoniam ipsa mater est omnium uiuentium. sed hoc fortassis ita intellexerit, ut deus per Adam nomen illud Euae inposuisse credatur tamquam per prophetiam. nam in hoc, quod appellatur uita materque uiuentium, magnum est ecclesiae sacramentum, unde nunc disserere longum est et suscepto operi non necessarium. nam et illud,

11 Op. imp. IV 4 (*Adtende*—20 *uiuentium*) 13 cf. Gen. 2, 22 18 Gen. 3, 20

1 secuntur *TSWmμ* 3 eorum *C* nuptiarum *TKRN* 5 praedicatione (tione *in mg. m. 2*) *E* 7 nascantur *V* 8 ubi est *TKRVPN* 9 propagatio *S* 11 et cetera *FRbd* quibus se] quęcumque *VP* aduersum *TKVPN* huic *TKRVPNbd* 13 æcosta *K* et *om. B* 15 ita quidem *VP* 16 fallatur *P* 17 teneatur in libris *KRVPN* nec enim *VP* ut appellaretur *om. N* uitā *BMSWm* 19 uitam *FS m. 1* est mater *CTS* 20 hęc *SWAmμ* intellexerat *MSWAmμ* 22 prophetam *TKRVPNd* appellatum est *R* appellata est *EKVPNbd* omnium uiuentium *μ* 23 longum est disserere *KVPN* 24 necessarium ęşţ *K*

quod dixit apostolus: sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo et in ecclesia, ipse Adam dixit: propter hoc relinquet homo patrem et matrem et adhaerebit uxori suae, et erunt duo in carne una. quod tamen dominus Iesus in euangelio deum dixisse commemorat, quia deus utique per hominem dixit, quod homo prophetando praedixit. ergo quae sequuntur intuere. 'prima', inquit, 'appellatione, cui operi parata esset, ostendit et dixit: crescite et multiplicamini et replete terram'. quis enim nostrum negat ad opus pariendi a domino deo creatore omnium bonorum bono praeparatam fuisse mulierem? ad hoc uide quid adiungat. 'deus igitur', inquit, 'maris creator et feminae conuenientia generationibus membra formauit et gigni corpora de corporibus ordinauit, quorum tamen efficientiae potentia operationis interuenit, omne quod est ea administrans uirtute, qua condidit'. etiam hoc esse catholicum confitemur et quod deinde subiungit. 'si igitur', inquit, 'nonnisi per sexum fetus, nonnisi per corpus sexus, nonnisi per deum corpus, quis ambigat fecunditatem deo iure reputari?'

13. Post haec, quae ueraciter et catholice dicta sunt, immo in diuinis libris ueraciter scripta, non autem ab isto catholice dicta sunt, quia non intentione catholici pectoris dicta sunt, iam propter quod ea dixit, Pelagiana et Caelestiana haeresis incipit introduci. namque adtende quod sequitur. 'tu uero', inquit, 'qui dicis: "eos qui de parentibus qualibuscumque na-

1 Ephes. 5, 32 3 Gen. 2, 24 Matth. 19, 5, Ephes. 5, 31 8 Gen. 1, 28 12 Op. imp. IV 5 (*deus—formauit*) 13 Op. imp. IV 5 (*gigni—condidit*) 17 Op. imp. IV 5. 9 (*si-reputari*) 20 ib. IV 5 (*Post—sequitur*) 25 cf. 211, 14

1 dicit *Vbd* apostulos *K* 3 relinquit *C* relinquid *K* matrem et patrem *bd* 5 Iesus] noster *T* 6 prophetandā* *K* 7 secuntur *TMSWm*μ primum *N* inquit] quid *K* quidē *N* 8 compellatione *TKRVPN* paratam μ esse *SW*μ 12 inquit igitur *C* igitur *om. m* conuentia *S* 13 generationi *P* 14 efficiente *C* 17 igitur] ergo *B* 20 catholicæ *K*μ 21 scripta sunt μ 23 haereses *T* 24 introducere *FE* uero] ergo *T* 25 eos qui *codd.:* eosque *bd cf. p. 211, 14* nascuntur *E* nascentur (*s.* e *add.* v) *R*

scantur non negamus [adhuc] esse sub diabolo, nisi renascantur in Christo", ostende ergo nunc, quid suum diabolus cognoscat in sexibus, per quod fructum eorum, ut dicis, iure possideat. diuersitatem sexuum? sed haec in corporibus est, quae deus fecit. commixtionem? sed non minus benedictionis quam institutionis priuilegio uindicatur. uox enim dei est: relinquet homo patrem et matrem et adhaerebit uxori et erunt duo in carne una; uox dei est: crescite et multiplicamini et replete terram. an forte ipsam fecunditatem? sed ipsa est instituti causa coniugii'.

V. 14. Vides igitur quemadmodum nos interroget, quid suum diabolus cognoscat in sexibus, per quod sub illo sint, qui de parentibus qualibuscumque nascuntur, nisi renascantur in Christo, utrum diuersitatem sexuum dicamus ad diabolum pertinere an commixtionem an ipsam fecunditatem. respondemus itaque: nihil horum, quia et diuersitas sexuum pertinet ad uasa gignentium et utriusque commixtio ad seminationem pertinet filiorum et ipsa fecunditas ad benedictionem pertinet nuptiarum. haec autem omnia ex deo. sed iste in his omnibus noluit nominare concupiscentiam carnis, quae non est a patre, sed ex mundo est, cuius mundi princeps dictus est diabolus, qui eam in domino non inuenit, quia dominus homo non per ipsam ad homines uenit. unde dicit etiam ipse: ecce uenit princeps huius mundi, et in me nihil inuenit:

2 Op. imp. IV 5. 10 (*quid—10 coniugii*); IV 10. 14 (*quid—sexibus*) 6 Gen. 2, 24 8 Gen. 1, 28 19 Op. imp. IV 5 (*sed—266, 9 glorianda*); IV 14. 45 (*sed—uenit*) 20 Op. imp. IV 18 (*noluit—uenit*), cf. IV 77; cf. I Ioh. 2, 16 23 Ioh. 14, 30

1 non—renascantur *om. R* non negamus *om. VP* adhuc *add. ERVPbd; cf. p. 211, 15* 3 per *om. R* 4 sexuum *om. TKVPN* est *om. S* 6 uendicatur *MSWAmμ* relinquid *KW* 7 uxori suae *EKRVPNbd* 8 carne* *K* uox enim *μ* 10 est *om. m. 1 E* institutio *R* coniugi *m. 1 C* 11 ergo *N* quemammodum *K* 12 sunt *BWAm om. μ* 17 seminationem] generationem *T* 19 omnia autem *W* 20 quae *om. R* esse *R* 21 esse *R om. N* mundi *om. SWAmμ* est *om. S* 22 deus *F* 23 ad *om. S* hominē *KPBMSW* 24 mundi huius *KVPN* inueniet *TKVPNb, m. 2 R*

nihil utique peccati, nec quod a nascente trahitur nec quod a uiuente additur. hanc iste noluit nominare in his omnibus, quae commemorauit, naturalibus bonis, de qua etiam nuptiae confunduntur, quae de his bonis omnibus gloriantur. nam quare illud opus coniugatorum subtrahitur et absconditur etiam oculis filiorum, nisi quia non possunt esse in laudanda commixtione sine pudenda libidine? de hac erubuerunt etiam qui primi pudenda texerunt, quae prius pudenda non fuerunt, sed tamquam dei opera praedicanda atque glorianda. tunc ergo texerunt, quando erubuerunt, tunc autem erubuerunt, quando post inoboedientiam suam inoboedientia membra senserunt. de hac erubuit etiam iste laudator; commemorauit enim sexuum diuersitatem, commemorauit commixtionem, commemorauit fecunditatem, illam uero commemorare uerecundatus est. nec mirum, si pudet laudantes, quod uidemus ipsos pudere generantes.

15. Sed adiungit et dicit: 'per quid igitur sub diabolo sunt, quos deus fecit?' sibique ueluti ex nostra uoce respondet: 'per peccatum', inquit, 'non per naturam'. deinde nostrae responsioni suam referens 'sed ut non potest', inquit, 'sine sexibus esse fetus, ita nec sine uoluntate delictum'. ita uero, ita est; sic enim per unum hominem peccatum intrauit in mundum et per peccatum mors, et ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt. per unius illius uoluntatem malam omnes in eo peccauerunt, quando omnes

7 cf. Gen. 3, 7 17 cf. Op. imp. IV 7 20 ib. IV 90 (*sed*—267, 2 *traxerunt*) 22 Rom. 5, 12; Op. imp. IV 104 (*per*—267, 2 *traxerunt*) 24 ib. IV 104 (*per*—267, 1 *fuerunt*)

1 ịụ utique *K* nec—trahitur *om. P* 3 commemorat *N* 4 omnibus bonis μ 6 nisi *om. W* laudando *SW* 9 glorianda] laudanda *C* 10 texerunt] dixerunt *B* tunc autem erubuerunt *om. P* 11 suam *om. W* inobedientiae *R* 15 uidimus *K* pudere ipsos *B* 17 adiugit *S* ergo *m* 18 facit *FKP* uelut *A* respondit *K* 19 inquis *TKPN* responsioni nostrae (nostrae *s. l.*) *B* 20 inferens *P* esse *om. CTEKN;* esse *add. post* uoluntate *VP* 21 sine *om. S* ita *fin. om. T* siç *m. 2 C* 22 in mundum intrauit *S* 23 et ita ẹṭ (*pr.* et *s. l. m. 2*) *C*

ille unus fuerunt, de quo propterea singuli peccatum originale traxerunt. 'dicis enim', inquit, 'ideo illos esse sub diabolo, quia de sexus utriusque commixtione nascuntur'. dico plane propter delictum eos esse sub diabolo; ideo autem expertes non esse delicti, quia de illa commixtione sunt nati, quae sine pudenda libidine non potest etiam quod honestum est operari. dixit hoc etiam beatissimae memoriae Ambrosius ecclesiae Mediolanensis episcopus, cum Christi carnalem natiuitatem ideo diceret expertem esse delicti, quia conceptus eius utriusque sexus commixtionis est expers; nullum autem hominum esse sine delicto qui de illa commixtione conceptus sit. nam eius uerba ista sunt: 'ideo', inquit, 'et quasi homo per uniuersa temptatus est et in similitudine hominum cuncta sustinuit, sed quia de spiritu natus, abstinuit a peccato. omnis enim homo mendax et nemo sine peccato nisi unus deus. seruatum est igitur', inquit, 'ut ex uiro et muliere, id est per illam corporum commixtionem nemo uideatur expers esse delicti. qui autem expers delicti, expers etiam huius modi conceptionis'. numquid etiam istum, o Pelagiani et Caelestiani, audebitis dicere Manicheum? quod eum dicebat esse Iouinianus haereticus, contra cuius inpietatem uir ille sanctus etiam post partum permanentem uirginitatem sanctae Mariae defendebat. si ergo illum Manicheum dicere non audetis, nos, cum in eadem causa eadem sententia fidem catholicam defendamus, cur dicitis Manicheos? aut si et illum fidelissimum uirum hoc

2 Op. imp. IV 106 (*dicis—Ambrosius*) 12 Op. imp. IV 120 (*ideo—conceptionis*) 14 cf. Hebr. 4, 15 Ps. 115, 2 16 cf. Op. imp. IV 88. 105 20 cf. Op. imp. IV 121

2 illos ideo *TN* ideo] in eo *R* esse *om. P* qui *T* 3 communione *T* 4 esse *pr. om. P* 7 memoriae beatissimae *T* beatus ambrosius μ mediolanensis ecclesiae *N* 9 utriusq; (q; *add. m. 2*) *C* 11 est *FE* uerba eius *TKVPN* 13 similitudinē *TF* disposuit *T* 14 quia] quasi *Tbd* 15 unus *om. T* igitur est *W* 18 expers est delicti *Rbd* expers est *bd* 20 esse *om. P* 23 cum *om. W* 24 quur *K* 25 Manicheos *om. T*

secundum Manicheos sapuisse iactatis, iactate, iactate, ut mensuram Iouiniani perfectius inpleatis; nos cum illo homine dei patienter uestra maledicta et conuicia sustinemus. et tamen haeresiarches uester Pelagius fidem et purissimum in scripturis sensum sic laudat Ambrosii, ut dicat ne inimicum quidem ausum esse reprehendere. quo ergo progressi fueritis adtendite et uos ab ausibus Iouiniani tandem aliquando cohibete. quamuis ille nimis laudando nuptias sanctae illas uirginitati adaequauit et tamen nuptiarum fructibus ab utero etiam recentibus Christum saluatorem et de potestate diaboli redemptorem necessarium non negauit: quod uos negatis et, quia uobis pro eorum salute, qui nondum pro se loqui possunt, et pro fidei catholicae fundamentis resistimus, Manicheos nos esse iactatis. sed iam sequentia uideamus.

VI. 16. Rursus quippe interrogans dicit: 'quem igitur paruulorum confiteris auctorem? deum uerum?' respondeo: deum uerum. deinde subiungit: 'sed malum ille non fecit' ac rursus interrogat, utrum diabolum paruulorum confiteamur auctorem, rursusque respondet: 'sed naturam hominis ipse non condidit'. deinde quasi concludit atque infert: 'si mala commixtio, deformis et conditio corporum et ideo corpora quoque malo a te deputantur auctori'. cui respondeo: malo auctori non deputo corpora, sed delicta, quorum causa factum est, ut, cum in corporibus, hoc est in dei operibus totum placeret, accideret tamen masculo et feminae quod puderet, ut non esset commixtio qualis esse potuit in corpore uitae illius, sed qualem uidemus erubescentes in corpore mortis huius. 'deus uero', inquit, 'diuisit

4 cf. p. 159, 28

1 *utrumque* iactate *om. T*, *alterum* iactate *om. N* 2 iouiani *T* perfectius *hab. F in textu, in mg.* ł defectus 4 heresiarces *m. 1 C, T* heresi arches *K* heresiarches *FMS* 6 adtende μ 7 iouiani *T* 8 uirginitate *S* 12 qui] quia *TK* fide *F* 13 esse *om. S* 16 uerum deum *T* resp. deum uerum *om. m. 1 C* respondebo μ 18 ..terrogat *F* 19 rursūque *SW* respondit *K* non] nos *T om. KVPN* 21 et *om. A* condicio *TK* dicio *BMSm* 23 delictū *B* est *om. N* 24 hoc—operibus *om. B* acciderit *C* 26 uidimus *K* 27 erubiscentes *K*

in sexu, quod in operatione coniungeret. ab ipso igitur commixtio corporum, a quo est origo corporum'. iam supra respondimus hoc ex deo esse, sed non delictum, non membrorum inoboedientiam per carnis concupiscentiam, quae non est a patre. deinde dicit: 'tot ergo rerum bonarum, id est corporum, sexuum, coniunctionum malos fructus esse non posse nec homines ob hoc a deo fieri, ut a diabolo, sicut dicis', inquit, 'legitimo iure teneantur'. iam dictum est non eos ideo teneri, quia homines sunt, quod naturae nomen est, cuius auctor diabolus non est, sed quia peccatores sunt, quod culpae nomen est, cuius diabolus auctor est.

VII. 17. Sed inter tot nomina bonarum rerum, id est corporum, sexuum, coniunctionum, libidinem uel concupiscentiam carnis iste non nominat. tacet, quia pudet, et mira — si dici potest — pudoris inpudentia, quod nominare pudet, laudare non pudet. denique uide, quemadmodum magis eam circumloquendo maluerit significare quam dicere. 'postquam autem uir', inquit, 'naturali adpetitu cognouit uxorem'. ecce iterum dicere noluit: carnis concupiscentia cognouit uxorem, sed, 'naturali', inquit, 'adpetitu', ubi adhuc possumus intellegere ipsam uoluntatem iustam et honestam, qua uoluit filios procreare, non illam libidinem, de qua iste sic erubescit, ut ambiguo nobis loqui malit quam perspicue quod sentit exprimere. quid est 'naturali adpetitu'? annon et uelle esse saluum et uelle ipsos suscipere, nutrire, erudire filios naturalis est adpetitus idemque rationis est, non libidinis? sed quia huius nouimus

14 Op. imp. IV 65 (*tacet—non pudet*)

1 sexū *N* operationē *W* 2 respondemus *K* 3 haec *TFEKRVPmbd* 5 deinde ergo *A* 7 inquit *om. N* 9 diabulos *m. 1 K* 11 auctor diabolus *S* 15 pudet et *CE* pudet** (*in mg.* eum) *F* 17 uoluerit *P* dice** *S* autem *om. W* 20 ubi adhuc autem *KR* ubi tam̄ adhuc *P* 22 sic *om. W* erubiscet *K* ambiguae *K* ambigue *TRVPNbd* 23 loqui nobis *BMSWm* perspicuæ *Kμ* 24 esse] esse posse *KRVPN* 25 ipsus *K* illos *SW* 26 rationis esse *m. 1 R*

intentionem, ideo non eum putamus his uerbis nisi libidinem membrorum genitalium significare uoluisse. nonne tibi uidentur haec uerba folia esse ficulneae, sub quibus latet quid aliud quam id quod pudet? ita quippe iste sibi circumlocutionis huius obstacula sicut illi succinctoria consuerunt. contexat et dicat: 'postquam autem uir naturali adpetitu cognouit uxorem, dicit scriptura diuina, concepit Eua et peperit filium, et uocauit nomen eius Cain. sed quid', inquit, 'dicit Adam audiamus: adquisiui hominem per deum. unde constat opus dei esse, quem per deum adquisitum scriptura diuina testatur.' quis hinc dubitet? quis hoc neget, maxime catholicus christianus? opus dei est homo; sed carnis concupiscentia, sine qua, si peccatum non praecessisset, tranquillae uoluntati oboedientibus sicut cetera membra genitalibus seminaretur homo, non est a patre, sed ex mundo est.

18. Verum nunc, obsecro te, paulo adtentius intuere, quod nomen inuenerit, quo rursus operiret quod erubescit aperire. 'genuerat enim eum', inquit, 'Adam potentia membrorum, non diuersitate meritorum'. quid dixerit 'diuersitate meritorum', fateor, non intellego; sed potentia membrorum, credo, illud uoluit dicere, quod pudet euidenter dicere. maluit enim dicere membrorum potentiam quam carnis concupiscentiam. plane, etiamsi non cogitauit, significauit aliquid, quod ad rem pertinere uideatur. quid enim potentius membris hominis, quando

7 Gen. 4, 1 9 Gen. 4, 2 12. 15 I Ioh. 2, 16

1 eum *om. m* 3 filia *K* ficulnea *TFEKRVPbd* 4 sibi *om. T* 5 subcinctoria *T* 6 aut *m* uir *om. CF* 8 kayn *W* kain *S* quid *om. T* inquid *T* 9 audiuimus *R* atquisiui *K* 10 atquisitum *K* 11 dubitat *C* 14 sicuti *RMbd* seminaret *VP* 15 homo non est homo sed est concupiscentia quę non est ex patre sed ex mundo est *VP* homo non est concupiscentia quae non ex patre sed ex mundo est *KRN* est *om. T* a] ex *T* 17 nouum nomen *VP* 19 quid —meritorum *om. T* diuersitatem *F* 20 potentiam *F* membrorum] meritorum *P* 22 potentia *TRVNbd* concupiscentia *TERVNbd* 23 pertineret *m* 24 uideatur *om. m*

non seruiunt uoluntati hominis? quae tamen etsi frenentur temperantia uel continentia, usus eorum aliquantum, motus tamen eorum non est in hominis potestate. genuit ergo Adam filios hac, ut iste dicit, membrorum suorum potentia, de qua priusquam illos gigneret, erubuit post peccatum. si autem non peccasset, non eos genuisset membrorum potentia, sed membrorum oboedientia. ipse quippe esset potens, ut eis subiectis uoluntate imperaret, si potentiori et ipse subiectus eadem uoluntate seruiret.

VIII. 19. Post aliquanta iterum: 'dicit scriptura diuina', inquit, 'cognouit Adam Euam uxorem suam et concepit et peperit filium. et uocauit nomen eius Seth dicens: suscitauit mihi dominus semen aliud pro Abel, quem occidit Cain', deinde addit et dicit: 'ad documentum instituti coitus ipsum semen diuinitas dicitur excitasse'. non intellexit homo iste quod scriptum est; putauit enim ad hoc esse dictum: suscitauit mihi dominus semen aliud pro Abel, ut crederetur deus illi excitasse libidinem coeundi, cuius motu excitaretur semen, ut gremio feminae possit infundi. nescit non esse dictum 'excitauit mihi semen' nisi 'dedit mihi filium'. denique hoc Adam non dixit post coitum suum, quo semen emisit, sed post coniugis partum, quo filium deo donante suscepit. nam quae gratulatio est nisi forte libidinosorum et suum uas in morbo concupiscentiae, quod uetat apostolus, possidentium, si semen extrema coeundi uoluptate fundatur nec sequatur conceptus aut partus, ubi nuptiarum uerus est fructus?

11 Gen. 4, 25 24 cf. I Thess. 4, 5

1 quae] qua *MSWAmμ* tamen] tam *TKPN* frenetur *FKVN* 2 ausus *TKRVPN* aliquantulum *VP* 3 ergo *om. VP* 4 ac *VP* 8 imperaret] temperaret *R* 10 diuina scriptura *P* 12 uocauitque *C* sedh *CKR* 14 kain *SW* addidit *CKPN* 15 diuinitus *BMSWAμ* 16 enim *om. TKRVPN* 17 suscitauit enim *TKRN* aliud semen *N* aliud *om. E* 18 deus illi deus *m* libidinem *om. m. 1 E* 19 excitatur *TKRBMSWAm* excitatū *μ* in gremio *W* posset *m. 2 F, bd* 20 aliud dictum *P*, (aliud *in mg.*) *F* 25 extremum *N* uoluntate *T*

[illegible] originale peccatum. nam si semen ipsum [illegible] quid est quod scriptum est in libro Sapientiae: non ignorans quoniam nequam est natio illorum et naturalis malitia ipsorum. et quoniam non poterat mutari cogitatio illorum in perpetuum: semen enim illorum erat maledictum ab initio? nempe de quibuscumque dicat ista, de hominibus dicit. quomodo est ergo cuiuslibet hominis malitia naturalis et semen maledictum ab initio, nisi ad illud respiciatur, quod per unum hominem peccatum intrauit in mundum et per peccatum mors. et ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt? cuius autem hominis mala cogitatio non potest mutari in perpetuum, nisi quia per se ipsam non potest, sed si gratia diuina subueniat? qua non subueniente quid sunt homines nisi, quod ait apostolus Petrus, uelut muta animalia procreata naturaliter in captiuitate et interitu? unde uno loco Paulus apostolus utrumque commemorans, et iram dei, cum qua nascimur, et gratiam, qua liberamur, et nos omnes, inquit, aliquando

3 cf. Op. imp. IV 123 7 ib. IV 123 (*si—ab initio*) 8 Sap. 12, 10. 11 12 Op. imp. IV 123 (*nempe—dicit*) 15 Rom. 5, 12 21 II Petr. 2, 12 24 Eph. 2, 3

3 ex semine (*s.* semine *add. m. 2* istere) *C* existere *b* 5 hominis *CFEb* humani seminis *TKBVPN* seminis *d* 7 origenale *K* 8 ignorant *KVPN* 9 eorum *A* et *om. P* 10 cog. illorum mut. *P* 11 imperpetuum *E* enim *om. RP* illorum *Cb, om. cet.* 12 dicat *K* iste *P* 13 quomodo enim *B* ergo est *C* hominis *om. R* 14 allud *m. 1 C* 17 transiit *B* cucus *m. 1 K* cuius autem] Quid est autem *in ras. F* 18 in perpetuum mutari *bd* 19 per] ab *C* subueniat (*in mg.* potest) *F* 20 qua] quia *R* agit *W* petrus apostolus *C* 22 captiuitatem et interitum *VPNbd* 23 ira *W* 24 gratia *K*

conuersati sumus in desideriis carnis nostrae, facientes uoluntatem carnis et affectionum, et eramus natura filii irae sicut et ceteri; deus autem, qui diues est in misericordia, propter multam dilectionem, qua dilexit nos et, cum essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos Christo, cuius gratia sumus salui facti. quid est ergo malitia naturalis hominis et semen maledictum ab initio et procreati naturaliter in captiuitate et interitu et natura filii irae? numquid in Adam natura ista sic condita est? absit; sed quia in illo uitiata, sic per omnes iam naturaliter cucurrit et currit, ut ab hac perditione non liberet nisi gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum.

VIIII. 21. Quid est ergo quod iste adiungit et dicit de Noe et filiis eius, quod 'similiter benedicti sint ut Adam et Eua dicente deo: crescite et multiplicamini et replete terram et dominamini eius'? quibus dei uerbis addit sua dicens: 'uoluptas ergo ista, quam tu diabolicam uis uideri, iam in supradictis coniugibus habebatur, quae ut institutione bona ita etiam benedictione permansit. non enim dubitatur de hac ad Noe et filios eius corporum commixtione dictum, cuius iam usus inoleuerat: crescite et multiplicamini et replete terram'. non opus est eadem multis uerbis repetere. de uitio hic agitur, quo est deprauata natura bona, cuius uitii auctor est diabolus, non de naturae ipsius bonitate, cuius auctor est deus, qui neque ab ipsa uitiata deprauataque

11 cf. Rom. 7, 25 15 Gen. 9, 1

3 diuis *K* 5 dilexit nos misertus est nostri et cum essemus (misertus—essemus *in ras.*) *F* et *om. N* 7 naturalis malitia *P* 8 et *om. SWAmμ* captiuitatem et interitum *VPNbd* 9 nunquid (*m. 2* num *in* nun *semper mut.*) *F* 11 perditionis massa *VP* liberetur *N* 13 est *om. m. 1 T* 14 sunt *P* 16 addidit *KRN* et sua *N* 17 uoluntas *TC m. 2* 18 habebat *B* institutionē *K* 19 etiam] et *TKRVPN* benedictio *S* 20 ad filios *Vbd* 22 terram (te *s. l. m. 2*) *C* non—*274, 7* qui non *om. m* 24 cuius *in mg. T* est auctor *BMSWAμ*

natura suam abstinuit bonitatem, ut auferret hominum fecunditatem, uiuacitatem, sanitatem ipsamque substantiam animi et corporis, sensus atque rationem, alimenta, nutrimenta, incrementa, qui etiam facit oriri solem suum super bonos et malos et pluit super iustos et iniustos et quidquid boni est naturae humanae a deo bono etiam in illis hominibus qui non liberabuntur a malo.

22. Voluptatem tamen iste et hic dixit, quia potest uoluptas et honesta esse, non dixit carnis concupiscentiam uel libidinem, quae pudenda est. sed in consequentibus aperuit uerecundiam suam nec dissimulare potuit ab eo, quod uiolenter ipsa natura praescripsit. 'et illud', inquit, 'propter hoc relinquet homo patrem et matrem et adhaerebit uxori suae, et erunt duo in carne una, et post haec dei uerba sua ipse subiungens, ut exprimeret', inquit, 'fidem operum, propheta prope periculum pudoris accessit'. o aperta prorsus et ui ueritatis extorta confessio! propheta ergo, ut exprimeret fidem operum, prope periculum pudoris accessit, quia dixit: erunt duo in carne una, ubi commixtionem maris et feminae intellegi uoluit. dicatur causa, cur in exprimendis operibus dei propheta prope periculum pudoris accesserit. itane uero humana opera pudenda esse non debent, sed plane glorianda, et diuina pudenda sunt? itane uero in eloquendis et exprimendis operibus dei non honoratur prophetae uel amor uel labor, sed periclitatur pudor? quid enim deus potuit facere, quod eius praedicatorem

4 Matth. 5, 45 12 Gen. 2, 24 Op. imp. IV 31 (*propter—accessit*) 16 Op. imp. IV 31 (*aperta—confessio*) 18 Gen. 2, 24 20 Op. imp. IV 31 (*dicatur*—275, 8 *mentis*)

1 naturā *P* abstenuit *m. 1 K* abstulit *VP* aufferret *W* hominum] ab homine *Fd* 2 et animi *C* 4 etiam] et *A* suum *om. S* 5 quicquid *BP* 6 est boni *BMSWAμ* bonum *P* bono est *P* 8 uoluntatem *CTE* uoluntas *CTE* 9 onesta *K* 11 potuit *om. T* 12 praescribit *T* pscripsit *P* relinquid *K* 13 patrem suum *VP* suae *om. T* 14 dei *om. T* 15 expromeret *K* fidem inquit operum *SW* propheta *om. C* 16 o aperta] operta *V* çui *T* 17 exorta *TB* extorta (τ *s. l. m. 1*) *S* expremeret *K* 20 cur *om. P* 21 accessit *A* 24 pereclitatur *K* 25 potuit ds *VPbd*

pudeat dicere et, quod est grauius, pudeat hominem alicuius operis, quod non homo, sed deus fecit in homine, cum omnes opifices quanto possunt labore et industria id agant, ne de suis operibus erubescant? sed profecto illud nos pudet, quod puduit primos illos homines, quando pudenda texerunt. illa est poena peccati, illa plaga uestigiumque peccati, illa inlecebra fomesque peccati, illa lex in membris repugnans legi mentis, illa ex nobis ipsis aduersus nos ipsos inoboedientia iustissimo reciprocatu inoboedientibus reddita. huius nos pudet et merito pudet. nam si hoc non esset, quid nobis esset ingratius, quid inreligiosius, si in membris nostris non de uitio uel de poena nostra, sed de dei confunderemur operibus?

X. 23. Dicit etiam iste multa frustra de Abraham et Sarra, quomodo ex repromissione acceperint filium, et tandem concupiscentiam nominat, non tamen addit carnis, quia ipsa pudenda est. in concupiscentiae autem nomine aliquando gloriandum est, quia est et concupiscentia spiritus aduersus carnem, est et concupiscentia sapientiae. ait ergo: 'certe hanc concupiscentiam, sine qua nulla fecunditas est, malam naturaliter definisti. unde ergo per donum caeleste in senibus excitatur? adstrue iam hoc, si potes, ad opus diaboli pertinere, quod deum uides conferre pro munere'. ita hoc dicit, quasi concupiscentia carnis illis ante defuerit et hanc eis donauerit deus, quae procul dubio inerat in corpore mortis huius; sed fecunditas defuit, cuius auctor est deus, et ipsa donata est quando uoluit deus.

7 cf. Rom. 7, 23 9 Op. imp. IV 31 (*huius—operibus*) 17 cf. Gal. 5, 17 18 Sap. 6, 21

1 quid *C* 3 quantum *CFP* agunt *CF* 4 illud] aliud *N* quȧ *N* 5 illos primos *E* pudenda illa *A* 6 illa—peccati *in mg. K* uestiumque μ 7 lex] res *T* 10 non esset hoc *B pr.* esset] pudet (*s. exp. add.* esset, *sed in mg. m. 2 add.* puderet) *C* 11 inrelegiosius *K* in *om.* μ 12 de *pr. om. TKPN* 14 acceperit ex repromissione *A* promissione *VP* acceperit *KRN* filium *om. N* 15 addidit *N* 17 et *om. P* est *om. F* 18 certe] certe inquid *T* 20 sensibus *TA* 21 iā si poꝫ hoc *S* 22 dixit *A* carnis *om.* μ 23 donauerit eis *B* 24 feconditas *K* 25 deus est *C*

absit autem, ut dicamus, quod nos putauit esse dicturos, Isaac sine concubitus calore generatum.

XI. 24. Sed ipse iam dicat, quare interiret anima eius de genere suo, si circumcisus die non esset octauo, quid ipse peccasset, quid offendisset deum, ut de aliena in se neglegentia tam seuera sententia puniretur, si nullum esset originale peccatum. de circumcidendis enim deus sic mandauit infantibus: masculus qui non circumcidetur carnem praeputii sui octauo die, disperiet anima eius de genere suo, quia testamentum meum dissipauit. dicat iste, si potest, quomodo puer ille testamentum dei dissipauit octo dierum, quantum ad ipsum proprie adtinet, innocens infans, et tamen nullo modo deus uel sancta scriptura id mendaciter diceret. tunc ergo dissipauit testamentum dei, non hoc de imperata circumcisione, sed illud de ligni prohibitione, quando per unum hominem peccatum intrauit in mundum et per peccatum mors, et ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt. et hoc in illo significabatur expiari circumcisione octaui diei, hoc est sacramento mediatoris in carne uenturi, quia per eandem fidem uenturi in carne Christi et morituri pro nobis et tertio die, qui post septimum sabbati fuerat futurus octauus, resurrecturi etiam iusti saluabantur antiqui. traditus est enim propter delicta nostra et resurrexit propter iustificationem nostram. ex quo enim instituta est circumcisio in populo dei, quod erat tunc signaculum

8 Gen. 17, 14 15 Rom. 5, 12 23 Rom. 4, 25 25 ib. cf. 4, 11

1 quando *m. 1 C* dicturus *K* ysaac *EWAμ* 2 concubitu* *K* squalere *N* 4 non esset die octauo *μ* octaua *C* 5 offendisset] ostendisset *S* 6 est *TKVPBMSWmμ* 8 circumciditur *KRVP* circumcidit *N* carne *RVP* 9 eius] illa *T* 10 meum *ex* suum *C* dicat—dierum *om. m* 11 ille] iste *in ras. E* octo dierum testamentum *BMSWA* dei *om. KRVPBMAμ* octo dierum *om. N* 14 tum *N* ergo] uero *N* 15 ligni uetiti *N* 19 circumcisioni *S* octaua die *T* 21 septimum diem *μ* 22 erat *T* futurus] uen |¦ futurus *m* saluantur *KRVPN* 24 surrexit *F* 25 iusti tuta *W* quę *BSWAmμ*

iustitiae fidei, ad significationem purgationis ualebat et paruulis originalis ueterisque peccati, sicut et baptismus ex illo ualere coepit ad innouationem hominis, ex quo est institutus, non quod ante circumcisionem iustitia fidei nulla erat — nam cum adhuc esset in praeputio, ex fide iustificatus est ipse Abraham, pater gentium, quae fidem ipsius fuerant sectaturae — sed superioribus temporibus omni modo latuit sacramentum iustificationis ex fide. eadem tamen fides mediatoris saluos iustos faciebat antiquos, pusillos cum magnis, non uetus testamentum quod in seruitutem generat, non lex quae non sic est data, quae posset uiuificare, sed gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum, quia sicut credimus nos Christum in carne uenisse, sic illi uenturum, sicut nos mortuum, ita illi moriturum, sicut nos resurrexisse, ita illi resurrecturum, et nos uero et illi ad iudicium mortuorum uiuorumque uenturum. non ergo iste humanam male defendendo inpediat a salute naturam, quia omnes sub peccato nascimur et per unum solum, qui sine peccato natus est, liberamur.

XII. 25. 'Ista', inquit, 'corporum commixtio cum calore, cum uoluptate, cum semine a deo facta et pro suo modo laudabilis adprobatur, quae aliquando etiam amplum efficitur munus piorum'. dixit 'cum calore', dixit 'cum uoluptate', dixit 'cum semine', non tamen dicere ausus est 'cum libidine'. quare, nisi quia nominare erubescit, quam laudare non erubescit?

10 cf. Gal. 4, 24 cf. Gal. 3, 21 11 Rom. 7, 25 20 Op. imp. V 6 (*Ista—adprobatur*) 24 cf. ib. V 7

1 ad] ita ad *Fd* 2 in paruulis *m. 2 F, d* ueteris originalisque *VP* ueteris *BMWAmμ* et ueteris *S* 3 inouationem *V* inuocationem *P* 5 erat *om. S* 6 abraham ipse *C* quē *W* 10 quae *BMSWmμ* quo *A* 11 data est *BSWAmμ* possit *KP* 15 uiuorum mortuorumque *T* 16 ergo] error *T* 17 qua *P* 18 natus *om. B* 21 uoluntate *T* facta est *m* 22 q* (*s.* q *add.* a) *F* 23 uoluntate *T* 24 tamen] tantum μ ausus est dicere *C* dicere *om. N* 25 quam *om. FE;* quam—erubescit *om. W* laudari *m. 1 C*

munus autem piorum propagatio est fecunda filiorum, non commotio pudenda membrorum, quam non haberet in generandis filiis natura sana, nunc autem habet eam natura uitiata. ac per hoc et qui inde nascitur indiget renasci, ut sit membrum Christi, et de quo nascitur, si iam renatus est, indiget liberari ab ea quae in corpore mortis huius est lege peccati. quae cum ita sint, quomodo adiungit et dicit: 'confitearis ergo necesse est originale quod finxeras interisse peccatum?' non ego finxi originale peccatum, quod catholica fides credit antiquitus; sed tu, qui hoc negas, sine dubio es nouus haereticus. sub diabolo autem sunt iudicio dei omnes cum peccato generati, si non fuerint in Christo regenerati.

XIII. 26. Sed quia de Abraham loquebatur et Sarra, subiunxit atque ait: 'quodsi dixeris: usus in eis uigebat et fetus non erat, respondebo: quem conditor promisit, conditor dedit, non concubitus, sed dei est opus qui nascitur. qui enim primum hominem fecit ex puluere, omnes fabricatur ex semine. sicut ergo tunc limus qui adsumptus est materia non auctor hominis fuit, ita nunc uis illa uoluptatis, confectrix commixtrixque seminum, non explet operationis uicem, sed de thesauris naturae offert deo, unde ille hominem dignetur operari'. haec omnia, quae dixit, excepto quod ait a uoluptate semina confici atque misceri, recte diceret, si in eis catholicum sensum defendere niteretur; quia uero scimus quid ex his moliatur efficere, profecto dicit etiam recta peruerse. illud itaque, quo excepto cetera uera esse non abnuo, ideo non est uerum, quia

1 Op. imp. V 7 (*munus—renasci*) 17 cf. Gen. 2, 7 18 Op. imp. V 11 (*sicut—operari*)

2 commutatio *R* cõmixtio *T* 3 autem] aut *BMSμ* aut.. *W* eam habet *BMSAmμ* eam *om. W* naturâ *m. 1 K* hac *K* 5 de *s. l. F; in mg. m. 2 add.* ex 7 confiteris *RP* 8 interiisse *FVbd* non—peccatum *om. R* 11 omnipotentis dei *R* 14 atque] et *B* 16 opus est *RVbd* quod nascitur *BMWAmμ* enim *om. W* 17 hominem primum *W* 19 fuit hominis *E* uoluntatis *T* commistrixque *P* 22 a *om. N* uoluntate *T* 23 in *om. T* 25 etiam dicit *μ* 26 esse uera *MSWAmμ* esse *om. P* annuo *RP*

uoluptas illa concupiscentiae carnalis non conficit semina, sed ea quae iam sunt in corporibus a uero deo condita. a quo ipsa conduntur et corpora, non fiunt uoluptate, sed excitantur et emittuntur cum uoluptate. utrum autem utriusque sexus semina in muliebri utero cum uoluptate misceantur, uiderint feminae quid in secretis uisceribus sentiant; nos non decet inaniter usque ad ista esse curiosos. libido tamen illa erubescenda — unde pudenda ipsa appellata sunt membra — non fuit in corpore uitae illius, quae in paradiso fuit ante peccatum, sed coepit esse in corpore mortis huius retributa inoboedientia inoboedientiae post peccatum. sine qua libidine poterat opus fieri coniugum in generatione filiorum, sicut multa opera fiunt oboedientia ceterorum sine illo ardore membrorum, quae uoluntatis nutu mouentur, non aestu libidinis concitantur.

27. Adtende cetera: 'hoc etiam', inquit, 'apostoli confirmat auctoritas; cum enim beatus Paulus de mortuorum resurrectione loqueretur, ait: insipiens, tu quod seminas non uiuificatur, et infra: deus autem dat illi corpus prout uult et unicuique seminum proprium corpus. si ergo deus', inquit, 'humano semini, quod nemo negat uel prudentium uel piorum, proprium sicut omnibus rebus corpus adtribuit, unde quemquam reum natum probabis? tandem oro respicias, quibus laqueis peccati naturalis suffocetur adsertio. uerum age', inquit, 'tecum, precor, mitius. mihi crede, etiam te deus fecit, sed, quod fatendum est, grauis error infecit. quid enim potest profanius dici. quam quod deus hominem aut non fecerit aut,

1 Op. imp. V 11 (*uoluptas—cum uoluptate*) 17 I Cor. 15, 36 18 ib. 15, 38

1 uoluntas *T* non *om. m. 1 T* 2 non sunt *C* est *P* 3 et ipsa *Vbd* ipso *C om. N* et *om. Vbd* a uoluptate *Vbd* uoluntate *T* 4 et] ut *T* emittur *K* mittantur *T* uoluntate *T* 5 uoluntate *T* 7 curiosus *m. 1 K* erubiscendo *K* 8 unde] uel *VP* 10 inoboedientia *om. TKRVPN* 11 non poterat *B* 12 coniugiū *S* 13 obedientia *RP* ullo *KRPN* 14 incitantur *N* 16 paulus apostolus *P* 18 uiuificatur nisi prius moriatur *R* illi dat *TEKPN* 20 homano *S* 21 corpus *om.* μ 22 respicies *m. 1 C, E* 24 inquio *C* precor] prior *R* 25 sed] et *R* grauius *EP* 26 hominem *om. P*μ

ut dicis, diabolo fecerit aut certe diabolus dei sit imaginem, hoc est hominem fabricatus, quod non minus stultum dinoscitur esse quam inpium? ergo tam inops', inquit, 'tam inuerecundus deus est, ut non habuerit quod in praemium sanctis hominibus daret, nisi quod deceptis diabolus infudit in uitio? uis autem scire, quod etiam in his, qui sancti non sunt, hanc generationum potentiam deus tribuisse probetur? eo igitur tempore, cum Abraham metu percussus gentis barbarae Sarram, quae uxor erat, sororem suam dixit, refertur Abimelech rex illius prouinciae adduxisse eam in noctis usum. sed deus, cui curae erat honor sanctae mulieris, in somnis Abimelech ueniens regiam frenauit audaciam comminatus interitum, si pergeret uiolare coniugium. tunc Abimelech ait: numquid, domine, gentem ignorantem et iustam perdes? nonne ipsi dixerunt se germanitate coniunctos? surrexit ergo mane Abimelech et accepit mille didragma argenti et oues et uitulos et pueros et ancillas et dedit Abrahae atque a se mulierem remisit intactam. orauit uero deum Abraham pro Abimelech; et sanauit deus Abimelech et uxorem et ancillas eius'. cur autem haec tanta prolixitate narrauerit, accipe breuiter. in his enim quae secutus adiunxit 'deus', inquit, 'orante Abraham curauit potentia dispensationis secretae, quae nota est uerecundis

8 cf. Gen. 20, 2. 3 13 Gen. 20, 4 15 cf. Gen. 8. 14. 17

2 non *om.* *T* 3 inquio *C* *om.* *B* 4 inquit deus *B* 5 fudit *KRBMAm*μ fuit *SW* fudisset *VP* uitio] initio *V* 7 cum] quo *RN* quod *V* 8 percussus] percitus *KRN*, *m. 1 T* percinctus *V* p̄cinctus *P* perculsus *Fbd* perterritus *m. 2 T* barbarae gentis *N* 9 abymelech *SW* prouintiae *CK* 10 abduxisse *KVNF m. 2* usu *MSWAm*μ cura *CE* 12 conminatus *T* cominatus *P* 13 nunquid (*sic semper*) *P* 14 perdes] interficies μ ipse *K* 16 didragmas *TVP* didragmata *NC m. 2* didrachmas *d* 17 et ancillas et pueros *N* a *om.* *P* remisit mulierem *F* 18 dñm *CE* 19 dñs *F* uxorem eius *TKPN* 20 breuiter enim in his *KRN* his enim] is *P* his *FTVbd* 21 abraham *om.* *SW* 22 secrete *TKVPS* quae *om.* *TKRPN* nota] mota *E*, (*in textu; in mg.* nata) *F* ammota *KRVP* admota *TN* uerendis *Kd* in uerecundis (in *add. m. 2*) *F*

uilium feminarum, quia clauserat deus aforis omnem uuluam in domo Abimelech. uide ergo', inquit, 'utrum naturaliter malum dici debet, quod interdum aufert exasperatus deus redditque placatus. ipse', inquit, 'facit et piorum filios et inpiorum, quoniam quod fiunt parentes, ad naturam pertinet, quae deo gaudet auctore, quod autem inpii sunt, ad studiorum prauitatem, quae unicuique de libera uoluntate contingit'.

XIIII. 28. His omnibus, quae tam multa dixit, respondemus nihil diuinis testimoniis, quae interposuit, esse dictum de pudenda libidine, quam dicimus non fuisse in corpore beatorum, quando nudi erant et non confundebantur. nam primum illud apostoli de seminibus dictum est frumentorum, quae prius moriuntur, ut uiuificentur. quam sententiam scilicet apostolicam quo consilio nescio noluit iste conplere; nam eam huc usque commemorauit: insipiens, tu quod seminas non uiuificatur. apostolus autem addit: nisi moriatur. sed iste, quantum existimo, quod de frumentis dictum est, de humano semine accipi uoluit ab eis, qui haec legunt et scripturas sanctas uel nesciunt uel non recordantur. denique non solum istam sententiam decurtauit, ut non adderet: nisi moriatur, uerum etiam sequentia praetermisit, ubi aperuit apostolus de quibus seminibus loqueretur. ait enim apostolus: et quod seminas, non corpus quod futurum est seminas, sed nudum granum fere tritici aut alicuius ceterorum. his praetermissis iste contexuit quod deinde dicit apostolus: deus autem illi dat corpus prout uult et unicuique

1 Gen. 20, 18 11 cf. Gen. 2, 25 15 I Cor. 15, 36 22 I Cor. 15, 37 26 cf. Op. imp. V 14 I Cor. 15, 38

1 concluserat *VP* 2 domum *Ebd* ergo *om. N* 3 dicit *P* debeat *N* offert *m. 1 C* 4 reddiditque *A* faciet *P* 5 quod] qui μ *om. m* 6 auctorem *m. 1 C* 7 dilibera *m. 1 C* 8 respondimus *K* 9 dictum *om. A* 14 cōpellere (*in mg.* complere) *E* 16 addidit *TKRN* moriantur *T* 17 non de humano *A* 18 eis] his *P* leguntur *S* 19 *pr.* uel *om. BMSWA*μ 21 apostolus aperuit *N* 22 ait] addidit *V* enim *om. R* 24 fere] uere *S* farris *VP*

seminum proprium corpus, tamquam de concumbente homine dixerit apostolus: insipiens, tu quod seminas non uiuificatur, ut intellegeremus non ab homine concubitu filios seminante, sed a deo uiuificari semen humanum. sic enim fuerat praelocutus, quia 'uoluptas illa non explet operationis uicem, sed de thesauris naturae offert deo, unde ille hominem dignetur operari', et subiunxit testimonium, quasi hoc dixerit apostolus: insipiens, tu quod seminas non uiuificatur, hoc est non a te uiuificatur, sed hominem de tuo semine deus operatur, tamquam ab apostolo media illa, quae praetermisit iste, non dicta sint atque ita se habeat eius sententia, uelut de humano semine loqueretur: insipiens, tu quod seminas non uiuificatur; deus autem illi dat corpus prout uult et unicuique seminum proprium corpus. denique post haec apostoli uerba sic infert sua: 'si ergo deus', inquit, 'humano semini, quod nemo negat uel prudentium uel piorum, proprium sicut omnibus rebus corpus adtribuit', quasi apostolus de humano semine in illo testimonio sit locutus.

29. De qua fraude quid adiuuaretur eius intentio, cum aliquanto adtentius cogitarem, nihil potui reperire, nisi quia testem uoluit adhibere apostolum, quo probaret deum, quod et nos dicimus, de humanis seminibus hominem operari. et cum ei testimonium nullum occurreret, isto abusus est fraudulenter, timens utique, ne forte, si adpareret apostolum non de humanis seminibus, sed de frumentis illa dixisse, hinc admoneremur, unde refutaretur non religiosae uoluntatis, sed libidinosae uoluptatis pudens nominator et inpudens praedicator.

12 I Cor. 15, 36. 38 26 Op. imp. V 15 (*refutaretur—283, 7 libidine*)

1 cuncumbente *K* 3 filio *C* 4 uiuificari] uiuificare *KVP* uiuificante fieri *N* 5 plocutus fuerat *P* fuerat *om. R* erat *W* operationes *K* 6 thensauris *T* offer *W* dignetur hominem *T* 7 subiungit *KRPN* subiuncxit *T* 9 a te non *C* 10 ab *om. m. 1 T* 17 attribuit corpus *B* 22 et *om. S* hominem *om. TKRVPN* 23 occuret *P* 24 apparet *P* apostolus *KRN* 26 refateretur *R*

de ipsis quippe seminibus quae in agris agricolae seminant, potest iste redargui. cur enim non credamus deum potuisse in paradiso concedere homini beato de suo semine, quod concessum uidemus agricolis de tritici semine, ut eo modo illud sereretur sine ulla pudenda libidine ad uoluntatis nutum membris obsequentibus genitalibus. sicut hoc seritur sine ulla pudenda libidine ad uoluntatis nutum agricolarum obsequentibus manibus, honestiore in parentibus gignendorum desiderio filiorum, quam est inplendorum in arantibus horreorum, ac deinde creator omnipotens incontaminabili ubique praesentia et creatrice potentia de seminibus hominum prout uellet, quod et nunc facit, operaretur in femina, sicut de seminibus frumentorum prout uult operatur in terra, beatis matribus sine libidinosa uoluptate concipientibus, sine aerumnoso gemitu parientibus, quandoquidem in illa felicitate et in corpore nondum mortis huius, sed uitae illius non esset feminis in excipiendis seminibus quod puderet, sicut non esset in edendis fetibus quod doleret? quisquis non credit uel credi non uult hominibus ante omne peccatum in illa paradisi felicitate uersantibus hoc potuisse dei uoluntate et benignitate concedi, non optandae fecunditatis laudator, sed pudendae uoluptatis amator est.

XV. 30. Item aliud ex libro diuino testimonium, quod posuit de Abimelech et deo uolente clausa omni uulua in domo eius, ne mulieres eius parerent atque aperta rursus ut parerent,

2 Op. imp. V 15 (*cur—5 libidine*)

1 agriculae *K* 2 potest] pestē *W* ipse *bd* redarguit *W* non potuisse *S* 3 et in *T* semini μ 4 uidimus *K* 6 membris—nutum *om. B* ulla *om. S* 8 onestiori *K* honestiori *P* gigendorum *T* desiderii *m. 1 C* 9 horreorum] hebreorum μ hereticorum *S* hac *K* 12 femine *K* frumentorum seminibus *N* 13 operator *K* 14 erumpnoso μ 15 quoquidem *m* in illa] illi a *E* 16 sed uitae illius *om. S* ut non *W* 17 seminibus—edendis *in mg. inf. m. 2 add. T* edendendis *W* 18 quod *om. S* credit *PA* 19 peccatum omne *E* illo *m. 1 C* 21 obtande *KP* 24 amimelech *T* 25 atque—parerent *om. P*

quid ad rem pertinet? quid habet de illa pudenda libidine, de qua nunc quaestio est? numquid ipsam deus detraxit illis feminis reddiditque cum uoluit? sed poena fuit, ut parere non possent, beneficium uero, ut parere possent more huius corruptibilis carnis. non enim tale beneficium deus conferret corpori mortis huius, quale non haberet nisi corpus uitae illius in paradiso ante peccatum, ut et conceptus proueniret sine libidine pruriente et partus sine dolore cruciante. cur autem non intellegamus, quoniam quidem dicit scriptura aforis omnem uuluam fuisse conclusam, aliquo dolore factum esse, ut non possent feminae concubitum perpeti, qui dolor deo suscitante fuisset inflictus, miserante detractus? nam si ad inpedimentum serendae prolis esset libido detrahenda, uiris esset detrahenda, non feminis. femina enim posset uoluntate concumbere etiam desistente libidine, qua stimularetur, si uiro non deesset, qua excitaretur. nisi forte, quia scriptum est, et ipsum Abimelech fuisse sanatum, uirilem dicturus est ei libidinem redditam. quam profecto si amiserat, quid opus fuit eum diuinitus admoneri, ut Abrahae non misceretur uxori? sed sanatum dicit, quia domus eius ab illa peste sanata est.

XVI. 31. Iam nunc illa tria uideamus, quorum trium quodlibet dixerimus, nihil ait dici posse profanius: quod hominem deus aut non fecerit aut diabolo fecerit aut certe diabolus dei sit imaginem, hoc est hominem fabricatus. horum trium primum et nouissimum non dici a nobis etiam ipse, si non sit excors aut nimium peruicax, confitetur. de illo

10 cf. Op. imp. V 16

1 quod *pr. m. 1 C* *pr.* de] in *N* 2 ipsa *P* 3 reddeditque *K* reddidit *S* 5 carnis] corporis *TKRVPN* corporis *P* corpore *A* 6 qualē *P* haberet et *T* habet *N* 7 et *om. S* pueniret *P* proueniret et *T* 8 dolo *B* 9 quandoquidem *bd* afforis *m* 10 clausam *B* 11 suscitante *CTFE* irascente *KRVPN* succensente *bd* 12 fuisse *W* 14 *alt.* feminę *RN* possent *NR m. 2* 15 dissistente *P* stimularentur *N* 18 ammoneri diuinitus *S* 19 abrahā *T* ammisceretur *BMSWmμ* admisceretur *A* 22 nil *P* prophanius *P* quod] quā quod *BMWAμ* qm̄ quod *S* 23 diabolus *P* 25 horum] quorum *N*

quaestio est, quod secundo medioque loco posuit, ubi sic fallitur, ut a nobis hoc existimet dici, quod diabolo deus hominem fecerit, tamquam in hominibus quos deus ex hominibus parentibus creat, hoc intendat, hoc curet, hoc sui operis ratione prouideat, ut habeat diabolus seruos, quos ipse sibi facere non potest. absit, ut hoc qualiscumque uel puerilis pietas suspicetur. bonitate sua deus fecit homines, et primos sine peccato et ceteros sub peccato, in usus profundarum cogitationum suarum. sicut enim de ipsius diaboli malitia nouit ille quid agat et quod agit iustum est et bonum, quamuis sit de quo agit iniustus et malus, nec eum propterea creare noluit, quia malum futurum esse praesciuit: ita de uniuerso genere humano, quamuis nullus hominum sine peccati sorde nascatur, bonum ille qui summe bonus est operatur, alios faciens tamquam uasa misericordiae, quos gratia discernat ab eis, qui uasa sunt irae, alios tamquam uasa irae, ut notas faciat diuitias gloriae suae in uasa misericordiae. eat iste nunc et aduersus apostolum, cuius ista sententia est, argumentetur, immo aduersus ipsum figulum, cui respondere prohibet apostolus dicens: o homo, tu quis es, qui respondeas deo? numquid dicit figmentum ei qui se finxit: quare me sic fecisti? annon habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud uas in honorem, aliud in contumeliam? numquid ergo uasa irae negat esse iste sub diabolo? aut quia sub diabolo sunt, alius

16 Rom. 9, 23 20 Rom. 9, 20—22

1 uallitur *S* 3 quod *P* 4 curret *K* rationē *m* 5 facere sibi *E* 6 hoc *om. T* inpietas (in *s. l. add.*) *F* 7 facit *TKRVPd* primo *R* 8 cetero *W* 10 agit] ait *A* 12 non noluit *CEF in textu, F in mg.* noluit esse *om. S* praescribit *R* praesciit *K* 13 sorde peccati *N* 14 sūmę *W* subme *K* 15 uas *E* 16 quia *R* alios— irae *om. RP* 17 faciet *C* 18 et hac iste *C* eatis te *K* sentia *m. 1 W* 19 responderi *TKVPN* 22 fixit *W* sic me *TFEKRVNbd* me *om. P* 24 nunquid *W* uasa ergo *S* 25 iste esse *RVMbd* esse *om. BSWAmμ*

ea quam ille facit, qui uasa misericordiae facit? aut aliunde et non ex eadem massa facit? hic itaque dicat: ergo deus uasa diabolo facit, quasi nesciat deus sic eis uti ad opera sua iusta et bona, sicut ipso utitur diabolo.

XVII. 32. An uero filios perditionis haedos sinistrae partis diabolo pascit et diabolo nutrit et uestit, quia facit solem suum oriri super bonos et malos et pluit super iustos et iniustos? sic itaque creat malos, quomodo pascit et nutrit malos, quia quod eis creando tribuit ad naturae pertinet bonitatem et quod eis pascendo et nutriendo dat incrementum non utique malitiae illorum, sed eidem bonae naturae quam creauit bonus bonum tribuit adiumentum. in quantum enim homines sunt, bonum est naturae, cuius auctor est deus; in quantum autem cum peccato nascuntur, perituri, si non renascuntur, ad semen pertinent maledictum ab initio illius antiquae inoboedientiae uitio. quo tamen bene utitur factor etiam uasorum irae, ut notas faciat diuitias gloriae suae in uasa misericordiae, ne meritis suis tribuat, si ad eandem massam quisque pertinens gratia liberetur, sed qui gloriatur, in domino glorietur.

XVIII. 33. Ab hac fide apostolica atque catholica ueracissima et fundatissima cum Pelagianis iste discedens non uult nascentes esse sub diabolo, ne paruuli portentur ad Christum, ut eruantur a potestate tenebrarum et in regnum ipsius transferantur. ac sic accusat ecclesiam toto orbe diffusam,

5 Op. imp. V 64 (*An—287, 5 transferantur*) 6 Matth. 5, 45 8 Op. imp. III 142 (*sic*—287, 2 *foras*), V 64 (*sic—nutrit malos*) 15 cf. Sap. 12, 11 17 Rom. 9, 23 19 cf. II Cor. 10, 17 24 cf. Col. 1, 13

1 ille] ipse *bd* quia *R* 2 et *om. TKRVPN* 5 hedos *C* sinistri *K* 6 pascit et diabolo *om. VP* et *pr. om. TKRN* qui *BSW*μ 7 *pr.* super *om. VA* 8 malos et nutrit *N* 11 eorum *TVbd* idem *C* 13 bonum est *s. l. m. 2 T* 14 si non] qui si non *CEKR* qui nisi *BMA*μ qui non *TSWmb; cf. Op. imp. c. Iul. III 142 et V 64* 15 renascantur *KPN* maledictum pertinent μ pertinet *EVP* 17 faciet *m. 1 C* 18 uasis *F* ne *om. N* suis] sui factoris *N* sic *E* 22 cum pelagianis *om. m. 1 E* pelagianus *NC m. 1*

in qua ubique omnes baptizandi infantuli non ob aliud exsufflantur, nisi ut ab eis princeps mundi mittatur foras, a quo necesse est uasa irae possideantur, cum ex Adam nascuntur, si in Christo non renascantur et in eius regnum per gratiam facta uasa misericordiae transferantur. contra istam fundatissimam ueniens ueritatem, ne uniuersam Christi ecclesiam obpugnare uideatur, quasi me unum alloquitur et uelut corripiens atque admonens dicit: 'etiam te deus fecit, sed, quod est fatendum, grauis error infecit'. sane quod me deus fecerit agnosco et gratias ago, qui tamen cum irae uasis perissem, si tantum ex Adam me fecisset et in Christo non refecisset. quod cum possessus Pelagiana inpietate non credit, si in tanto malo in finem usque perdurat, non ipse, sed catholici uideant, qualis et quantus eum error non infecerit, sed plane interfecerit.

XVIIII. 34. Adtende sequentia: 'quod autem', inquit, 'filii ex coniugio suscepti naturaliter boni sunt, apostolo dicente discamus, qui ait de inprobis: relicto naturali usu feminae exarserunt in desideria sua inuicem masculi in masculos turpitudinem operantes. ostendit ergo', inquit, 'usum feminae et naturalem esse et pro suo modo laudabilem, flagitium autem ex uoluntate propria exerceri contra institutionis pudorem. merito itaque', inquit, 'et in bene utentibus genus concupiscentiae modusque laudatur et in turpibus excessus eius punitur. denique eodem tempore deus Abrahae et Sarrae marcentia aeuo membra uegetauit, quo in Sodomis ipsa igneo

2 cf. Ioh. 12, 31 17 Rom. 1, 27 24 cf. Gen. 21, 1 cf. ib. 19, 24

1 exsuflantur *K* 3 possedeantur *K* 4 non *om. VPbd* et] ut *m. 1 K, FN* 7 unum me *B* 9 et quod *R* fatendum est *TKRPN* grauius *P* grandis *T* deus fecerit me *C* 10 quia *T* 12 palagiana *S* 13 fine *T* perduret *R* 14 et qualis *T* eum *om. S* 15 filii inquit *T* filii *om. S* 17 qui ait] quia id *K* ait] id *N* improbis dicit *N* 19 in usum *W* 20 modolo *K* modulo *RVPN* laudabile *K* flagitia *B* 21 autem *om. N* propria uoluntate *N* 22 utentibus] uiuentibus *TN* 24 ponitur *RP* eodem] eo *TFEKVPN* 25 quod *T* ipsis *T* ipse *FEKNC m. 1*

imbre puniuit. si igitur putas', inquit, 'accusandum membrorum uigorem, quoniam per ipsum Sodomitae flagitiis obliti sunt, accusabis etiam creaturam panis et uini, quoniam hinc quoque eos peccasse scriptura diuina significauit; dicit enim dominus per Ezechiel prophetam: uerumtamen hae iniquitates Sodomae sororis tuae superbia; in saturitate panum et abundantia uini fluebant ipsa et filiae eius; et manum pauperis et egentis non adiuuabant. elige iam', inquit, 'utrum mauis: aut reputa diuino operi commixtionem corporum aut creaturam panis et uini similiter malam esse defini. quod si feceris, aperte Manicheus esse conuinceris. concupiscentiae autem naturalis qui modum tenet, bono bene utitur; qui modum non tenet, bono male utitur. quid dicis ergo', inquit, "ita nuptiarum bonum malo originali, quod inde trahitur, non potest accusari, sicut adulteriorum malum bono naturali, quod inde nascitur, non potest excusari?" his sermonibus', inquit, 'quod negaueras concessisti, quod concesseras sustulisti et nihil magis laboras, quam ut parum intellegaris. ostende sine commixtione nuptias corporales; aut unum aliquod huic operi nomen inponito et uel bonum uel malum coniugium nuncupato. spopondisti utique bona te definire coniugia: si coniugium bonum, si homo fructus coniugii bonus, si hic fructus opus dei malus esse non potest, qui per bonum ex bono na-

5 Ezech. 16, 49 14 cf. pag. 212, 6—9

2 oboliti *B* aboliti *SWAmμ* obligati *VP*, *m. 2 R* 3 creatura *SW* 4 signauit *m. 1 T* 5 ezechielem *BMμ* ezichielem *W* iezechielem *P* hezechiel *K* ueruntamen μ uerumptamen *P* heę *E* 6 soris *C* in superbia *S* 7 habundantia *SWAmμ* in abundantia *VP* fl*ebant *T* ipse (*s.* e *add.* a) *C* ipsæ *T* ipsę *m. 1 E* filia *N* filii *Rd* 8 manus *T* manu *F* pauperis et egentis (*s. utrumque* i *add.* e) *F* elegi *K* 9 mauis] maius *WA* 10 mala *A* 11 definit *P* apte *m* aperte —conuinceris *om. m. 1 T* uinceris *P* 14 bono *K* origenali *K* 16 excussari *K* 18 et *om. T* nil *P* magis] aliud *P* 19 nuptias et μ aliquid *CF om. T* 20 et—nuncupato *om. T* 21 noncupato *P* itaque *C* finire *S* diffinire *E* 22 homo] hic *P* 23 bono] bona *TC m. 1*

scitur, ubi igitur originale malum, quod tot praeiudiciis interemptum est?'

XX. 35. Ad haec respondeo non solum filios ex coniugio uerum etiam ex adulterio bonum aliquod esse secundum opus dei quo creati sunt, secundum autem originale peccatum in damnatione nasci ex Adam primo non solum si de adulterio uerum etiam si de coniugio generentur, nisi in Adam secundo, qui est Christus, regenerentur. quod autem ait apostolus de inprobis: relicto naturali usu feminae exarserunt in desideria sua in inuicem, masculi in masculos turpitudinem operantes, non dixit usum coniugalem, sed naturalem, eum uolens intellegi, qui fit membris ad hoc creatis, ut per ea possit ad generandum sexus uterque misceri. ac per hoc cum eisdem membris etiam meretrici quisque miscetur, naturalis est usus, nec tamen laudabilis, sed culpabilis. ab ea uero parte corporis, quae non ad generandum est instituta, si et coniuge quisque utatur, contra naturam est et flagitiosum. denique prius idem apostolus de feminis dixit: nam feminae eorum inmutauerunt naturalem usum in eum usum qui est contra naturam, dein de masculis in masculos turpitudinem operantibus relicto usu femineo naturali. non ergo isto nomine, id est usu naturali coniugalis est laudata commixtio, sed inmundiora et sceleratiora flagitia denotata sunt, quam si inlicite et feminis, sed tamen naturaliter uterentur.

9 Rom. 1, 27 11 Op. imp. V 17 (*non—culpabilis*) 18 Rom. 1, 26 21 Op. imp. V 17 (*non—uterentur*)

1 igitur] est *N* malum peccatum *E* interemtum *T* 3 in coniugio *T* 6 damnationem *TKRPNbd* si de] sine *R* si—generentur *om. B* 8 qui] quod *T* 10 in *pr. om. EWAm* 12 in membris *E* huc *B* 14 quisquis *SW* 15 sed culpabilis *om. N* 16 et] cū *m om. BMSWAμ* 17 et *om. W* 19 inmutauerint *T* usum qui *K* 20 qui *s. l. K* dein] deinde *TRVPbd* masculo *m. 1 R* 21 feminae *KRPN* 22 isto *om. SW* naturali usu *N* 23 inmundi ora *S* inmundatiora *TBW* et *om. T* celeratiora *S* 24 si *om. SW* et illicite *VP* et *om. TKRVPN*

XXI. 36. Panem uero et uinum sic non reprehendimus propter luxuriosos et ebriosos quomodo nec aurum propter cupidos et auaros. quocirca commixtionem quoque honestam coniugum non reprehendimus propter pudendam libidinem corporum. illa enim posset esse nulla praecedente perpetratione peccati, de qua non erubescerent coniugati; haec autem exorta est post peccatum, quam coacti sunt uelare confusi. unde remansit posterioribus coniugatis quamuis hoc malo bene et licite utentibus in eius modi opere humanum uitare conspectum atque ita confiteri quod pudendum est, cum debeat neminem pudere quod bonum est. sic insinuantur haec duo, et bonum laudandae coniunctionis, unde filii generentur, et malum pudendae libidinis, unde qui generantur regenerandi sunt, ne damnentur. proinde pudenda libidine qui licite concumbit, malo bene utitur, qui autem inlicite, malo male utitur. rectius enim accipit nomen mali quam boni, quod erubescunt et mali et boni, meliusque credimus ei qui dicit: scio quia non habitat in me, hoc est in carne mea bonum, quam huic qui hoc dicit bonum, unde si confunditur, confitetur malum; si autem non confunditur, addit inpudentiam, peius malum. recte igitur diximus: 'ita nuptiarum bonum malo originali, quod inde trahitur, non potest accusari, sicut adulteriorum malum bono naturali, quod inde nascitur, non potest excusari'. quoniam natura humana, quae nascitur uel de coniugio uel de adulterio, dei opus est. quae si malum esset, non esset generanda; si malum

3 Op. imp. III 142 (*quocirca—11 bonum est*) 6 ib. III 169 (*exorta—confusi*) 7 cf. Gen. 3, 7 11 Op. imp. III 142 (*sic—damnentur*) 14 Op. imp. III 142, III 170, cf. III 185 15 ib. III 143 17 Rom. 7, 18 18 Op. imp. III 143 21 cf. p. 212, 6 23 ib. III 144, cf. III 188

2 luxuriosus *K* et *om. m* ebriosus *K* ebrioso (o *fin. in ras.*) *A*, *om. m* auaros et cupidos *B* 4 reprehedimus *K* corporum libidinem *Rbd* 5 perpetrationē *K* qua de *m. 1 K* 6 exhorta *TE* 8 bene *om. R* licit eutentibus *K* 9 eiusdēmodi *P* 15 malū *m. 1 C* 16 accepit *CTEb* nomen aliquod *KVPN* quo *F* unde *TKRVPNbd* 17 ei] et *T* 18 mea *om. A* quam] quia *S* ob dicit *m. 1 C* dicit hoc *RVbd* 19 autem *om. P* 20 inprudentiam *T*

non haberet, non esset regeneranda. atque ut ad unum uerbum utrumque concludam: natura humana si malum esset, saluanda non esset; si ei mali nihil inesset, saluanda non esset. qui ergo dicit eam bonum non esse, bonum negat conditae creatorem; qui uero negat ei malum inesse, misericordem uitiatae inuidet saluatorem. quapropter in hominibus nascentibus neque excusanda sunt adulteria per bonum, quod inde a conditore bono creatum est, nec accusanda coniugia per malum, quod ibi a misericorde saluatore sanandum est.

XXII. 37. 'Ostende', inquit, 'sine commixtione nuptias corporales'. non ostendo ego nuptias corporales sine commixtione, sed nec ipse ostendit eandem commixtionem sine confusione. in paradiso autem si peccatum non praecessisset, non esset quidem sine utriusque sexus commixtione generatio, sed esset sine confusione commixtio; esset quippe in coeundo tranquilla membrorum oboedientia, non pudenda carnis concupiscentia. proinde coniugium bonum est, unde ordinate seminatus nascitur homo, et fructus coniugii bonus, quod est ipse qui ita nascitur homo; sed peccatum malum est, cum quo nascitur omnis homo. deus quippe fecit et facit hominem, sed per unum hominem peccatum intrauit in mundum et per peccatum mors, et ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt.

XXIII. 38. 'Nouo', inquit, 'genere disserendi et catholicum profiteris et Manicheo patrocinaris, dicendo nuptias et magnum bonum et magnum malum'. prorsus quid loquatur, ignorat

2 Op. imp. III 193. 194 (*natura—3 saluanda non esset*) 3 ib. III 190 cf. 206 (*si—saluatorem*) 20 Rom. 5, 12

1 utque *F* ut *om. m. 1 CT*, *FR* 2 mala *P* 3 ñ *er. S* si—esset *om. P* nihil mali *N* 5 miam μ 6 inuide*t *T* qui propterea *R* quipropter *K* nec *TFEKPBMSWAm* non μ 7 accusanda *S* 9 a] p *S* misericordi *KN* 11 non—commixtione *om. F* ego ostendo *KRVPN* sine commixtione nuptias corporales *KRVP* nuptias corporales *om. N* 12 eadem *K*μ commixtione μ 15 commixtionę *C* quippe] quidē *E* quoeundo *T* 18 bonus] bonus est *TFEKRPN* est] et *T* 19 cum] quū *K om. N* *om*nis *K* 25 profiteris te *b* 26 qui* *S* loquitur *P*

siue ignorare se simulat. aut enim non intellegit aut non uult intellegi quid dicamus. sed si non intellegit, praeoccupatione inpeditur erroris; si autem non uult quid dicamus intellegi, peruicaciae uitium est, quo suum defendit errorem. et Iouinianus, qui paucos ante annos nouellam conatus est haeresim condere, Manicheis patrocinari dicebat catholicos, quod aduersus eum sanctam uirginitatem nuptiis praeferebant. sed responsurus est iste non se quod Iouinianus de indifferentia nuptiarum uirginumque sentire. nec ego id dico, quod isti hoc sentiant; uerumtamen per Iouinianum catholicis Manicheos obicientem non esse hoc nouum noui haeretici recognoscant. nos itaque nuptias bonum dicimus esse, non malum. sed sicuti Arriani Sabellianos nos esse criminantur, quamuis non dicamus unum eundemque esse patrem et filium et spiritum sanctum, quod Sabelliani dicunt, sed dicamus unam eandemque esse naturam patris et filii et spiritus sancti, quod catholici dicunt: ita Pelagiani nobis Manicheos obiciunt, quamuis non dicamus esse malum nuptias, quod dicunt Manichei, sed dicamus malum primum hominum primis coniugibus accidisse et inde in omnes homines pertransisse, quod dicunt catholici. sed sicut Arriani, dum Sabellianos fugiunt, in peius aliquid inciderunt, quia trinitatis ausi sunt non personas discernere, sed naturas, ita Pelagiani dum Manicheorum pestem in

12 cf. Op. imp. V 25 21 ib. V 25 (*sicut*—293, 3 *egere*)

2 intellegere *pr. P* 3 intellegere *P* 4 peruicatione *m. 1 C* quod *KR* iouianus *BT m. 1* iouinianos *A* 5 ante paucos *E* haeresem *T* heresem *m. 1 CF* heresim *KPBSW*μ 7 praeferebat *m. 2 T* 8 non sicut iouinianus de inferentia *R* indefferentia *K* differentia *BSWAm*μ 9 ergo *A* id dico] dico id *KN* dico *FRbd* 10 abicientem *K* 11 hoc *om. T* nobis haereticis *T* 12 esse dicimus *N* esse *om. E* sicut *RSWAm* ariani *RV* 13 dicimus *KBSW*μ 15 si sabelliani *P* dicimus *T*μ 17 obitiunt *m. 1 C* subiciunt *R* 18 malum esse *TKPN* sed dicamus *om. B* 19 primum hominum *CTEb, m. 2 K m. 1 R* primorum hominum *in ras. F* primum hominibus *N* primum hominem *m. 1 K, m. 2 R* primis hominibus id est *VPd* accedisse *KR m. 1* et—pertransisse *om. P*

peruersum uitare conantur, de nuptiarum fructu ipsis Manicheis conuincuntur perniciosiora sentire credendo paruulos Christo medico non egere.

XXIIII. 39. 'Definis', inquit, 'hominem, si de fornicatione nascatur, reum non esse, si de coniugio, innocentem non esse. huc enim peruenit quod dixisti bonum naturale de adulteriis posse subsistere, malum originale etiam de coniugio trahi'. frustra omnino conatur apud intellegentem lectorem quae sunt recta peruertere. absit enim, ut dicamus hominem, si de fornicatione nascatur, reum non esse, sed dicimus hominem, siue de coniugio siue de fornicatione nascatur, bonum aliquid esse propter auctorem naturae deum, malum aliquid trahere propter originale peccatum. quod ergo dicimus bonum naturale etiam de adulteriis posse subsistere, malum autem originale etiam de coniugio trahi non huc peruenit, quo ille conatur adducere, non nasci reum de adulteriis nec innocentem de nuptiis, sed ex utroque reum generatione factum propter originale delictum et utrumque regeneratione absoluendum propter naturae bonum.

XXV. 40. 'Vnum ex his', inquit, 'uerum est, alterum falsum'. huic eadem breuitate respondeo: immo utrumque uerum est, neutrum falsum. 'uerum est', inquit, 'quod adulteriorum culpam homo, qui inde nascitur, non potest excusare, quia quod adulteri fecerunt, ad uitium pertinet uoluntatis, quod autem genuerunt, ad laudem spectat fecunditatis, quia, si quis furtiuum triticum serat, non nascitur messis obnoxia. uitupero itaque',

2 perniciosora *S* 4 fornicationem *K* 6 enim usque *B* adulteris *CTKR* 8 conatur omnino *E* intelligentiam *W* 10 fornicationem̧ *K* di**cimus *K* 11 aliquod *P* 12 dñi *WS m. 1* aliquod *P* 14 adulteris *TR* 15 huc usque *B* quod (d *in ras.*) *K, E* 16 abducere *T* adulteris *T* neque *BWAmμ* 17 utraque *KVPN* 18 delictum] peccatum *KRVPN* regenerationes *S* ad soluendum *S* soluendum *A* 19 naturale *E* 21 hinc *Bμ, m. 1 S* 22 falsum est *W* de adulteriorum *T* culpa *T* 23 qui] quod *F* 24 pertinet ad uitium *B* 25 expectat *m. 1 C* exspectat (s *s. l. add.*) *F* si quis] sicut *R* 26 itaque *om. A*

inquit, 'furem, sed laudo segetem. innocentem pronuntio qui nascitur ex generositate seminum dicente apostolo: deus illi dat corpus prout uult et unicuique seminum proprium corpus, condemno uero flagitiosum, qui ex propositi peruersitate peccauit'.

XXVI. 41. Ad haec adiungit et dicit: 'prorsus autem si malum de nuptiis trahitur, accusari possunt, excusari non possunt, et in diaboli iure opus earum fructumque constituis, quia omnis causa mali expers boni est. homo autem', inquit, 'qui de nuptiis nascitur, non criminibus, sed seminibus inputatur. seminum uero causa in conditione corporum est, quibus corporibus qui male utitur boni meritum, non genus sauciat. liquido igitur', inquit, 'claret bonum non esse causam mali. si ergo', inquit, 'trahitur et de nuptiis originale malum, causa mali conuentio nuptiarum et necesse est malum esse, per quod et ex quo malus fructus adparuit dicente domino in euangelio: ex fructibus suis arbor agnoscitur. quomodo', inquit, 'tu audiendus putaris, qui dicis bonum esse coniugium, de quo nihil aliud quam malum prodire definis? constat igitur rea esse coniugia, si peccatum inde originale deducitur, nec posse defendi, nisi fructus eorum innocens adprobetur. defenduntur autem et bona pronuntiantur; fructus igitur adprobatur innocuus'.

42. Ad haec responsurus prius uolo intentum esse lectorem nihil agere istos, nisi ut saluator non sit paruulis necessarius,

2 I Cor. 15, 38 13 Op. imp. V 23 (*si—innocuus*) 17 Matth. 12, 33; Luc. 6, 44

1 inquit *om. W* prononcio *m. 1 K* 2 generositatem *K* 4 contempno *K* condempno μ 6 hoc *N* 8 et] quia et *P* 9 mala *S* est boni *EPN* inquit *om. N* 10 quod *s. l. m. 2 C* sed seminibus *in mg. m. 2 C* 11 semini μ 13 inquit *om. P* bonam *FEKRVPBSWAm* bona μ causa *K* si *om. T* 15 conuentio est *EN* est conuentio *FRVPd, m. 2 CT* 16 et *om. R* fructus malus *N* 17 cognoscitur *CSWA*μ 18 quid *K* 19 constant *B* 20 rea] ea *E* mala *s. l. m. 2 C, b* orinale *K* 21 posset *E* 22 et *om. R* pronuntiatur *m. 1 C* ergo *Vbd* 23 innocuis *RK m. 1* 24 ego responsurus *P* esse intentum *RVbd* 25 istū *P* saluator (o *ex* u) *K*

quos peccata prorsus a quibus saluentur negant habere. haec tanta peruersitas et tantae inimica gratiae dei, quae data est per Iesum Christum dominum nostrum, qui uenit quaerere et saluare quod perierat, insinuare se nititur cordibus parum intellegentium laude operum diuinorum, hoc est laude naturae humanae, laude seminis, laude nuptiarum, laude utriusque sexus commixtionis, laude fecunditatis, quae omnia bona sunt. nolo enim dicere: laude libidinis, quia eam et ipse nominare confunditur, ut aliud aliquid, non ipsam laudare uideatur. ac per hoc mala, quae acciderunt naturae, non discernendo ab ipsius bonitate naturae non eam, quia falsum est, ostendit sanam, sed sanari non permittit aegrotam. et ideo illud quod diximus, 'quod adulteriorum culpam bonum quod inde nascitur, id est homo non potest excusare', uerum esse concedit et hoc, unde nulla inter nos quaestio est, etiam similitudine furis furtiuum triticum seminantis, de quo bona utique messis nascitur, adstruit et confirmat, ut potest. illud autem alterum quod diximus: 'nuptiarum bonum malo originali, quod inde trahitur, non potest accusari', non uult consentire quod uerum sit, quia si consenserit, non Pelagianus haereticus, sed christianus catholicus erit. 'prorsus', inquit, 'si malum de nuptiis trahitur, accusari possunt, excusari non possunt, et in diaboli iure opus earum fructumque constituis, quia omnis causa mali expers boni est'. et ad hoc cetera adtexit, ut probet causam mali bonum esse non posse et ideo nuptias, quia bonum sunt, causam mali non esse ac per hoc de illis peccatorem, qui necessarium habeat saluatorem, nasci omnino non

3 cf. Luc. 19, 10 13 cf. p. 293, 22 18 cf. 212, 6

1 negat *TP* 2 tanta *alt. A* 6 humanae naturae *S* 8 quia eam] quia enim *KR* quam *EVPN* 10 ac] hac *K* malaq, *K* 12 sanare *P* non *om. RP* ideo *om. B* 13 quod *med. om.* μ bono *in ras. F* 14 id est] idem *R* excusari (i *ex* e) *E* 16 similitudinē *T* bono *TSW* 18 alterum *om. R* quoḍ *F* 19 censentire uult *N* 20 si consenserit] sič senserit *VP* 22 non excusari *N* possunt *om. N* 24 est boni *PW* hęc *N* 25 bonam *CTEKRVPNb* quia bono sunt *R* 26 non esse] esse non posse *KPN* 27 quia *S* habeat necessarium *KPN*

posse, quasi nos nuptias causam dicamus esse peccati. quamuis homo, qui ex illis nascitur, non nascatur sine peccato, nuptiae institutae sunt causa generandi, non peccandi. propter quod illa est a domino benedictio nuptiarum: crescite et multiplicamini et replete terram. peccatum autem, quod inde a nascentibus trahitur, non ad nuptias pertinet, sed ad malum quod accidit hominibus, quorum coniunctione sunt nuptiae. nam malum pudendae libidinis et potest esse sine nuptiis et potuerunt esse nuptiae sine illo; ad conditionem autem pertinet corporis non uitae illius, sed mortis huius, ut nunc non possint esse nuptiae sine illo, quamuis ipsum possit esse sine illis. nam utique sine nuptiis est pudenda carnis concupiscentia, quando adulteria et quaeque stupra atque inmunda committit, longe contraria pudicitiae nuptiarum, aut quando nulla ista committit, quia homo nulla consensione permittit, et tamen surgit et mouetur et mouet et plerumque in somnis ad ipsius operis similitudinem et suae motionis peruenit finem. hoc ergo malum nec in ipsis nuptiis malum est nuptiarum, sed habent illud in corpore mortis huius paratum, etiamsi nolunt, sine quo non possunt inplere quod uolunt. non igitur ab earum institutione, quae benedicta est, ad eas uenit, sed ab eo quod ex uno homine peccatum intrauit in mundum et per peccatum mors, et ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt.

43. Quid est ergo quod ait: 'ex fructibus suis arbor agnoscitur', quia hoc in euangelio dixisse dominum legimus? num-

4 Gen. 1, 28 22 Rom. 5, 12 25 cf. 294, 17 26 Op. imp. V 21 (*numquid*—297, 4 *mala de mala*)

1 peccatum *B* 2 non *om. R* 4 nuptiarum *om. E* 7 coniunctiones *TN* 8 esse *om. P* 9 nuptiae *om. T* condicionem *TF m. 2* 11 esse *om. C* sine illo nuptiae *B* possint *m. 1 C* 12 pudenda] utenda *R* 13 quae *R* et *N* 14 longe] linguae *RK m. 1* 15 cūmittit *K* 17 sua *m. 1 C* ad suae *in ras. F* 18 igitur *N* in] ex *F* malum *om. P* 21 eos *E* 25 suis] eius *KRVP* cognoscitur arbor *N* 26 dominum dixisse *VP* nunquid *W*

quid inde dominus loquebatur et non potius de duabus uoluntatibus hominum, bona scilicet et mala, istam bonam, illam malam arborem dicens, quia de bona uoluntate opera bona nascuntur et mala de mala nec possunt bona de mala et mala de bona? quodsi nuptias tamquam arborem bonam secundum istam quam commemorauit euangelicam similitudinem posuerimus, profecto e contrario fornicationem posituri sumus arborem malam. quamobrem si homo ita dicitur fructus nuptiarum tamquam bonus ex arbore bona, procul dubio nasci homo de fornicatione non debuit; mala quippe arbor bonos fructus non facit. porro si dixerit non illic arboris loco ponendum esse adulterium, sed naturam potius humanam, de qua nascitur homo, ita etiam hic non erit arbor conubium, sed natura humana, de qua nascitur homo. nihil proinde ualet ad istam quaestionem similitudo illa euangelica, quia non sunt nuptiae causa peccati, quod trahitur a nascente et expiatur in renascente, sed uoluntarium peccatum hominis primi originalis est causa peccati. 'dicis iterum', inquit, 'nam sicut peccatum, siue hinc siue inde a paruulis trahatur, opus est diaboli, sic homo, siue hinc siue inde nascatur, opus est dei'. et dixi hoc et uerissime dixi; et si non Pelagianus, sed catholicus esset, nihil aliud et ipse in catholica diceret.

XXVII. 44. Quid est ergo quod quaerit a nobis: per quid peccatum inuenitur in paruulo? utrum per uoluntatem an per nuptias an per parentes? sic enim loquitur et tamquam ad omnia ista respondet et a peccato quasi cuncta ista pur-

5 Op. imp. V 21 (*quodsi—arborem malam*) 10 cf. Matth. 7, 18 11 Op. imp. V 21 (*porro—homo*) 18 cf. p. 212, 9

3 malam *om. T* dicens arborem *N* uoluntate bona *W* bonam uoluntatem *K* 4 possunt mala de bona *N* 5 bona de mala *N* 10 homo *om. R* bonus *K* 12 humana *S* 14 nil *P* 16 et *om. P* et—renascente *in mg. K* 18 inquit iterum *C* 19 a—inde *in mg.* μ trahitur *BMSW*μ 21 sed] et *m. 1 C* esse *S* 22 in *om. RVP* catholicus *VP* catholica fide *N* catholice *T* catolica *K* 23 quod *fin. B* 24 inueniatur *TEKRVPNbd* 26 ista omnia *E* qu*asi *F* ita *RSWm*μ

gando nihil uult remanere unde peccatum inueniatur in paruulo. uerba denique iam ipsa eius adtende: 'per quid igitur', inquit, 'peccatum inuenitur in paruulo? per uoluntatem? nulla in eo fuit. per nuptias? sed hae pertinent ad opus parentum, quos in hoc actu non peccasse praemiseras, sed, quantum ex consequentibus adparet, non hoc uere concesseras. ipsae sunt igitur execrandae', inquit, 'quae causam fecerunt malo? sed illae solae opus indicant personarum. parentes igitur qui conuentu suo causam fecere peccato iure damnabiles sunt. ambigi ergo', inquit, 'iam non potest, si tuam sequamur sententiam, coniuges aeterno supplicio mancipari, quorum labore actum est, ut ad dominatum exercendum in homines diabolus perueniret. et ubi est, quod paulo ante hominem opus dei dixeras? quia, si per originem malum in hominibus, per malum ius diaboli in homines, diabolum esse dicis auctorem hominum, a quo est origo nascentium; si autem credis a deo hominem fieri et esse coniuges innocentes, uide quam stare non possit trahi ex his originale peccatum'.

45. Ad omnia ista huic respondet apostolus, qui neque uoluntatem arguit paruuli, quae propria in illo nondum est ad peccandum, neque nuptias, in quantum nuptiae sunt, quae habent a deo non solum institutionem, uerum etiam benedictionem, neque parentes, in quantum parentes sunt inuicem licite atque legitime ad procreandos filios coniugati, sed per unum, inquit, hominem peccatum in hunc mundum intrauit

2 Op. imp. II 24 (*per—fuit*) 4 ib. II 24 (*per—praemiseras*) 8 cf. ib. II 24 19 Op. imp. II 35 (*Ad—*299, 17 *peccatum*); II 38 21 ib. II 39 23 ib. II 40 24 ib. II 44 (*per—*299, 2 *peccauerunt*) Rom. 5, 12

2 iam denique *B* 4 hęc *PN* 5 promiseras *TEKPN* sequentibus *V* 6 non] in *BSWAμ* sint *m* execrandae igitur *B* 7 exsegrandae *T* mali o *C* mali *cet.* 9 peccati *A* sunt *om. TEKRPM SWAμ* 10 non *om. F* sententia *K* potentiam *m. 1 B* 13 ante *om. T* quasi *TA* 14 originale *E* 15 esse *om. E* 16 homines *MSWAm* omnes homines *B* 19 respondit *CFKRP* 20 paruuli *ex* populi *C* 22 dño *P* 23 in quantum in quantum *K* parentes *om. A* licite inuicem *N* 24 propagandos *A* coniugatis *C* coniugatos *E* 25 peccatum intr. in h. m. *KPWAm* intrauit p. in h. m. *BMμ* hunc *om. T*

et per peccatum mors, et ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt. quod isti si catholicis auribus mentibusque perciperent, aduersus fidem gratiamque Christi rebelles animos non haberent neque conarentur inaniter ad suum proprium et haereticum sensum haec apostolica uerba tam dilucida et tam manifesta conuertere, adserentes hoc ideo dictum esse, quod Adam peccauerit primum, in quo de cetero quisquis peccare uoluit, peccandi inuenit exemplum, ut peccatum scilicet non generatione ab illo uno in omnes homines, sed illius unius imitatione transiret, cum profecto, si apostolus imitationem hic intellegi uoluisset, non per unum hominem, sed per diabolum potius in hunc mundum peccatum intrasse et per omnes homines pertransisse dixisset. de diabolo quippe scriptum est: imitantur autem eum, qui sunt ex parte ipsius. sed ideo per unum hominem dixit, a quo generatio utique hominum coepit, ut per generationem doceret isse per omnes originale peccatum.

46. Quid autem aliud indicant etiam sequentia uerba apostolica? cum enim hoc dixisset, adiunxit: usque enim ad legem peccatum in mundo fuit, id est, quia nec lex potuit auferre peccatum. peccatum autem, inquit, non deputabatur, cum lex non esset. erat ergo, sed non deputabatur, quia non ostendebatur, quod deputaretur. sicut enim alibi dicit: per legem cognitio peccati, sed regnauit, inquit, mors ab Adam usque ad Moysen — hoc est, quod supra dixerat: usque ad legem — non ut a Moyse deinceps non

10 Op. imp. II 47 (*profecto—17 peccatum*) 14 Sap. 2, 25 15 Op. imp. II 57. 63 (*sed—peccatum*) 18 Op. imp. II 69 (*Quid—300, 18 sunt*) 19—21 Rom. 5, 13 24 ib. 3, 20; 5, 14

6 delucida *K* dulcia delucida *R* lucida *VB* tam *om. TKRVPN* 7 di*ctum *F* datum *N* 8 uoluerit *KRVPN* peccandi *om. A* exemplum inuenit *E* ut] et *V* 10 imitatione—apostolus *om. VP* 11 uoluerit *N* 12 intrasse peccatum *N* 13 transisse *T* 15 utique generatio *E* 16 **generationem *B* doceretis se *K* 19 ad legem enim *N* enim *om. F* 25 ad *om. F* mose *F*

esset peccatum, sed quia nec per Moysen lex data regnum potuit mortis auferre, quae non regnat utique nisi per peccatum. regnum porro eius est, ut hominem mortalem in secundam etiam, quae sempiterna est, praecipitet mortem. regnauit autem in quibus? et in his, inquit, qui non peccauerunt in similitudinem praeuaricationis Adae, qui est forma futuri. cuius futuri nisi Christi? et qualis forma nisi a contrario? quod alibi etiam breuiter dicit: sicut in Adam omnes moriuntur, ita et in Christo omnes uiuificabuntur: sicut in illo illud, ita in isto istud. ipsa est forma, sed haec forma non omni ex parte conformis est. unde hic apostolus secutus adiunxit: sed non sicut delictum ita et donatio; si enim ob unius delictum multi mortui sunt, multo magis gratia dei et donum in gratia unius hominis Iesu Christi in multos abundauit. quid est 'multo magis abundauit', nisi quia omnes, qui per Christum liberantur, temporaliter propter Adam moriuntur, propter ipsum autem Christum sine fine uicturi sunt? et non, inquit, sicut per unum hominem peccantem, ita est et donum. nam iudicium quidem ex uno in condemnationem, gratia autem ex multis delictis in iustificationem. ex uno ergo quid nisi delicto? quia sequitur: gratia autem ex multis delictis. dicant isti, quomodo ex uno delicto in

5 Rom. 5, 14 8 I Cor. 15, 22 11 Op. imp. II 85 (*haec—uicturi sunt*) 12 Rom. 5, 15 15 Op. imp. II 98 (*quid—uicturi sunt*) 18 Rom. 5, 16; Op. imp. II 103 20 cf. ib. II 113 21 ib. II 103

1 nec lex per moysen data *TKRVPN* mosen *F* 3 est *om. M* secunda *F* 6 similitudine *B* 7 et qualis] aequalis (*in mg.* mirifice satis) *T* a] e *BMSWA* 9 uiuificantur *T* 10 ita et *W* est *om. N* 11 ex omni parte *EP* hinc *FVAbd* 12 ita est et *CFE* 13 donum *VP* delictum *om. B* 14 in *om. VP* gratiae *V* unius] ipsius *V* 15 habundauit *KRA*μ abundabit *TV* quid—abundauit *om. T*, *in mg. K* 16 multum *KR* habundauit *K*μ abundabit *V* quia *om. m* xpm] ihm *VP* 17 autem ipsum *E* 18 autem *om. W* 19 hominem *om. lib. praeter C* peccaṇtū *S* et donum est *CS* 20 condemptionem μ 22 quid] quod *N* gratiam *R*

condemnationem, nisi quia sufficit ad condemnationem etiam unum originale peccatum, quod in omnes homines pertransiit. gratia uero ideo ex multis delictis in iustificationem, quia non solum illud unum soluit, quod originaliter trahitur, sed etiam cetera, quae in unoquoque homine motu propriae uoluntatis adduntur; si enim ob unius delictum mors regnauit per unum, multo magis qui abundantiam gratiae et iustitiae accipiunt, in uita regnabunt per unum Iesum Christum. itaque sicut per unius delictum in omnes homines ad condemnationem, ita et per unius iustificationem in omnes homines ad iustificationem uitae. adhuc permaneant in uanitate mentis suae et dicant unum hominem non propaginem traiecisse, sed exemplum praebuisse peccati. quomodo ergo per unius delictum in omnes homines ad condemnationem et non potius per multa sua cuiusque delicta, nisi quia, etiam si illud unum sit tantum, idoneum est perducere ad condemnationem etiam nullis additis ceteris, sicut perducit paruulos morientes, qui ex Adam nascuntur, nisi in Christo renascantur? quid ergo a nobis quaerit iste, quod non uult ab apostolo audire, per quid peccatum inueniatur in paruulo: utrum per uoluntatem an per nuptias an per parentes? ecce audiat per quid, audiat et taceat, per quid peccatum inueniatur in paruulo: per unius delictum, inquit apostolus, in omnes homines ad condemnationem. omnes autem dixit ad condemnationem per Adam et omnes ad iustificationem per Christum, cum utique

6 Rom. 5, 17. 18   12 Op. imp. II 103 (*adhuc—24 condemnationem*)   19 cf. ib. II 27   25 ib. II 144 (*omnes—302, 13 intrauit*)

4 originale *m. 1 M*   6 repụgnauit *B*   7 abundantiam gratiae] habundantiae *K*μ abundantię *RBMSWAm*   gratiae et *om. VP*   8 gratiam accipiunt *N*   inuitam *P*   9 in *om. N*   10 per *om. W*   11 in *om. N*   16 quisque *N*   delicta sua quisque delicta *W*   17 tantum] tamen *N*   18 par|*uolos *m. 1 K*   19 nisi—renascantur] si—non renascuntur *TKRPBMAm*μ si—non renascantur *FEVWbd*   quaerit a nobis *N*   20 iste *om. S*   quod] qui *BMWA*μ quid *Sm*   ab *om. B*   24 apostolus *om.* μ   in *om. N*   26 iustificationem uitae *TKRPN*

non omnes eos, qui moriuntur in Adam, transferat Christus ad uitam. sed omnes dixit atque omnes, quia sicut sine Adam nullus ad mortem, ita sine Christo nullus ad uitam; sicut dicimus de litterarum magistro, si in ciuitate solus est: omnes iste hic litteras docet, non quia omnes discunt, sed quia nemo nisi ab ipso. denique autem quos omnes dixerat, multos postea dixit, eosdem ipsos tamen omnes multosque significans: sicut enim, inquit, per inoboedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi, ita et per unius oboedientiam iusti constituentur multi.

47. Adhuc quaerat, per quid peccatum inueniatur in paruulo. respondeant ei paginae sanctae: per unum hominem peccatum in hunc mundum intrauit et per peccatum mors, et ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt. ob unius delictum multi mortui sunt. iudicium ex uno in condemnationem. ob unius delictum mors regnauit per unum. per unius delictum in omnes homines ad condemnationem. per unius inoboedientiam peccatores constituti sunt multi. ecce per quid delictum inuenitur in paruulo! iam credat originale peccatum, sinat uenire paruulos, ut saluentur, ad Christum.

XXVIII. Quid est quod dicit: 'non peccat iste qui nascitur, non peccat ille qui genuit, non peccat iste qui condidit: per quas rimas inter tot praesidia innocentiae peccatum fingis ingressum?' quid quaerit latentem rimam, cum habeat apertissimam ianuam? per unum hominem, ait apostolus; per unius delictum, ait apostolus; per inoboedientiam unius

3 cf. Op. imp. II 209 7 Rom. 5, 19 12—19 Rom. 5, 12. 15—19 22 Op. imp. II 24. 27 (*non—ingressum*)

4 diximus *P* 6 denique autem quos omnes] quos autem omnes *TKRVPMSWAmμ* denique quos ante omnes *bd* 7 dixit *om. S* 9 et *om. P* obedientiam unius *N* 11 Adhoc *T* inuenitur *KR* 13 intrauit in hunc mundum *E* 16 ṇọx̣ịụṣ (*s. l. add.* unius) *C* 20 paruolo *K* paruulos (*in mg.* lis) *T* 21 ad xpm ut (*om. B*) saluentur *N* a xpo *VP* 23 *pr.* qui *om. S* 24 innocentiū *T* 27 inoboedientia *K*

hominis, ait apostolus. quid quaerit amplius? quid quaerit apertius? quid quaerit inculcatius?

48. 'Si peccatum', inquit, 'ex uoluntate est, mala uoluntas, quae peccatum facit; si ex natura, mala natura'. cito respondeo: ex uoluntate peccatum est. quaerit forte, utrum et originale peccatum. respondeo: prorsus et originale peccatum, quia et hoc ex uoluntate primi hominis seminatum est, ut et in illo esset et in omnes transiret. sed quod secutus adiunxit: 'si ex natura, mala natura', quaero ab illo, ut, si potest, respondeat, sicut manifestum est ex uoluntate mala tamquam ex arbore mala fructus eius fieri omnia opera mala, sic ipsam uoluntatem malam, id est ipsam fructuum malorum arborem malam unde dicat exortam. si ex angelo, quid erat ipse angelus nisi bonum opus dei? si ex homine, quid erat ipse homo nisi bonum opus dei? immo quia uoluntas mala angeli ex angelo, ex homine homini orta est, quid erant haec duo, antequam in eis ista mala orirentur, nisi bonum opus dei et bona atque laudanda natura? ecce ergo ex bono oritur malum nec fuit omnino unde oriri posset, nisi ex bono, ipsam dico uoluntatem malam, quam nullum praecessit malum, non opera mala, quae non sunt nisi ex uoluntate mala tamquam ex arbore mala. nec ideo tamen ex bono potuit oriri uoluntas mala, quia bonum factum est a bono deo, sed quia de nihilo factum est, non de deo. quid ergo est quod dicit: 'si natura opus est dei, per opus dei opus diaboli transire non sinitur'? nonne opus diaboli,

3 Op. imp. V 26 (*Si—mala natura*) 9 ib. V 26 (*quaero*—304, 4 *potuit*) 19 cf. ib. V 41 21 ib. V 38 (*nec—de deo*); cf. V 35. 38. 39. 54

4 si *om. T* mala *om. m. 1 R* respondebo *N* 5 est *om. S* 10 sicut] si*ut *in ras. F* 12 ipsam *om. KRVPNb* fructuum (*pr.* u *s. l.*) *C* fructu *m. 1 V* mala unde dicat exorta *R* 14 si—dei *om. E* homine *ex* omne *K* 15 mala angeli ex angelo] mala ex angelo angeli *TKRVPF m. 2* mala angelo ex angelo *m. 1 F, d* angeli mala ex angelo *N* 16 hominis *TKRVPN* est *om. T* 17 ista mala in eis *E* orerentur *FKT m. 1* 19 possit *R* 20 quam *om.* μ 22 uolunta *A* 24 est ergo *BA*μ quid *C* est *om. KRN* 25 sinit *W*

quando primum in angelo, qui diabolus factus est, ortum est, in opere dei ortum est? quapropter si malum, quod omnino nusquam erat, in dei opere oriri potuit, cur malum, quod alicubi iam erat, per opus dei transire non potuit, praesertim cum ipso uerbo utatur apostolus dicens: et ita in omnes homines pertransiit? numquid homines non sunt opus dei? pertransiit ergo peccatum per homines, hoc est opus diaboli per opus dei, atque ut alio modo id ipsum dicam, quia diaboli opus, id est peccatum per ipsum diabolum exortum, qui factura uel opus est dei, per aliud opus dei, id est hominem pertransiit, opus operis dei per opus dei. et ideo deus est solus inmutabilis et potentissimae bonitatis, quia et antequam esset ullum malum, bona opera fecit omnia et de malis, quae in bonis ab eo factis orta sunt, bene operatur per omnia.

XXVIIII. 49. 'In uno', inquit, 'homine iure uituperatur intentio et origo laudatur, quia duo sunt, quae contrariis adplicentur; in paruulo autem unum est, natura tantum, quia uoluntas non est. illud ergo unum', inquit, 'aut deo adscribetur aut daemoni. si natura', inquit, 'per deum est, non potest in ea esse originale malum; si a diabolo, nihil erit, per quod homo diuino operi uindicetur. perfecte itaque Manicheus est, qui malum originale defendit'. audiat potius aduersum ista quod uerum est. in uno homine iure uituperatur intentio et natura laudatur, quia duo sunt, quae contrariis adplicentur; sed etiam in paruulo non unum est tantum, id est natura, in qua creatus est homo a deo bono; habet enim et uitium, quod per unum

5 Rom. 5, 12 6 Op. imp. V 26 (*numquid*—11 *opus dei*), sed *om. quia—pertransiit;* V 63 (*numquid*—14 *omnia*); cf. V 64

1 primum *om. T* factus est prius *T* 2 quiapropter *K* 3 opere dei *N* alibi *T* 4 ipsa *T* 5 uerbo *om. m. 1 M* uerba *T* 8 ut *om. W* quia—pertransiit *om. TKRVPNd et op. imp. V 26. 63* 9 quia *CE* 12 quia *CFE* qui *cet.* 13 fecit opera *N* 14 orta] creata *R* 15 nomine *B* 16 contra *P* 18 asscribitur *A* 19 est *om. T* potest] opus est *N* 20 malum] peccatum *S* 21 uendicatur *A* quia *RK m. 1* 25 qu*a *T* creatur *P* 26 per *om. T*

in omnes homines pertransiit, sicut sapit apostolus, non sicut desipit Pelagius uel Caelestius uel eorum quicumque discipulus. horum itaque duorum, quae in paruulo esse diximus, unum adscribitur deo, alterum diabolo. et quod utrumque propter unum horum, id est propter uitium subicitur potestati diaboli, ideo non est incongruum, quia non fit ipsius diaboli potestate, sed dei; subicitur autem uitium uitio, natura naturae, quia et in diabolo utrumque est, ut, cum dilecti et electi de potestate tenebrarum eruuntur, cui iure subduntur, adpareat quid donetur iustificatis bonis a deo bona bene operante de malis.

50. Quod autem iste sibi quasi religiose dicere uisus est: 'si natura per deum est, non potest in ea esse originale malum', nonne religiosius sibi alius uidetur dicere: si natura per deum est, non potest in ea oriri ullum malum? et tamen falsum est; hoc enim Manichei adserere uoluerunt et non creaturam dei factam de nihilo, sed ipsam naturam dei malis omnibus inplere conati sunt. non enim ortum est malum nisi in bono nec tamen summo et inmutabili, quod est natura dei, sed facto de nihilo per sapientiam dei. est itaque per quod homo diuino operi uindicetur, quia non esset homo, nisi diuino opere crearetur. malum autem non esset in paruulis, nisi uoluntate primi hominis peccaretur et origine uitiata peccatum originale traheretur. non ergo sicut iste ait: 'perfecte Manicheus est, qui malum originale defendit', sed perfecte Pelagianus est,

1 homines *om.* μ transiit *P* 2 celestinus *TK*μ quicumque eorum *EBA* 3 paruulos *T* 4 ascribitur *C* adscribetur *TR* asscribetur *PBSWm*μ asscribitur *EMA* 5 horum unum *P* potestate *S*μ 6 ideo] id *BM* idē *SWAm*μ est non *BMW*μ est *om. SA* fit] est *T* 8 cum *om. A* 9 quod *TB* 10 a deo *om. N* bona] bono *TFKRVPd om. N* operando μ de] et de *TFMd* 11 relegiose *K* 12 non potest *om. R* eo *T* esse—in ea *om. m* originale peccatum uel malum *R* 13 non *TKRBMSWA*μ uideretur *KRVPBM SWA*μ 14 eo *T* nullum malum oriri *S* 17 inpleuere *T* conati sunt *om. T* 19 factum *P* per *alt. om. T* 20 uendicetur *N* homo *om. C* 22 et ex origine *b* 23 traheretur—credit *in mg. m. 2 C* trahetur *S* perfectus *C*

qui malum originale non credit. neque enim ex quo esse coepit Manichei pestilentiosa doctrina, ex illo coeperunt in ecclesia dei paruuli baptizandi exorcizari et exsufflari, ut ipsis mysteriis ostenderetur non eos in regnum Christi nisi erutos a tenebrarum potestate transferri, aut in libris Manichei legitur, quod uenerit filius hominis quaerere et saluare quod perierat, aut quod per unum hominem peccatum in hunc mundum intrauit et cetera ad eandem sententiam pertinentia, quae supra commemorauimus, aut quod reddit deus peccata patrum in filios, aut quod in psalmo scriptum est: ego in iniquitatibus conceptus sum, et in peccatis mater mea in utero me aluit, aut: homo uanitati similis factus est, dies eius uelut umbra praetereunt, aut: ecce ueteres posuisti dies meos, et substantia mea quasi nihil ante te; uerumtamen uniuersa uanitas, omnis homo uiuens, aut quod apostolus dicit: omnis creatura uanitati subiecta est, aut in libro Ecclesiaste: uanitas uanitatum et omnia uanitas. quae abundantia est homini in omni labore suo quem ipse laborat sub sole? aut in libro Ecclesiastico: iugum graue super filios Adam a die exitus de uentre matris eorum usque in diem sepulturae in matrem omnium, aut quod dicit apostolus: in Adam omnes moriuntur, aut quod dicit

4 cf. Col. 1, 13 6 Luc. 19, 10 7 Rom. 5, 12 9 cf. Ex. 20, 5 11 Ps. 50, 7 12 Ps. 143, 4 14 Ps. 38, 6 16 Rom. 8, 20 18 Eccle. 1, 2. 3 20 Eccli. 40, 1 23 I Cor. 15, 22

1 enim *om. R* coepit (cępit) esse *N* 2 manicheorum *P* 3 exorzizari *BW*μ exor̃**cizari *K* exufflari *E* exsuflari *T* 4 xpi] di *N* potestate tenebrarum *T*μ 5 aut] aut quod *m. 1 C* aut quando (quando *in mg.*) *m. 2 C, b* 7 quod *s. l. C* pecc. intr. in mundum *P* 8 intrauit *om. R* 10 peccatum *P* salmo *K* 12 uterum *R* uanitati homo *E* uanitati* *T* 14 ueteris *K* 15 nichil *VPBSAm*μ nihilum *bd* ante te est *EV* 16 dicit] ait *W* 17 uanitati *om. E* ecclesiastes *KVPN* 18 uanitantium *TVP* uanitạntiū *F* habundantia *RSW*μ 19 quo μ 21 exitus ẹọrụm μ 23 aut] at *R* dicit *om. E*

sanctus Iob, ubi de peccatis suis loquitur: homo enim natus ex muliere breuis uitae et plenus iracundiae sicut flos feni decidit; fugit autem sicut umbra et non stabit. nonne et huius curam fecisti et hunc fecisti intrare in conspectu tuo in iudicium? quis enim erit mundus a sordibus? ne unus quidem, etiamsi unius diei fuerit uita eius super terram. quas enim dixerit sordes, quia peccata intellegi uoluit, ipsa lectio indicat, ubi prorsus unde loquatur adparet. unde est et illud apud prophetam Zachariam, ubi aufertur a sacerdote uestis sordida et dicitur ei: ecce abstuli peccata tua. puto, quod ista omnia et cetera huius modi, quae indicant omnem hominem sub peccato et maledicto nasci, non leguntur in tenebris Manicheorum, sed in luce catholicorum.

51. Quid autem dicam de ipsis diuinarum scripturarum tractatoribus, qui in catholica ecclesia floruerunt, quomodo haec non in alios sensus conati sunt uertere, quoniam stabiles erant in antiquissima et robustissima fide, non autem nouitio mouebantur errore? quos si colligere et eorum testimoniis uti uelim, et nimis longum erit et de canonicis auctoritatibus, a quibus non debemus auerti, minus fortasse uidebor praesumpsisse quam debui. uerumtamen, ut omittam beatissimum Ambrosium, cui Pelagius, sicut iam commemoraui, tam magnum integritatis in fide perhibuit testimonium — qui tamen Ambrosius nihil aliud defendit in paruulis, ut haberent necessarium medicum Christum, nisi originale peccatum — numquid

1 Iob 14, 1—5 11 Zach. 3, 4 23 cf. p. 252, 2 25 cf. p. 251. 15 sqq.

1 natus est *KP* 2 ex] de *E* iracondiam (*s.* o *add.* v) *K* 3 foeni *F* 4 intrare fecisti *fin.* μ 5 intrare] instare *T* tuo *om.* *TKR* in *er.* *R* erit *om.* *N* 7 dixerat *T* 8 ubi] unde *T* 9 est *s. l.* *C* 10 zachriam *K* etfertur (*s.* et *add. m. 2* au) *C* 13 maledictio *WS m. 1* malo *R* 15 quod *P* 16 ecclesia catholica *N* 17 haec] et *R* aliis *m. 1 K* alio* *F* sensos *m. 1 K* 19 quod *T* 20 uellĕ *m. 1 B* 21 praesumsisse *T* 22 uerumptamen *P* beatum *S* 23 cummemoraui *K* 26 xpm *om.* *N*

et gloriosissimae coronae Cyprianus dicetur ab aliquo non solum fuisse, sed uel esse potuisse Manicheus, cum prius iste sit passus, quam illa in orbe Romano pestis adparuit? et tamen in libro de baptismate paruulorum ita defendit originale peccatum, ut propterea dicat et ante octauum diem, si necesse sit, paruulum baptizari oportere, ne pereat anima eius. quem tanto uult intellegi ad indulgentiam baptismi facilius peruenire, quanto magis ei dimittuntur non propria, sed aliena peccata. hos iste audeat dicere Manicheos et antiquissimam ecclesiae traditionem isto nefario crimine aspergat, qua exorcizantur, ut dixi, et exsufflantur paruuli, ut in regnum Christi a potestate tenebrarum, hoc est diaboli et angelorum eius, eruti transferantur. nos autem paratiores sumus cum istis uiris et cum ecclesia Christi in huius fidei antiquitate firmata quaelibet maledicta et contumelias perpeti quam cum Pelagianis cuiuslibet eloquii praedicatione laudari.

XXX. 52. 'Ais iterum', inquit, 'et dicis: nulla esset concupiscentia, nisi homo ante peccasset, nuptiae uero essent, etiamsi nemo peccasset'; non dixi: nulla esset concupiscentia, quia est et glorianda concupiscentia spiritalis, qua concupiscitur sapientia, sed dixi: 'nulla esset pudenda concupiscentia'. relegantur uerba mea, quae etiam ipse posuit, ut quanta ab illo fraude commemorentur adpareat. sed quo uoluerit eam nomine appellet,

4 cf. Cypr. ep. 64, 2 (718, 1 sqq. H) 20 cf. Gal. 5, 17; Sap. 6, 21 21 cf. p. 212, 16

1 et] de *K om. VPS* ciprianus *S* 2 uel esse] uelle ẽ *BMWm*, *m. 1 S* uelle esse *KVPA* 3 urbe romana *m. 1 C* 7 ad indulgentiam intellegi *C* 8 magis *om. P* 10 exorzizantur *A* 11 ụẹḷ (*s. l.* ut) *T* exsuflantur *T* exufflantur *E* 12 est *om. B* diabolo *N* diabulo *m. 1 C* angelis *N* 13 nos autem *om. R* istis] sitis *K* 14 firmata *om. R* 15 quam *s. l. C* Pelagiani *b* 16 cuius eloquii libet (*in mg.* mira et inusitata locutio) *T* 17 agis *CVPBMSWm* inquis *T* 18 nisi—essent etiam *in mg. inf. T* 19 nullã esse concupiscentiã *T* quia—concupiscentia *om. R;* quia—glorianda *om. P* 20 est enim concupiscentia *P* spiritualis *E* 21 pudendã concupiscentiã *T* praelegantur *KR* 22 posui *BMSWAm* 23 cummemorentur *K* appareaṇt *B* uoluerit ille *E*

illa dixi quod non esset, nisi homo ante peccasset, de qua erubuerunt in paradiso, qui pudenda texerunt, quam nemo negat, quoniam peccatum inoboedientiae praecesserat, ideo subsecutam. qui autem uult intellegere quid senserint, debet considerare quid texerint. succinctoria quippe sibi de foliis ficulneis, non uestimenta fecerunt, quae succinctoria graece περιζώματα nuncupantur. quid autem cooperiant perizomata, omnibus notum est, quae nonnulli latini campestria sunt interpretati. quis autem ignorat qui campestrantur quas partes corporis contegant? has enim tegebant Romani iuuenes, quando nudi exercebantur in campo, unde hoc genus tegminis tale nomen accepit.

XXXI. 53. 'Illae ergo nuptiae', inquit, 'quae sine concupiscentia, sine motu corporum, sine necessitate sexuum, ut dicis, esse potuerunt, a te pronuntiantur laudabiles; ista uero coniugia, quae nunc aguntur, a diabolo inuenta definis. illa itaque', inquit, 'quae institui potuisse somnias, bona deliberas, ista uero, de quibus dicit scriptura diuina: relinquet homo patrem et matrem et adhaerebit uxori suae, et erunt duo in carne una, profiteris mala diabolica, morbum postremo debere, non coniugium nuncupari'. non est mirum, si Pelagiani dicta nostra in sensus quos uolunt detorquere conantur, quando et de scripturis sanctis, non ubi obscure aliquid dictum est, sed ubi clara et aperta sunt testimonia, id facere consueuerunt more quidem haereticorum etiam ceterorum. quis enim diceret sine motu corporum, sine necessitate sexuum nuptias esse

5 cf. Gen. 3, 7 9 cf. de ciu. dei XIV 17 18 Gen. 2, 24

1 qua (a *s. l. m. 2 add.*) *T* 2 qua nemo μ 3 quoniam] quod *RP* 4 quid] quod *N* 5 quod *B* subcinctoria *T* 6 succentoria *m. 1 T* grece *CK* 7 perizomata *lib.* nuncupantur—perizomata *om. P* quooperiant *TK* cooperient *FC m. 1* cooperiunt *m. 2 C* coopant *S* 8 appellari omnibus notum est *P* 9 capestrantur *m* 10 contegantur *W* tegant *R* 13 ille *CK* 16 arguuntur *A* 17 deberas *K* deliberas (li *in ras.*) *R* 19 patrem suum *R* 21 nuncupari non coniugium *E* 22 retorquere *T* 23 et *om. CN* dictum est aliquid *E* est *om. R* 24 testimonia sunt *S* consuerunt *TKRP*

potuisse? deus enim fecit sexus, quia masculum et feminam fecit eos, sicut scriptum est. unde autem fieri posset, ut qui fuerant coniungendi et ipsa coniunctione generaturi sua corpora non mouerent, quandoquidem nullus fit hominis ad hominem corporalis accessus, si desit corporis motus? non ergo hic quaestio est de motu corporum, sine quo non possent omnino misceri, sed de pudendo motu genitalium, qui profecto non esset et tamen seminatrix commixtio non deesset, si genitalia non libidini, sed uoluntati sicut cetera membra seruirent. an non etiam nunc in corpore mortis huius imperatur pedi, brachio, digito, labro, linguae, et ad nutum nostrum continuo porriguntur? humori denique, quod est mirabilius, in uesica intus posito qui, et quando eius copia non urgemur, imperatur ut profluat et obtemperat? immo ipsis abditis uisceribus et neruis, quibus idem humor continetur, imperatur, ut eum propellant, exprimant, eiciant, et, si sanitas adest, sine difficultate seruiunt uoluntati. quanto ergo facilius atque tranquillius oboedientibus genitalibus corporis partibus et ipsum membrum porrigeretur et homo seminaretur, nisi hominibus illis inoboedientibus membrorum istorum inoboedientia iusto supplicio redderetur? quod supplicium casti sentiunt, qui procul dubio mallent, si possent, iubente uoluntate quam pruriente uoluptate filios seminare. inmundi autem, qui propter istum morbum non solum meretrices, uerum etiam coniuges amant, de hoc supplicio carnis grauiore supplicio mentis exultant.

1 Gen. 1, 27

1 quoniam *K* 2 fieri posset] fieret *BMSWAm* fierent μ ut qui fuerant *om. T* 4 sit *T* 5 hic ergo *TKP* 6 possunt *P* 9 libidiniş *K* uoluntati* *K* 11 corriguntur *m. 1 K, R; in cod. R adnotatur:* desunt quatuor capita quae reperiuntur in codice no 589 p. 94 12 est *om. NC m. 1* 13 qui] c*ûlibet (ibet *m. 2 s. l.*) *F, d om. TVP* non] nos *SWm*μ urguemur *TK* urgetur *VP* 14 proflu *m. 1 E* additis *VPS* 15 umor *K* 16 exprimunt *S* et] ea *m. 1 C* 17 seruiuunt *K* 19 et] ut *P* 21 reddetur *m. 1 C* 22 iubere (ł nubere) *E, CNb* uoluntati *N* 25 grauiori *E*

XXXII. 54. Absit ergo, ut dicamus, quod nos dicere iste confingit. ista coniugia, quae nunc aguntur, a diabolo inuenta prorsus ipsae sunt nuptiae, quas ab initio deus instituit. hoc enim bonum suum ad hominum generationem institutum etiam damnatis hominibus non detraxit, quibus non detraxit etiam sensus carnis et membra, procul dubio munera sua, quamuis iam debita damnatione moritura. istae, inquam, sunt nuptiae, de quibus dictum est — excepto, quod hic figuratum est, magno illo Christi et ecclesiae sacramento —: propterea relinquet homo patrem et matrem et adhaerebit uxori suae, et erunt duo in carne una. hoc enim ante peccatum dictum est et, si nemo peccasset, sine pudenda libidine posset fieri. et nunc quamuis sine illa non fiat in corpore mortis huius, ipsum est tamen quod non cessat fieri, ut adhaereat homo uxori suae et sint duo in carne una. quamobrem etsi dicitur nunc alias esse nuptias, alias uero, si nemo peccasset, esse potuisse, non secundum earum naturam, sed secundum quandam in deterius mutatam dicitur qualitatem. sicut alius dicitur, quamuis idem ipse sit homo, qui mutauerit uitam siue in melius siue in deterius — aliud est enim iustus, aliud peccator, quamuis idem ipse sit homo — sic aliae nuptiae sine pudenda libidine, aliae cum pudenda libidine, cum tamen secundum constitutionem suam, qua legitime coniungitur mulier uiro et fides carnalis debiti ab adulteriorum peccato seruatur inmunis et hoc more legitimo filii seminantur, eaedem ipsae sunt nuptiae, quas deus instituit, quamuis diabolus non ipsas, sed homines, ex quibus nuptiae fiunt, antiqua peccati

9 cf. Eph. 5, 32   Gen. 2, 24

3 constituit *P*   4 ab *T*   generatione *T*   5 quibus non detraxit *in mg. C*   6 dubio ubi munera *T*   7 debita iam *W*   9 propter hoc *TP*   12 et *om. T*   sine] nisi *E*   13 fieri in corpore uitae illius *KVP*   14 fieri *om. m*   homo adhereat μ hereat *FE*   17 potuisset (et *in ras.*) *S*   18 quaedam *F*   19 homo sit *S*   21 homo sit *S*   22 libidine *pr. om. P*   24 carnali *F*   adulterorum *BMAmb* adulteorum *S*   25 eadem *m. 1 C, TK*   26 ipsae *om. N*

persuasione sauciauerit inoboedientiae persuadendo peccatum, cui per diuinum iudicium inoboedientia membrorum reciproca redderetur, in qua coniugati, quamuis erubuerint nuditatem suam, nuptiarum tamen a deo institutam non omnimodo potuerunt amittere bonitatem.

XXXIII. 55. Hinc iste pergit ab eis, qui coniunguntur, ad eos, qui gignuntur, propter quos in hac quaestione tantis aduersus nouos haereticos disputationibus laboramus, et occulto dei conpulsus instinctu dicit aliquid, ubi totum istum nodum sua confessione dissoluit. uolens enim nobis maiorem inuidiam commouere, quia dicimus etiam de legitimis nuptiis sub peccato paruulos nasci, 'illos ergo', inquit, 'qui numquam nati sunt, bonos potuisse esse dicis, istos uero, qui mundum inpleuerunt, pro quibus Christus mortuus est, diaboli opus et de morbo natos et ab exordio reos definis. probaui itaque', inquit, 'nihil te aliud agere, quam ut deum neges horum, qui sunt, hominum conditorem'. ego quidem conditorem hominum omnium, quamuis omnes sub peccato nascantur et pereant, nisi renascantur, non dico nisi deum; uitium quippe inseminatum est persuasione diaboli, per quod sub peccato nati sunt, non natura condita qua homines sunt. libido autem pudenda non moueat membra, nisi quando uolumus, et non est morbus; non de illa erubescat etiam licitus et honestus coniugatorum concubitus uitando conspectum et adpetendo secretum, et non est morbus; non prohibeat apostolus in hoc morbo possideri uxores, et non est morbus. quod enim graecus habet: ἐν πάθει ἐπιθυμίας, alii latine interpretati sunt: in

27 I Thess. 4, 5

2 inoboedientia* *C* 4 omnino *S* 8 aduersis *S* 9 insictu *K* 12 nasci] nisi *s. l. S* ergo *s. l. M* igitur *B* 13 ut bonos *T* bonus *m. 1 K* 14 opus est μ 15 exordia *SW* inquit itaque *BMWAm* itaque *om.* μ 16 apud te *S* aliud te *BMAm* aliud *om. S* neges deum *B* 17 omnium hominum *T* 18 et—renascantur *in mg. K om. C* periant *K* 21 lidbido *K* 26 possidere *A* quid *B* 27 enpathi epithimias *CFBMSAm*μ en pathi epitymias *T* EN PATHI EPYTHIMIAS *K* ENP THI EPV THIMIAS *VP* in pathi epithimias *EW*

morbo desiderii uel concupiscentiae, alii uero: in passione concupiscentiae, uel si quo alio modo in aliis atque aliis codicibus inuenitur. sed passio in latina lingua, maxime usu loquendi ecclesiastico, non ad uituperationem consueuit intellegi.

56. Quodlibet autem de pudenda concupiscentia carnis iste sentiat, de paruulis, pro quibus laboramus, ut saluatore indigere credantur, ne sine salute moriantur, adtende quid dixerit. uerba eius repeto: 'illos ergo', inquit, 'qui numquam nati sunt, bonos potuisse esse dicis, istos uero, qui mundum inpleuerunt, pro quibus Christus mortuus est, diaboli opus et de morbo natos et ab exordio reos definis'. o si nodum soluat etiam contentionis, quomodo nodum soluit istius quaestionis! numquid enim se modo de maioribus ista locutum esse dicturus est? de paruulis agitur, de nascentibus agitur, de his nobis, quia rei ab exordio definiuntur a nobis, ab illo inuidia commouetur, quia eos dicimus reos, pro quibus Christus mortuus est. cur ergo pro illis Christus mortuus est, si non sunt rei? inde prorsus, inde obtinebimus causam, unde excitandam putauit inuidiam. ipse dicit: 'quomodo sunt rei paruuli pro quibus Christus mortuus est?' nos respondemus: immo paruuli quomodo rei non sunt, pro quibus Christus mortuus est? ista controuersia iudicem quaerat. iudicet ergo Christus et, cui rei mors eius profecerit, ipse dicat. hic est, inquit, sanguis meus, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. iudicet cum illo et apostolus, quia et in apostolo ipse loquitur Christus. clamat et dicit de deo patre, quia

24 Matth. 26, 28   27 Rom. 8, 32

1 alii—concupiscentae *om. CN* 2 aliquo *S* alio *om. S* 3 lingua latina *Vbd* 4 non nisi *d* 6 carnis concupiscentia *BMAmμ* iste *om. N* 12 o *om. T* sic *F* soluat *om. KVPm* 13 istius soluit *A* 14 se *om. N* 15 sed de paruulis *VP* nouis *ENb* 16 ab exordio *om. N* commouetur inuidia *B* 19 putauit *ex* patuit *C* 20 rei non sunt *T* rei sunt *Vbd* paruuli *om. T* 21 nos—est *om. T* 22 isto *K* 23 quaerit *Bbd* 25 remissione *T* 27 qui *TVPbd*

proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum. puto, quod ita dicat Christum traditum pro omnibus nobis, ut in hac causa paruuli non separenter a nobis. sed quid opus est hinc satagere, unde iam nec iste contendit, quandoquidem non solum confitetur mortuum fuisse etiam pro paruulis Christum, uerum etiam inde nos arguit, quod eosdem paruulos reos dicimus, pro quibus mortuus est Christus? iam itaque apostolus, qui dixit pro nobis omnibus traditum Christum, dicat etiam quare sit pro nobis traditus Christus. traditus est, inquit, propter delicta nostra et resurrexit propter iustificationem nostram. si igitur, sicut iste et confitetur et profitetur et dicit et obicit, in eis sunt et paruuli, pro quibus traditus est Christus, et propter delicta nostra est traditus Christus, habent profecto et paruuli delicta originalia, pro quibus est traditus Christus, habet quod in eis sanet, qui, sicut ipse ait, non est opus sanis medicus, sed male habentibus; habet cur eos saluos faciat, qui uenit in mundum, sicut dicit apostolus Paulus, peccatores saluos facere; habet quod in eis remittat, qui sanguinem se fudisse testatur in remissionem peccatorum; habet propter quod eos quaerat, qui uenit, ut dicit, quaerere et saluum facere quod perierat; habet quod in eis soluat filius dei, qui propterea uenit, sicut dicit apostolus Iohannes, ut soluat opera diaboli. huic ergo paruulorum saluti inimicus est,

9 Rom. 4, 25 16 Matth. 9, 12 17 I Tim. 1, 15 19 cf. Matth. 26, 28 21 Luc. 19, 10 23 I Ioh. 3, 8

1 filio suo *W* 2 eum] illum *E* dicit *C* 3 causā (˜ *er.*) *K* 5 non] nec *T* 7 xps mortuus est *PSW* 10 delecta *m. 1 K* 12 et profitetur *om. F* 13 est traditus *TK* et—Christus *om. T* traditus est *FEVμbd* 15 traditus est *VAbd* qui] quia *TEPN* 16 ait ipse *W* medicis (*in mg. add.* sanis) *T* 17 faciet *m. 1 C* 18 dixit *VP* paulus apostolus *E* Paulus *om. m. 1 K, N* 19 in *om. TKP* dimittat *T* 20 remissione *T* habet—perierat *om. N* 23 propterea] propria *S* iohannis *K* 24 paruulorum ergo *C* saluti paruulorum *N*

qui eorum sic adserit innocentiam, ut sauciatis et uulneratis neget necessariam medicinam.

XXXIIII. 57. Iam quod sequitur et adiungit, adtende. 'si ante peccatum', inquit, 'per deum creatum est unde homines nascerentur, per diabolum autem unde parentes commouerentur, adscribetur sine dubio sanctitas nascentibus et culpa generantibus. quod quia manifestissime nuptias damnat, amoueto hunc sensum, precor, de ecclesiarum medio et uere credito quia per Iesum Christum facta sunt omnia et sine ipso factum est nihil'. ita hoc dicit, quasi nos dicamus per diabolum aliquid substantiae creatum in hominibus. persuasit malum diabolus tamquam peccatum, non creauit tamquam naturam. sed plane naturae persuasit, quia homo natura est, et ideo eam persuadendo uitiauit. qui enim uulnerat, non creat membra, sed uexat. sed uulnera, quae corporibus infliguntur, membra faciunt claudicare uel aegre moueri, non eam uirtutem qua iustus est homo; uulnus autem, quod peccatum uocatur, ipsam uitam uulnerat, qua recte uiuebatur. hoc autem ualde tunc maius atque altius diabolus inflixit, quam sunt ista hominibus nota peccata. unde illo magno primi hominis peccato natura ibi nostra in deterius commutata non solum est facta peccatrix, uerum etiam genuit peccatores. et tamen ipse languor, quo bene uiuendi uirtus periit, non est utique natura, sed uitium, sicut certe mala in corpore ualitudo non est ulla substantia uel natura, sed uitium, et licet non semper,

9 cf. Ioh. 1, 3 18 Op. imp. VI 7 (*ualde—24 uitium*)

1 eorum *om.* *P* 2 neget] non sit *N* necessaria medicina *N* 3 quid *CBSWAμ* 4 ante] autem *Cb* 5 renascerentur *S* per—commouerentur *om.* *T* 6 ascribitur *P* ascribetur *Em* asscribetur *BMSWAμ* 7 amouete *P* 11 hominibus *m. 2 ex* omnibus *C* 13 naturā *CFEN* natura] creatus *m. 2 ex* natus *C* 14 eam *om.* *P* enim *om.* *W* 15 infiguntur *T* 16 mori *P* 17 quia *F* 18 ualde] uulnus *b* 19 infixit *TE* infi·xit *C* 21 ibi nostra *om.* *N* 22 facta est *Vbd* generat *TFEKVPbd* 23 langor *m. 1 F* 24 sicut—uitium *om.* *N* certe] et *TKP* cetera *C* ualetudo *TKVPNbd*

tamen plerumque malae ualitudines parentum ingenerantur quodam modo et adparent in corporibus filiorum.

58. Hoc autem peccatum, quod ipsum hominem in paradiso mutauit in peius, quia multo est grandius quam iudicare nos possumus, ab omni nascente trahitur nec nisi in renascente remittitur, ita ut etiam de parentibus iam renatis, in quibus remissum atque tectum est, trahatur in reatum nascentium filiorum, nisi et ipsos, quos prima carnalis natiuitas obligauit, secunda spiritalis absoluat, cuius rei mirabilis mirabile creator in oliua et oleastro produxit exemplum, ubi non solum ex oleastri, uerum etiam ex oliuae semine nonnisi oleaster exoritur. quapropter quamuis et in hominibus natura generatis, gratia regeneratis sit ista carnalis concupiscentia repugnans legi mentis, tamen, quia remissa est in remissione peccatorum, non iam illis in peccatum reputatur nec nocet aliquid, nisi eius motibus ad inlicita consentiatur. proles uero eorum, quia non per spiritalem, sed per carnalem concupiscentiam seminatur, uelut ex illa oliua quidam nostri generis oleaster sic inde reatum nascendo trahit, ut nisi renascendo liberari ab illa peste non possit. quomodo ergo adfirmat iste nos adscribere sanctitatem nascentibus et culpam generantibus, cum potius ueritas monstrat, etsi fuerit sanctitas in generantibus, originalem culpam inesse nascentibus, quae non aboleatur nisi renascentibus?

XXXV. 59. Quae cum ita sint, de ista carnis concupiscentia et de libidine imperiosa inpudicis, domanda pudicis, pudenda

3 Op. imp. VI 7. 23 (*peccatum—trahitur*) 13 cf. Rom. 7, 23

1 ualetudinis *K* habitudines *E* ualetudines *TVbd* nongenerantur *T* 2 quodadmodo *K* 4 in peius mutauit *Vbd* grauius *P* 5 nos *m. 2 ex* non *C om. N* 9 cuius *Tbd* cui *cet.* mirabilis *om. N* 10 in oleastro *CN* perduxit *m. 1 C, SWmμ* 12 omnibus *CN* generatis *m. 1 C* 14 quia tamen *W* peccatorum *om. CBMSWm* 15 in peccato *P* 16 at *K* proles] pro his *C* earum *K* 19 ut] non μ *om. W* 22 monstret *TKVPbd* fuerat *F* regenerantibus *PB* 24 in renascentibus *TKVPbd, m. 2 C* 26 de *om. T* domanda—inpudicis *om.* μ

tamen et pudicis et inpudicis, sentiat iste quodlibet, quia ei, sicut uideo, multum placet; non eam laudare cunctetur, quam nominare confunditur; appellet eam, sicut appellauit, membrorum uigorem nec castarum aurium reuereatur horrorem; appellet membrorum potentiam nec caueat inpudentiam; dicat, si non erubescit, in paradiso si nemo peccasset, hunc ibi uigorem uelut florem uirere potuisse nec opus fuisse, ut tegeretur, quod ita moueretur, ut inde nemo confunderetur, sed parata coniuge semper exerceretur, numquam reprimeretur, ne aliquando uoluntas tantae felicitati negaretur. absit enim, ut illa beatitudo posset aut in loco illo non habere quod uellet aut in suo corpore uel animo sentire quod nollet ac per hoc si motus libidinis uoluntatem hominum praeueniret, uoluntas continuo sequeretur, uxor, quae propter hoc numquam absens esse debebat, siue conceptura siue iam grauida, ilico admoueretur et aut proles seminaretur aut uoluptas naturalis et laudabilis expleretur et periret semen hominis, ne adpetitus tam bonae concupiscentiae fraudaretur: tantum non se conuerterent coniuges in eum usum, qui est contra naturam, sed quotiens delectaret, membris ad hoc creatis et genitalibus uterentur. uerumtamen quid si et ille usus contra naturam forsitan delectaret, quid si et in hanc uoluptatem laudabilis illa libido adhinniret? utrum sequerentur eam, quoniam suauis esset, an repugnarent, quoniam turpis esset? si sequerentur, ubi est cogitatio qualiscumque honestatis? si repugnarent,

2 multum uideo *C* placet] libet *ex* plabet *F* non eam] Et Ne *in ras. F* 4 ne *CMSWAmμ*, *m. 1 B* 6 nemo] non *P* peccasset homo *P* 7 uiuere (*s.* u *add.* g) *F* fuisse] potuisse (t *ex* s) *B* 10 uoluptas *TFKVPBbd* tantae] tanta tantae *EKVbd* tantae *post* fel. *add. TP* 12 aut—nollet *om. m. 1 T* hac *K* 13 uolumtatem *K* uoluptatem *T* uolūntate *S* omnium *m. 1 C* hominis (*in mg.* hominū) *E* 14 uxorque *BMSWb* 15 debeat *m. 1 K* decebat *N* deberet *P* siue *pr.*] sed siue *Pb* 16 ammoueretur *EK* prolis *F* 20 et gen. ad hoc creatis *B* genitalibus||libus *P* 22 uoluntatem *T* 23 illa *om. E* adinniret *T* sequeretur *K* 24 an] aut *A* turpis] suauis *T* 25 honestatis qualiscumque *E*

ubi est pax tantae felicitatis? hinc si forte erubuerit et dixerit tantam pacem felicitatis illius tantumque ordinem in his rebus esse potuisse, ut numquam carnis concupiscentia uoluntatem illorum hominum praeueniret, sed, cum ipsi uellent, tunc illa consurgeret, tunc autem uellent, quando ad seminandos filios opus esset, ita ut nullus seminis esset inritus iactus, nullus fieret concubitus, quem non sequeretur conceptus et partus ad nutum seruiente carne, ad nutum seruiente libidine: hoc si dicit, saltem consideret nunc in hominibus non esse quod dicit. et si non uult concedere uitium esse libidinem, dicat saltem per illorum hominum inoboedientiam etiam ipsam uitiatam esse carnis concupiscentiam, ut illa, quae oboedienter et ordinate moueretur, nunc inoboedienter inordinateque moueatur, ita ut ipsis quoque pudicis ad nutum non obtemperet coniugatis, sed et quando non est necessaria moueatur et, quando necessaria est, aliquando citius, aliquando tardius, eorum sequatur nutus, sed suos exerat motus. hanc ergo eius inoboedientiam inoboedientes illi tunc homines receperunt et in nos propagine transfuderunt. neque enim ad eorum nutum, sed utique inordinate mouebatur, quando membra prius glorianda, tunc iam pudenda texerunt.

60. Sed, ut dixi, sentiat de ista libidine iste quodlibet, praedicet utlibet, laudet quantumlibet — sicut enim multis locis significat, multum libet — ut eius si non usibus, saltem laudibus Pelagiani oblectentur, quicumque eorum proposito continentiae carne coniugum non fruuntur, tantum paruulis

1 hic *bd* 5 congeret *BSm* c̃geret et *W* contingeret *A* cogeret μ 6 irritus iactus esset μ ictus *CFE* 8 ad—carne *om. m. 1 T* carnē *B* libidinē *B* 9 saltim *BMSW*μ non—*11* saltem *om. F* 10 uitium dicat esse libidinem *CBMSAm*μ dicat *om. CMWm*μ 11 saltim *BMW*μ ipsum *m* 12 uitiam *M* uitiū *BSWAm*μ 13 nunc—moueatur *om. P* 15 moueatur—necessaria *in mg. K* 16 non eorum *TKVPNbd* earum *P* 17 nutum *KP* 18 homines *ex* omnes *C* omnes *E* reciperunt *K* 20 membra *om. N* 22 dixissent iat *K* sentiat] iam *P* iste *om. E* 23 ut] quod *W* 24 saltim *BSWm*μ 26 carnæ *KW* carnalis *m. 2 C, bd* coniugium *m. 1 C, S* coniugio *m. 2 C, bd* paruulis *om. B*

parcat, ut non eos laudet inutiliter defendatque crudeliter, saluos esse non dicat, non ad laudatorem Pelagium, sed ad saluatorem Christum uenire permittat. nam ut iam liber iste claudatur, quoniam ita sermo illius terminatus est, qui in chartula quam misisti scriptus est, ut diceret: 'uere credito quia per Iesum facta sunt omnia, et sine ipso factum est nihil', concedat Iesum etiam paruulis esse Iesum et, ut per eum facta omnia fatetur per id quod est uerbum deus, ita etiam paruulos ab eo saluos fieri fateatur per id quod est Iesus, si uult catholicus esse christianus. sic enim scriptum est in euangelio: et uocabunt nomen eius Iesum; ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum. ideo ergo Iesum, quoniam Iesus latine saluator est; ipse enim saluum faciet populum suum, in quo populo sunt utique et paruuli, saluum faciet autem a peccatis eorum. sunt ergo et in paruulis peccata originalia, propter quae Iesus, id est saluator possit esse et ipsorum.

6 cf. Ioh. 1, 3 11 Matth. 1, 21

1 pareat *S* ut *om. TKV* 2 ad *om. W* pelagiani *S* Pelagium—saluatorem *in mg. inf. K* ad *om. W* 3 iam *om. m* 5 est *om. S* 7 per] quod *in ras. F* 8 facta sunt *CE* fatetur—fieri *om. E* 10 Iesus] ds̄ *T* 11 est *om. W* 12 saluet *E* 14 enim *om. EP* suum a peccatis eorum *W* 15 autem faciet *Vbd* peccatis originalibus *E* eorum—originalia *om. EP m. 2* 17 id est] idem *N* Explicit *CKE* Explicit liber II de nuptiis ad Valerium comitem *BMSW* Explicit liber secundus Aurelii Augustini ad Valerium comitem de nuptiis et concupiscentia *F* Explicit liber secundus *V* Explicit liber secundus sc̄i Aūg de nuptiis et concupiscentia ad Valerium comitem *P* Explicit liber secundus de nuptiis et concupiscentia ad Valerium comitem μ *subscriptio abest a codd. TAm*

TESTIMONIA.

1. *Augustinus in praefatione Operis imperfecti contra Iulianum:* Scripsi librum ad comitem Valerium, cuius libri titulus est 'de nuptiis et concupiscentia', eo quod ad illum peruenisse cognoueram dicere Pelagianos damnatores nos esse nuptiarum. denique in illo opere nuptiarum bonum a concupiscentiae carnalis malo, quo bene utitur pudicitia coniugalis, quali potui disputatione discreui. quo libro accepto memoratus uir inlustris misit mihi in chartula nonnullas sententias decerptas ex opere Iuliani haeretici Pelagiani — in quo opere libris quattuor respondisse sibi uisus est illi uni meo, quem de nuptiis et concupiscentia me scripsisse memoraui — missas sibi a nescio quo, qui eas, ut uoluit, ex primo Iuliani libro decerpendas curauit, quibus ut quantocius responderem idem Valerius poposcit. et factum est, ut sub eodem titulo etiam secundum librum scriberem, contra quem Iulianus alios octo nimia loquacitate conscripsit.

2. *Idem in epistula CCVII ad Claudium:* Quisquis ergo et illum secundum librum meum ad comitem identidem Valerium sicut primum conscriptum legit, nouerit me in quibusdam non respondisse Iuliano, sed ei potius, qui de libris eius illa relegit et non ita posuit ut inuenit, sed aliquantum putauit esse mutanda, fortasse ut eo modo quasi sua faceret quae aliena esse constaret.

3. *Augustinus in Retractationum libro II cap. 53:* Scripsi duos libros ad inlustrem uirum comitem Valerium, cum audissem Pelagianos ei nescio quid scripsisse de nobis, quod scilicet nuptias damnaremus asserendo originale peccatum, quorum librorum titulus est 'de nuptiis et concupiscentia'. bonitatem quippe defendimus nuptiarum, ne putaretur earum esse uitium concupiscentia carnis et lex in membris repugnans legi mentis, quo malo libidinis bene utitur ad filios procreandos pudicitia coniugalis. ut autem duo libri essent, primus uenit in Iuliani Pelagiani manus et scripsit aduersus eum libros quattuor, ex quibus quidam nonnulla decerpsit et comiti Valerio misit, ille uero ad nos. quae cum accepissem, alio libro ad eadem ipsa respondi.

INDEX SCRIPTORVM.

A) LOCI SCRIPTVRAE SACRAE.

Loci a Vulgata discrepantes stellula notati; stellula sacri libri numeris praefixa lectionem omnibus locis iuxta positis discordare significat; locis non ad uerbum allatis cf. additum.

B) LOCI ALIORVM SCRIPTORVM.

C) LOCI ET LIBRI AVGVSTINI.

VOL. XXXIV. S. AVRELI AVGVSTINI opera Sect. II. Epistulae. P. II. Ep. XXXI—CXXIII. rec. *Al. Goldbacher.* 21 *K* 60 *h* = 21 M. 60 Pf.

VOL. XXXV. EPISTVLAE imperatorum pontificum aliorum ab a. CCCLXVII usque ad a. DLIII datae. Avellana quae dicitur collectio. rec. *O. Guenther.* Pars I. Prolegomena. Epistulae I—CIV. 14 *K* 80 *h* = 14 M. 80 Pf.

VOL. XXXV. Pars II. Epistulae CV—CCXXXXIIII. Appendices, indices. 14 *K* 20 *h* = 14 M. 20 Pf.

VOL. XXXVII. FLAVII IOSEPHI OPERA ex uersione Latina antiqua. Ed. *C. Boysen.* Pars VI. De Iudaeorum uetustate siue contra Apionem libri II. 5 *K* 60 *h* = 5 M. 60 Pf.

VOL. XXXVIII. S. FILASTRII DIVERSARVM HERESEON LIBER. ex recensione *Friderici Marx.* 10 *K* = 10 M.

VOL. XXXIX. ITINERA HIEROSOLYMITANA. Ed. *P. Geyer.* 15 *K* 60 *h* = 15 M. 60 Pf.

VOL. XXXX. S. AVRELI AVGVSTINI opera Sect. V pars 1: De ciuitate Dei libri I—XIII. Ed. *E. Hoffmann.* 19 *K* 80 *h* = 19 M. 80 Pf.

VOL. XXXX. S. AVRELI AVGVSTINI opera Sect. V pars 2: De ciuitate Dei libri XIIII—XXII. Ed. *E. Hoffmann.* 21 *K* 60 *h* = 21 M. 60 Pf.

VOL. XXXXI. S. AVRELI AVGVSTINI opera Sect. V pars 3: De fide et symbolo, de fide et operibus, de agone christiano, de continentia, de bono coniugali, de sancta uirginitate, de bono uiduitatis, de adulterinis coniugiis lib. II, de mendacio, contra mendacium, de opere monachorum, de diuinatione daemonum, de cura pro mortuis gerenda, de patientia. rec. *I. Zycha.* 22 *K* = 22 M.

Vol. XXXXII. S. AVRELI AVGVSTINI opera Sect. VIII pars 2: De perfectione iustitiae hominis, de gestis Pelagii, de gratia Christi et de peccato originali l. II, de nuptiis et concupiscentia. rec. *C. F. Vrba* et *I. Zycha.* 11 *K* = 11 M.

Praeparantur:

ACTA MARTYRVM. Ed. *A. Ehrhard.*

AMBROSIVS. Pars III: Commentarii in Psalmos. Ed. *M. Ihm.* Pars IV: Commentarius in euangelium Lucae. Pars V: De officiis. Pars VI: Corpus de uirginibus etc., De excessu fratris, Orationes in Theodosium et Valentinianum. Pars VII: De fide, De spiritu sancto, De incarnatione. Pars VIII: De paenitentia. Pars IX: Epistulae. Ed. *H. Schenkl.* Pars X: Ambrosiaster Ed. *H. Brewer.*

ARATOR. Ed. *H. Schenkl.*

ARNOBIVS IVNIOR et Anonymi Praedestinatus. Ed. *I. Scharnagl.*

AVGVSTINVS. **Sect. I.** Retractationes. Ed. *P. Knöll.*

Contra academicos, De beata uita, De ordine, De musica, De magistro, De libero arbitrio, De moribus eccles. et de mor. Man., De uera religione, De grammatica, Principia dialecticae, Categoriae decem, Principia rhetorices, De uita eremitica, Ars. Ed. *V. Lekusch.*

Soliloquia, De immortalitate animae, De quantitate animae, De genesi contra Manichaeos. Ed. *A. Holder.*

Sect. III. De consensu euangelistarum, De sermone domini in monte habito. Ed. *F. Weihrich.*

Quaest. euangel. lib. II, Quaest. XVII in euangel. sec. Matth. lib. I., In Ioh. euang. tract. CXXIV., In epist. Ioh. ad Parth. tract. X., Exposit. quar. propositionum ex ep. ad Rom. lib. I., Epist. ad Roman. incoh. expos., Epist. ad Gal. exposit. lib. I. Ed. *A. Miodoński.*

Enarrationes in psalmos. Ed. *M. Gitlbauer.*

De doctrina Christiana. Ed. *Nic. Mueller.*

Sect. IV. Sermones. Ed. *E. Hauler.*

Sect. V. De trinitate, Enchiridion, De catechizandis rudibus. Ed. *Nic. Mueller.*

De diuersis quaestionibus octoginta tribus liber, De diuersis quaestionibus ad Simplicium libri duo, De octo Dulcitii quaestionibus, De fide rerum quae non uidentur. Ed. *R. Kukula.*

Sect. VII. Psalmus contra partem Donati, Contra epistulam Parmeniani, De baptismo contra Donatistas, Contra litteras Petiliani, Contra Donatistas epistula, Contra Cresconium Donatistam, De unico baptismo contra Petilianum, Breuiculus collationis cum Donatistis, Ad Donatistas post collationem, Sermo ad Caesareensis ecclesiae plebem, De gestis cum Emerito, Contra Gaudentium. — *App.:* Sermo de Rusticiano subdiacono, Liber contra Fulgentium (Mign. XLIII). Ed. *M. Petschenig.*

Sect. VIII. De peccatorum meritis, De spiritu et littera, De natura et gratia, De anima et eius origine, Contra II epist. Pel. Ed. *C. Vrba.*

Contra Iulianum haeresis Pelag. defensorem. Ed. *H. Koebert.*

De gratia et libero arbitrio, De correptione et gratia, De praedestinatione sanctorum,

De dono perseuerantiae, Contra sec. Iuliani resp. — *App.:* Hypomnesticum contra Pelagianos. Lib. de praedestinatione et gratia. Lib. de praedestinatione dei. Ed. *E. Kalinka.*

Sect. IX. Contra aduersarium legis et prophet. ll. II. Ad Orosium. Sermo Arrianorum. Contra sermonem Arrianorum. Collatio cum Maximino. Contra eundem. De haeresibus ad Quoduultdeum. De incarnatione. — *App.:* Tractatus contra quinque haereses etc. (cf. Mign. XLII. p. 603 sqq.) Ed. *Fr. Klein.*

ALCIMVS AVITVS. Ed. *Ant. Kunz.*

BACHIARIVS. Accedunt Consultationes Zacchaei Christiani et Apollonii philosophi et Altercatio Theophili Christiani et Simonis Iudaei. Ed. *C. Weilnböck* et *E. Bratke.*

BOETHIVS. Pars I. In Porphyrium a Victorino translatum libri II. In Porphyrium a se translatum libri V. Ed. *G. Schepss* et *S. Brandt.* Pars II. In categorias Aristotelis l. IIII. Ed. *A. Kappelmacher.* Pars III. De musica. De arithmetica. Euclidis geometrica. Ed. *F. Gatscha.* Pars IV. De consolatione philosophiae. Ed. *A. Engelbrecht.* Pars V. Opuscula christiana. Ed. *E. K. Rand.*

CAESARIVS ARELATENSIS. Ed. *G. Morin.*

CASSIODORVS. Institutiones diuinarum et saecularium litterarum. De orthographia. Complexiones in epist. et acta apostolorum. Ed. *F. Perschinka.*

EVCHERIVS. (Pars II.) Ed. *C. Wotke.*

FVLGENTIVS RVSPENSIS. Ed. *G. Wissowa.*

GAVDENTIVS. Ed. *A. Polaschek.*

GREGORIVS. Homiliae in euangelia. Ed. *G. Pfeilschifter.*
Dialogi. Ed. *C. U. Clark.*

HIERONYMVS. De uiris inlustribus (cum Gennadii libro de uiris inlustribus). Ed. *I. Huemer.*

Epistulae. Ed. *Is. Hilberg.*

Comment. in Ezech., Dan., duod. prophetas min., interp. Origenis in Hier. et Ezech. Ed. *A. Pühringer.*

Comment. in Esaiam prophetam. Ed. *A. Lutz.*

Comment. in Ieremiam prophetam. Ed. *S. Reiter.*

Vitae Pauli, Hilarionis, Malchi, Interpretatio Didymi de spiritu sancto, Dialogus contra Luciferianos, De perpetua uirginitate Mariae, Aduersus Iouinianum, Vigilantium, Ioannem Hierosol., Apologia aduersus libros Rufini, Dialogus adu. Pelagianos. Ed. *I. Koch.*

De situ et nominibus locorum Hebraicorum. Ed. *E. Bratke.*

HILARIVS PICTAVIENSIS. (P. II—IV) Ed. *A. Zingerle, H. St. Sedlmayer, F. Weigel.*

FLAVII JOSEPHI OPERA ex uersione Latina antiqua. P. I—V. Antiquitatum ll. XX. P. VII. de bello Iudaico ll. VII. Ed. *C. Boysen.*

LEONIS M. sermones. Ed. *A. Haberda.*

LVCVLENTIVS, Iustus Vrgellensis. Ed. *I. Mesk.*

MARIVS MERCATOR. Ed. *Guil. de Hartel.*

MARIVS VICTORINVS. Ed. *I. Wöhrer.*

MAXIMVS TAVRINENSIS. Ed. *A. Swoboda.*

PACIANVS. Ed. *R. Kauer.*

PROSPER AQVITANVS. Ed. *F. Ladek* et *F. Weigel.*

PRVDENTIVS. Ed. *I. Bergman.*

REGVLAE MONASTICAE saeculo VIIII antiquiores. Ed. *H. Plenkers.*

RVFINVS. Ed. *I. Wrobel.*

TERTVLLIANVS. P. II—IV. Ed. *A. Reifferscheid, G. Wissowa* et *E. Kroymann.*
Carmen Pseudotertullianeum adu. Marcionem. Ed. *A. Oxé.*

TYCHONIVS. Ed. *C. Prinz.*

VICTORINVS PETAVIENSIS. Ed. *I. Haussleiter.*

VIGILIVS THAPSENSIS. Ed. *H. Kunnert* et *I. Penzl.*

VINCENTIVS LERINENSIS. Ed. *E. Bratke.*

ZENO VERONENSIS. Ed. *C. Ziwsa.*

Typis expressit Rudolphus M. Rohrer, Brunae.